R-240

PERALTA, Pedro de (1498-1561)

Commentaria in titul... De legatis secundo / ... Petri Peralta ... — * Salmanticae : Excudebat Ioannes Maria a Terranoua, 1563

# COMMENTARIA IN TITVL. ff. DE LEGATIS SECVNDO PRÆCELLENTISSIMI DOctoris Petri Peraltæ, Iuris Cæſarei profeſſoris eminentiſsimi, in Gymnaſio Salmanticenſi Cathedrarij Primarij antiquioris emeriti, rude donati, eiuſdem facultatis Decani, & patroni viri, ac ſuæ tempeſtatis facilè principis.

*ADEST HIC ETIAM INDEX COPIOSISſimus eorum quæ in hoc volumine continentur.*



Diputación de Vizcaya Biblioteca

*SALMANTICAE,*
EXCVDEBAT IOANNES MARIA A TERranoua. Anno. M. D. LXIII.

Cum priuilegio Regis.

Eſta taſſado en tres mrs el pliego

# El Rey.

POR quanto por parte de vos el Doctor Sancho de Peralta yezino de la Ciudad de Salamãca, nos fue fecha relacion, que el Doctor Pedro de Peralta vueſtro padre Cathedratico que fue de Prima de leyes, y jubilado en la vniuerſidad de Salamanca, dexo eſcrita y ordenada vna lectura ſobre el titulo, de Legatis ſecundo, y otras repeticiones ſobre el titulo, de Hæredibus inſtituendis, y otra repeticion ſobre la ley Si quis in principio teſtamenti, de Legatis 3 en dos volumenes, las quales eran obras muy prouechoſas, y en ellas el dicho Doctor vueſtro padre auia gaſtado mucho tiẽpo, y tenido en ello mucho trabajo, atento lo qual nos ſuplicaſtes, os dieſſemos licencia y facultad para imprimir las, y juntamẽte con la dicha licencia Priuilegio, para q̃ por el tiẽpo q̃ nueſtra merced y volũtad fueſſe ninguna otra perſona deſtos nueſtros Reynos y ſeñorios las pudieſſe imprimir ni vender ſo graues penas, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, por quanto en los dichos libros ſe hizieron las diligencias q̃ la prematica por nos agora nueuamẽte fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razõ E nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad para que qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos, pueda imprimir e imprima los dichos libros que de ſuſo ſe haze mencion, ſin que por ello caya ni incurra en pena alguna, y para que por tiempo de quinze años primeros ſiguiẽtes, que corran y ſe cuenten deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula en adelante, vos el dicho Doctor Peralta o la perſona que vueſtro poder ouiere podais imprimir y vender los dichos libros Y mandamos que perſona alguna ſin vueſtra licencia, durante el tiẽpo de los dichos quinze años no los pueda imprimir ni vender ſo pena de perder todos los libros que ouiere imprimido, y mas veinte mil marauedis para nueſtra camara Y mãdamos q̃ deſpues de impreſſos no ſe puedan vender ni vendan ſin que primero ſe trayan al nueſtro conſejo juntamente con los originales que en el fueron viſtos, que van rubricados y firmados en fin dellos de Domingo de çauala nueſtro eſcriuano de camara de los que reſiden en nueſtro Cõſejo, para que ſe vea la dicha impreſsion ſi eſta conforme à los originales, y ſe taſſe el precio por que ſe ouieren de vender cada volumen ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nueſtros Reynos Y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente e Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles, de la nueſtra caſa y Corte y Chancillerias y à todos los Corregidores Aſsiſtentes Gouernadores, Alcaldes, y otros Iuezes, juſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas, y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, y a cada vno è qualquier dellos anſsi à los que agora ſon, como à los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cũplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos. Y que contra el tenor y forma della no vayan paſsẽ ni cõſientan yr ni paſſar por alguna manera ſo pena de la nueſtra merced y de veynte mil marauedis para la nueſtra camara a cada vno que lo contrario hiziere. Fecha en Madrid à veynte y cinco dias del Mes de Iunio, de mil y quinientos y ſeſenta y dos Años

Yo el Rey

Por mandado de ſu Mageſtad.

Franciſco de Eraſſo

# AD ILLVSTR. ET MA-
## GNANIMVM HEROEM, CHRISTO-
## phorum Vaccam Caſtrum, militiæ Diui Iacobi Equitem ſplendidiſsimum, & Regij Conſilij Senatorem ampliſſ. Sancij Peraltæ. II. Docto in Commentaria P. Peraltæ, Patris ſui, Iuriſconſulti diſertiſsimi

## PRAEFATIO.

*Optimè illi de hominũ genere magnanime Chriſtophore, deq; Repub mea ſententia merentur, qui patriam, qui ciues ſuos illuſtrare conantur qui ſe laudi, qui gloriæ, non ſomno, nõ cõuiuijs, non delectationi natos arbitrantũ Etenim, quũ nobis diu viuere negetur, quid dignius, quàm aliquid relinquere, quo nos vixiſſe teſtemur? quid præſtãtius, quid omnino laudabilius, quã excellenti quadam ſcientia, ingenijq; præſtantia de omnibus bene mereri eaq; nominis famã comparare, quæ poſteros à ſomno excitet, quæ ad virtutẽ inflammet? Hoc medius fidius, ne cuncta perſequar, nobiles aliquot architecti & pictores, alijq; etiã ijs ex artibus, quæ ad humanum vſum, cultumq;, atq; iucunditatẽ ſunt inuentæ, egregiè præſtiterunt Qui pulcherrimis admirandiſq; operibus, atq; picturis patriam ſuam ornandã illuſtrandamq; curarunt Nã de ea, quæ militaris vocatur, quid attinet referre? ex qua tot Heroes, tot Imperatores, tot Reges, tot Principes, tot fortiſsimi præſtantiſsimiq; duces immortale nomen ſunt conſecuti. Quorum res geſtæ, clariſsimaq; facta æternis literarum monumẽtis vbiq; gentiũ extolluntur, atq; celebrãtur Quid illos cõmemorem, qui ſummis ingenij, eloquẽtiæ, doctrinæ ornamentis præditi memoriã ſui ſempiternã reliquerunt? Verùm vt homines hõibus multũ præſtant, ſic artes artibꝰ, et diſciplinæ diſciplinis longè antecellunt Nam vt eam, quæ de Deo, diuiniſq; rebus agit, excipiam, quam ſemper excipio, quænã cũ Iuriſprudentia conferri poteſt, ſiue originem, & dignitatem, ſiue rerũ cognitionem, & copiam, vtilitatẽq; ſpectandam quis exiſtimet? Quid enim maius, quàm Deũ Opt. Max legis authorẽ habere? quid nobilius, q̃ principem illam naturalẽ æquitatẽ, & rationẽ omnibus in rebus velut fundamẽtum intueri? Quid dignius, quàm à Phoronæo vſq; vetutiſsimo Argiuorum Rege, qui primus leges, iudiciaq; cõſtituit, quàm à ſanctiſsimo Moſe, qui interiectis aliquot*

ſeculis poſt Phoronæũ fuit, diuinasq́ leges à Deo accepit tot clariſsimos Reges, tot ſapientiſsimos Philoſophos, non ſolum ex Græcis, aliisq́ nationibus & gentibus, ſed ex Romanis etiam, legum latores fuiſſe? Et, vt reliquos omittam, quid P. Papirium? qui Regias leges in volumen retulit? quid decem viros referam, illius 12 Tabul. libelli conditores? qui vnus, vt Cicero ſentit, videtur bibliothecas omnium Philoſophorum, ſi quis legũm fontes & capita viderit, & authoritatis pondere, et vtilitatis vbertate ſuperare. Quid Dictatores, Conſules, Prætores, Tribunos dicam? qui ciuilem hanc ſcientiam tot populi placitis, tot Senatuſconſultis, tot Plebiſcitis, tot Prætorum edictis ornauerunt, & auxerunt? Quid Imperatores ipſos? Quid ſanctiſsimos Pontifices numerem? qui vſq; adeò eam amplificarunt, & nobilitarunt, vt iam nihil maius dici queat, quàm quod principi placuit, legis habet vigorem. Quo quid admirabilius ſit, non video. quum id ipſum vniuerſus orbis laudet, probet, veneretur, amplectatur. Latiſsimus ſe offert hic dicendi campus, ſed reprimam me, atque intra clauſtra continebo. Quis enim tantam rerum copiam omni doctrinarum genere abundantiſsimam, quantam Iuriſprudentia complectitur, exprimere poſſet? Quam quum nominas, quid eo nomine te nominare putas, niſi illum artium, atque omnium ſcientiarum circulum, qui omnem terrarum orbem circuiit, id eſt regit, gubernat, atque moderatur. Cuius authoritate, nutuq́ue legum docemur, domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. Quid ſacratiſsimis Pontificum decretis ſapientius? quid veterum Iuriſconſultorum reſponſis prudentius & elegantius? Quorum beneficio Latini ſermonis arcem Barbari nunquam expugnare potuerunt.

Iam verò eſtne vlla ex aliis diſciplinis, vnde maiorem laudem acquirere, maiores progreſſus facere, quàm ex iuris prudentia poſsis vel ad ſummos magiſtratus, vel ad ampliſsimas dignitates? Eſt me Hercule virtus omnis maximum, pulcherrimumq́ue ſibi præmium. Sed quid eſt? quòd ea neglecta, contemptáque nominis æternitate, vix deguſtatis, proh pudor, primis literarum elementis, lucro inhiamus, quæſtui deſeruimus, & ad auri ſacram famem omnes aduolamus? Quid niſi humanæ ſortis conditio, & infelicitas, quæ ſapientiſsimos etiam viros aliquando cogit, vt ad vtilitatem reſpiciant. Etenim, quum non minore labore, ſtudio, vigiliis aliæ artes & diſciplinæ, quàm iura ciuilia & pontificia perdiſcantur, cur longè minoribus præmiis illarum ſtudioſos, quàm Iuriſconſultos affici videmus? Amplectuntur illi quidem ſine dubio optimas laudatiſsimaſq́ue diſciplinas, & artes, quarum cognitio homine libero eſt digniſsima ſed quæ plus laudis & famæ, quàm vtilitatis habet. At Iuriſprudentia omnia præſtat, laudem, honorem, opes, decus. Quid? quod longè omnium eſt præſtantiſsimum, iis, qui eam reli-

giosè

*gioſè colunt, qui iura interpretantur, qui ſcriptis illuſtrant, qui caſtè integreque in rebus gerendis verſantur, ſiue ius dicant, ſiue cauſas agant, ipſa Iuſtitia virtutum Regina, præter ampliſsimas diuitias, quas Iuriſconſulti poſſident, præter multas clientelas, quas habent, perpetua & ſempiterna nominis ornamenta tribuit, & largitur. An non videmus quanto in honore Iuriſconſulti apud omne hominum genus ſint? Quanto in pretio apud omnium Principes gentium habeantur? Hos à conſilijs ſumunt, illos prouincijs, alios ciuitatibus præficiunt. Quid? Imperia, regna, prouincias, ciuitates, & oppida adminiſtrant, regunt, gubernant. Promiſit hoc illis Imperator Iuſtinianus. Cuius laudatiſsimum inſtitutum vniuerſus orbis comprobauit. Hoc Romani Pontifices, hoc Imperatores, hoc Reges, hoc omnes Principes conſtanter obſeruant: nempe vt ijs potiſſimum in gubernanda Repub. vtantur, qui virtute, conſilio, & præſtantiſsima hac Iuris ſcientia excellere credantur. Quo fit, vt multo plures eius diſciplinæ cognitionem, quàm aliarum expetant, omniq́ue ſtudio conſequi conentur. Honos enim, vt eſt apud Ciceronem, alit artes, omnesq́ue incenduntur ad ſtudia gloria, quæ ſola, vt Valerius Flaccus canit, animos, menteḿque perurit. Quis enim non incendetur tam magnis ampliſq́ue præmijs? Quem non allicient tam præclara munera, & illuſtres honores? Quis in eam diſciplinam non incumbet, non totis viribus illuſtrandam curabit, ex qua vberrimi ampliſsimiq́ue fructus proueniunt? Hoc quum alij pulchrè copioſeq́ue præſtiterunt, tùm præcipuè eloquentiſsimi illi Iuriſconſulti, & omni laudum genere ornatiſsimi, qui ſub Alexandro Seuero optimo Imperatore floruerunt. At noſtra ætas vix vnum aut alterum proferre poteſt, qui cum illis Paulis, Vlpianis, Scæuolis ſit conferendus. Habuit Gallia Guilielmum Budæum. Habuit Italia Andream Alciatum. Habuit Germania Vdalricum Zaſium, viros, ne quid aliud dicam, de Iuriſprudentia, deq́ue omni literarum genere optimè meritos. At Hiſpania, quæ nulli vnquam nationi, & genti, viris, armis, literis ceſſit, Petrum Peraltam patrem meum, ſi non illis ingenio, facundia, doctrina ſuperiorem, certè non inferiorem protulit. Liceat mihi de parente meo vera dicere, nec vitio id verti debet. Siquidem veritas ſine inuidia eſt audienda. Quis enim in hac Salmanticenſi Academia totius orbis celeberrima tanta cum omnium admiratione, & vtilitate leges eſt interpretatus? Quis inextricabiles iuris nodos, obſcuritateſq́ue & ænigmata tam doctè ac peritè ſoluit, atque explicauit? Quis ad excellentis huius ſcientiæ arcem viam tam facilè aperuit? Quis tot conſultiſsimos & ornatiſsimos viros, qui Philippo Regi optimo & maximo nunc ſunt à conſilijs, in eum perduxit portũ, vnde inſignia & ornamenta nominis, laudis, honoris, fortunæ, ſunt conſecuti?*

Qui quum profitendi munere eſſet perfunctus, rudeq; iam donatus, amplius enim viginti annis & antemeridianis, & pomeridianis horis magna cum laude iura docuit, atque explanauit, vt poſteris etiam prodeſſet, ad ſcribendum animũ appulit: variaq; opera, & doctiſſima in ius ciuile commentaria reliquit. Quæ quum grauiſſimo Regij Senatus iudicio, ſed præſertim tuo magnanime Vacca eſſent approbata, dignum duxi, ne actione ingrati, qua Athenienſes vſi ſunt, in me agi poſſet: ea ſub tuo clariſſimo nomine in publicum emittere. Nam quanuis multi ſplendidiſſimi & ornatiſſimi proceres occurrerent, tu vnus inſtar omniũ mihi fuiſti, cui hæc patris mei commentaria dicarentur. Etenim, ſi ille oẽs conatus, vireſq; ſuas eò direxit, vt de omnibus bene mereretur, nomẽque ſuum, & patriam illuſtraret, quod docendo tantum ſcribendoque eſt conſecutus: quid de te iudicandum eſt, quem virtute, prudentia, & rerum geſtarum gloria videmus ad ſummum honoris faſtigium, & quidem iure, iam aſcendiſſe? Non enim ſolum de patria, ciuibusq; tuis, es optimè meritus, ſed de ipſo etiam Rege, ac de ijs omnibꝰ qui imperio eius parent, dictoq; ſunt audientes. Quid? quòd nullam promerẽdi occaſionem amittis: ſed pro ea, quam ſuſtines, perſona (ſuſtines autem ampliſſimã) quotidie officium Reipub. præſtas, omneq; beneficij genus, & virtutis confers, & exerces. Iam quid ego commemorem? quantum Carolus quintus Cæſar maximus & inuictiſſimus Imperator virtuti, integritati, ſingulariq; prudẽtiæ tuæ tribuerit, atque conceſſerit. Qui ſimul ac te in Regium Senatum legit, ſtatim in ea Indiæ Regna, quibus à Perunte fluuio nomen eſt inditum, vt illic ſummo cum imperio eſſes, tranſire imperauit. Vbi quũ omnia perturbata, & iam deplorata inueniſſes, dici non poteſt, quanta animi magnitudine rem ſis aggreſſus, quãta celeritate confeceris. Nam quum aduerſus atrociſſimos hoſtes, equis, armis, pecunijs, omnibusq; rebus inſtructiſſimos, qui regna illa occuparant, pugnandum eſſet, tam breui tempore, etiam ſi rerum omnium egenus, atq; imparatus eſſes, arma cõquiſiſti, tormenta paraſti, milites ab remotiſſimis vſq; regionibus accerſitos collegiſti: vt prius præliũ cõmiſiſſe, quàm bellum intuliſſe videreris. Quo in prælio magnanime Caſtre tua potiſſimum virtus enituit. Nam quis tibi ab hoſtibus, quos infenſis obſtinatiſq; animis in te vnum præcipuè tela coniecturos certò ſcires, cauendum eſſet: cunctiq; etiam te orarent, & propè cogerent, ne te tanto periculo mortis cõmitteres: tamen ea robuſti & excelſi animi tui erat cõſtantia, ea interriti vultus iucunditas, vt tuis admirationi, hoſtibus terrori eſſet: vt, inuitis etiam amicis, ornatus paludamento ex auro intexto, purpureaq; cruce oblõga, quæ militiæ D. Iacobi eſt ornamẽtum, inſignito, ferociq; equo aduectus, quo magis hoſtibus conſpicuus fores, in prælium prodires. Atq; ita prodires, vt nulla in re deeſſes, omnia obires, & quid quoq; loco faciendum eſſet, prouideres: & ducis incohortandis militibus, & in pugnando militis officia præſtares, nullumq; tẽ

pus in

*pus intermitteres, vt cõmuni omniũ ſaluti proſpiceres. Sed quũ fortiſsimè et acerrimè ab hoſtibus pugnaretur, quippe pro vita & imperio, Regiaq; acies iam inclinaret, tanto impetu cum ea Equitum turma, quam in ſubſidium in edito locò collocaras, irruiſti, vt repulſis, cæſis, captiſq; hoſtibus, victoriam, præter omnium ſpem, ſis conſecutus. Qua quidẽ victoria animi omnium ſunt confirmati, & prouinciæ illæ quæ propemodum erant amiſſæ, receptæ. Inde Cuſcum, quæ eſt ampliſsima illius Regni ciuitas, es profectus, atq; ibi maximo triumpho, & Regiò apparatu, ſummaq; ciuium gratulatione exceptus. Vbi quũ omnia prudenter modeſteq; compoſuiſſes Tribunos, Centurioneſq; & milites, qui Regi ſuo in recuperandis illis Regnis ſtrenuè operam nauarant, multis magniſq; præmijs, ac muneribus ornatos dimiſiſſes, quid non laude dignum es executus? Religionẽ illic conſtituiſti, Duces quoſdam miſiſti, qui alias regiones inquirerent, explorarent, atq; luſtrarent, coloniaſq; deducerent. Nobiliſsimos principum Indiæ filios in libertatem vindicaſti: literarijſq; ludis inſtitutis, non ſecus, ac tuos educandos inſtituendoſq; curaſti. Ad hæc legibus, moribus, ſanctiſsimiſq; inſtitutis ea Regna, quibus etiam nunc gubernantur, ita ornaſti, atq; ſtabiliſti, vt nihil prudentius à Solone, nihil grauius à Zaleuco, nihil ſanctius à Lycurgo; nihil deniq; iuſtius à Minoe, vel ad ſalutem Indicæ Hiſpanæq; gentis, vel ad ciuitatum incolumitatẽ, vel ad vitam hominum & quietam, et beatam inueniri, ferri, ſanciri, inſtituique potuit. Ita enim res in priſtinum ſtatum & quietis, & concordiæ in ea India reſtituiſti, vt, veluti alter Thraſibulus Athenienſis, quem nemo fide, conſtantia, animi magnitudine, & in patriam amore ſuperauit, obliuionis legẽ iniuriarũ pro ſtabilienda populorũ pace non minus rectè, quàm ſapienter tuliſſe videaris. Ille enim ciues, in eam legem quam tulerat, iurare coëgit, quæ vetabat; ne quis de ante actis rebus accuſaretur, neuè multaretur, ne quis præteritarum iniuriarum mentionem faceret. Quo facto concuſſum ciuitatis ſtatum, & labentem in antiquum habitum reuocauit, omniũq; diſcordiarum memoriã ſempiternã obliuione deleuit. Quã ſi, te abſente, Hiſpani Indiq; ſeruaſſent, melius certè cum illis actum eſſet: nec in tot calamitates, infortuniaq; incidiſſent. Sed iſta, qui hiſtoriã ſcribunt, fusè copioſeq; perſequent. Nã tu magnanime Vacca, omnibꝰ rebꝰ prudẽtiſsimè modeſtiſsimeq; cõpoſitis, & in ſuum ordinẽ redactis, prouincias illas q̃ pacatiſsimas Blaſco Nunezio Velæ Proregi, qui malis auibꝰ ab Hiſpania appulerat, tradidiſti. Qui quum ad Regiam vrbem nauem conſcendiſſes, à Conſaluò Piſarro, qui poſtea Regna illa occupauit, meritaſq; proditionis, & perfidiæ pœnas dedit, es interceptus, poſitiſq; cuſtodibus detentus. A quo quum maximũ vitæ diſcrimen tibi imminere intelligeres, omni impetu cũ vno & altero comite in eos, nautaſq; inuadens fortiſsimè te ipſum vindicaſti. Atq; è portu ſoluens Panamã magno cũ periculo te recepiſti. Inde verò quum iam omnia quorundã inſa-*

*nia, cupiditate, & auaritia confuſa perturbataq́ eſſent, proſpera vſus nauigatione in Hiſpaniam reuertiſti. Quibus ex rebus præclarè geſtis tantã in te inuidiã concitaſti (eſt enim virtus comes inuidia, quæ bonos inſequi, atq; adeò plerunq; inſectari ſolet) vt perditi quidã homines, & virtutis hoſtes, & laudis inuidi non paruum tibi negotium faceſſerint. Qui non modò Caroli Cæſaris voluntatẽ à te abalienarunt, ſed iniquiſſimè etiã nomen tuum ad eum detulerunt. Non dicam quantã tuarum iacturam rerum feceris & q̃ infracto fortiq́ animo per vndecim annos tuleris tot labores, ærumnas, calamitates, mortem deniq́ ipſam Mariæ Magdalenæ Quignoniæ vxoris tuæ, forma, natalium ſplendore, pudicitia, fide, religione, alijſq́ inſignibus corporis atq; animi dotibus longè ornatiſſimæ, neque enim hiſtoriã ſcribo, ſed res tuas, quàm breuiſſimè fieri põt, percurro. Sed illud certè non prætermittendum duxi, cauſa tua diligenter cognita, & probè perſpecta, aduerſariorumq́ iniquitate penitus intellecta, te non ſolũ omnibus ſententijs abſolutũ, ſed omniũ etiã ordinum conſenſu, gratiarũ actione, gratulatione, plauſu in ampliſſimum Senatum eſſe receptum, atq; reſtitutum. In quo tanta cũ laude principem locum tenes, vt ſi quando abeſſe per valetudinem contingat (cõtingit autem aliquando) Iuſtitium protinus indici, iuriſdictiones intermitti, cauſæ deponi, iudicia tolli videantur: nihil deniq;, te abſente, expediri, etiã ſi ex æquo & bono dici, agiq́ appareat, quod votis hominum reſpondere cenſeatur. Tanta eſt de te omnium opinio, & exiſtimatio, tanta nominis auctoritas, tanta æquitatis fidei, iuſtitiæ, fama, tanta in gerendis rebus, & expediendis negotijs commoditas. Quo quid præclarius eſſe poteſt? Quid laude dignius, quàm te tot honoribus & Reipub. muneribus, & ciuilibus, & militaribus ornatum poſſe tuo iure dicere id, quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, ſe eſſe eum, vnde ſibi, ſi non populi, & reges, at omnes ſui ciues conſilium expetant,*

Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certos, compoteſq́, conſilij
Dimitto, vt ne res temerè tractent turbidas.

*At non ſolum à te ciues & populi, ſed Imperatores & Reges conſiliũ expetunt. Quis enim non videt domũ tuam maxima quotidie hominum frequẽtia, ac ſummorũ Procerum ſplendore celebrari? Quis ignorat Carolũ quintũ Imperatorem, cognita obtrectatorum tuorum improbitate, quum in gratiã eius redijſſes, maximas grauiſſimaſq́ res tibi cõmiſiſſe? Atq; in regenda Repub. multo magis, quàm vnquã antea, tua opera, ſtudio, virtute, atq; prudentia vſum fuiſſe? Nam Philippum Regem quid attinet dicere? quem in gubernandis tot tantiſq́ regnis, longè lateq́ per orbem terræ poſitis, tuis conſilijs tam publicè, & priuatim, quàm bello, & pace, vti videmus? An non meritò hæc cõmentaria tibi debentur? Qui præter tot tantaq́ generis, honoris, gloriæ, famæ, fortunæ, virtutis ornamenta,*

præter maximarũ & amplißimarũ rerum vſum, tantâ iuris ſcientia, & omni prudentiæ genere præſtas, quanta vel Q. Mutius Scæuola Iuriſperitorum eloquentißimus, & eloquentiũ iuriſperitißimus præſtitit. Cuius domus quid aliud erat, niſi totius oraculum ciuitatis? vel quantâ Domitius Vlpianus legum vertex, & præfectus Prætorio excelluit, cuius conſilijs Alexãder Seuerus Rẽpub. rexit atq; gubernauit: ideoq; cum optimum euaſiſſe Imperatorem, memoriæ proditum eſt. Sed iam magnanime Heros hæc commentaria eo animo accipe, quo talem Heroem accipere decet. Quis enim te non appellabit Heroem? qui Heroica quadã virtute tot Regna Indica Regi tuo receperis, religione firmaueris, legibus, moribus, & inſtitutis adeò muniueris, vt nemini non mirum iure videri debeat, ſi non multo maiorem ille, q̃ nuper fecit, gratiam tibi retulerit, atq; amplioribus honoribus & muneribus non ornarit, atq; donarit. Sed dedit ipſe magnũ gratißimi atq; liberalißimi animi ſignum, eſtq; longè maius pro ſua Regia munificentia atq; liberalitate, qua Principes omnes ſuperat, ſimilesq; tui proſequitur, in dies daturus amplißimaq; in te beneficia collocaturus. Rũpantur ilia Codris, & iſtis Zoilis, quorũ morſus, atq; improbitatem & peruerſitatem ita retudiſti, atq; conculcaſti, omninoq; euertiſti, vt iam nihil tutius ſub Palladis ægide ſit futurum, quàm quod ſub tuo clariſsimo nomine in lucem prodibit. An non iure hac etiã in parte patri meo gratulari poſſum, ſummãq; eius felicitatem dicere? vt qui poſt mortem talem ſit nactus Heroem, qualem, ne conceptis quidem votis, quum in viuis eſſet, optare, habereq; potuiſſet. Quanta animi voluptate atque iucunditate ille affectus fuiſſet? ſi vigilias lucubrationesq; ſuas tibi dedicatas, & quotidiano prope cõuitio ab omnibus efflagitatas legi, amari, coli, amplectiq; vidiſſet? Quàm multis, & quidem verißimis, laudibus beneficium hoc proſecutus fuiſſet? Quod pro tua virtute, animiq; candore non in mortuum modò, ſed in filium etiã bonorum, & doctrinæ eius hæredẽ cumulatißimè cõtuliſti, nec conferre vnquã deſinis: ita enim ſemper de nobis, vt de alijs, benemereri omni ſtudio, cura, operaq; contendis. Quod vt diutißimè felicißimeq; facere & velis, & poſsis, Deum Optim. max. vt par eſt, precamur. Idq;, vt magnis precibus, nuncupatisq; etiam votis faciamus, & tua in nos beneuolentia & nominis ſplendor iubent, & poſtulant: & noſtra in te obſeruantia ac religio ſuadent, atq; hortantur. Vale.

# IOAN. CHRISTOPHORI CALVETI STELLÆ DE COMMENTA- rijs Petri Peraltæ Iuriſconſulti diſertiſsimi, ad ornatiſsimum virum Sancium Peraltam II Doctorem Encomium.

*SAnci, qui Patris es relictus hæres*
*Dignus, qui monumenta nunc paterna*
*Profers, marmoreq; erigis perenni,*
*Felices merito putabis eſſe*
*Illos, queis dedit ampla Rex olympi*
*Doctrinæ eximiæ, ingenijq; dona*
*Diuini ut Patriæ, ſibiq; nomen*
*Præclarum parerent, nepotibusq;*
*Prodeſſent, ſtudij ſui relictis*
*Certis teſtibus, atq; ſempiternis.*
*Sed tu, iure quidem, magis beatos,*
*Felicesq; fuiſſe iudicabis*
*Illos, queis ſuperi dedere, præter*
*Tot tantasq; animi, artiumq; dotes,*
*Hæredes ſtudiorum, opumq; dignos,*
*Qui patrum monumenta, qui labores*
*Doctos edere, posterisq; cunctis*
*Notas reddere lucubrationes*
*Curarent cito, ducerentq; laudi*
*Hoc illis fore, gloriaq; magnæ*
*Namq; his præmia nominis benignus*
*AEterni ſtatuit Deûm Pater, qui*
*Producunt monumenta, perferuntq;*
*In lucem uigiles Patrum lucernas*
*Quid prodeſt opera alta condidiſſe?*
*Quid refert dare poſteris libellos*
*Quos Phœbus probet, & Minerua laudet?*
*Si in cæcis tenebris tacent, inertes*
*Paſcentes tineas, trucesq; blattas*
*Si hæredes faciunt pili hæc, habentes*
*Maiorem rationem opum, & bonorum,*
*Quam laudis patriæ, & perennitatis.*
*Sic certe historias, grauesq; libros,*
*Sic exculta poëmata, atq; plena*
*Romano ſale, & Attico lepore,*
*Sic doctiſsima identidē uidemus,*
*Quanquam digna cedro, perire ſcripta.*
*Indignum facinus! perit uirorum*
*Doctorum labor, interitq; nomen,*
*Laus in cimmerijs latet tenebris*
*Culpa hæredis auari, & imperiti*
*Auctorisq; etiam parum ſagacis,*
*Qui non ediderit ſuos libellos,*
*Dulces delicias, ſuasq; curas,*
*Dum uixit, licuitq; per malignam*
*Parcam Aut non ſibi cauerit relinquens*
*Natis cultu pijs, boni q; amicis,*
*Et ueris ſua opuſcula, ut referre*
*Curarent in apertum ea & paternæ*
*Laudi conſulerent, ſimulq; honori*
*Sed laus quanta tua eſt, tuiq; nomen*
*Sanci qui patris inſtitutus hæres*
*Curas tradere poſteris legenda,*
*Quæ iugi ille labore fecit in ius*
*Ciuile, egregia erudita, pulchra*
*Commentaria Sic patri parentas,*
*Laudi proſpicis, & magis perenne,*
*Quam Saxo ex Pario, extruis ſepulchrum.*
*Hæc dum tu exequeris, Patriq; ponis*
*AEternum monumentum, & aſſeris te*
*A Lethe mala, & inclitum refers ſic*
*Iam laudem, ut retulit ſui Peralta*
*Viuis teſtibus ingenij relictis.*
*Felix es nimium Peralta felix,*
*Qui charæ patriæ, tuisq; Iberis*
*Multum profueris tuo labore,*
*Doctrina, ingenio, reliquerisq;*
*Scripta inſignia, Sanciumq; natum*
*Hæredem ſtudij, atq; opum tuarum*
*Dignum Iam cineres tuos reponit*
*AEterno tumulo & pias per orbem*
*Terrarum exequias rependit, & iam*
*Emittit monumenta, quæ Peralta*
*Viuens ex adamantinis lapillis*
*Fecisti ſtudio, labore, cura*
*Non ſæui hæc Boreæ, Notiq; flatus,*
*Non Euri eruet, atq; uis Fauoni*
*Sic Pallas iubet, imperatq; legum,*
*Et frugum genitrix Ceres Repoſtum*
*Hic teſtator habet, quid, inſtituto*
*Vno hærede, uel altero, ampliusuē,*
*Scribi, ſubſtituiq; poſsit & quid*
*Cautum Moribus, atq; legibus ſit*
*Quid primo Titiæ, & uelit ſecundo*
*Legare, & dare Mæuio, quid optet*
*Vxori dare tertio, ac pater quid*
*Committat fidei, uetet, uelitq;*
*Quid tandem Titia annuos in uſus*

Præſta-

Præſtari uelit Arrijs duobus
Quid det Mæuia Lucio, inſuperq́,
Illud, quod poterit dari, & relinqui
Templis, pauperibus, pijſq; cauſis,
Exponit Petrus optime Peralta
Sic ænigmata, Gordioſq; nodos
Iuris ſoluit, & explicat perite,
Vt iam nil queat amplius requiri
Iam ſublimia tractat, & per alta
Legum, ut iure Peralta nuncupetur,
Iuſtarum cepita aduolat, nihilq;
Intactum ſinit; & quod eſt caducum
Legatum, quod & irritum, atq; ruptum,
Preterq; officium, munuſque firmum
Teſtamentum erit, expedit Quid & lex
Ciuilis ſtatuat, quid inſtitutum,
Mores, Pontificumq;, Regumq́,
Ius decernat, aperte, & eleganter
Monſtrat Cecropiæ hæc placent Mineruæ,
Hæc ſunt Legiferæ Deæ, atque Phœbo
Grata, hæc Regius approbat Senatus,
Hæc effert, celebrat, tuetur Heros
Vacca, ampliſsimi & ordinis Senator,
Illuſtris genere, Inclitis triumphis,
Et uirtute, ſcientiaq; clarus.
Hæc Salmantica docta fert in aſtra,
Lætatur merito ſuo Peralta,
Nec parui æſtimat hunc habere alumnum,
Qui primas tenuit, fuitq; iuris
Conſultiſsimus, omniumq; longe
Interpres celeberrimus ſacrarum
Legum, & maxime acutus, & diſertus.
Cui fœcunda Bononia & Toloſa
Pulchra inſignia laudis, atq; honoris,
Nec non præmia magna contuliſſent,
Et quem Hiſpania ſuſpicit, colitq;
Quo ſic læta triumphat, atque gaudet,
Vt Germania Zaſio perito
Exultat fera, gaudioq́ geſtit
Vt Budæo utriuſq; luce linguæ
Gaudet Gallia nobilis nitenti
Vt magna Italia & potens ſuperbit
Facundo Alciato Hæc diſerte Sancti
Arguta reſonant lyra Camœnæ,
Felicemq; canunt Petrum Peraltam
Tali filio, & accinunt beatum
Te tali Patre Quo caput reuinctæ
Pinu gaudet Ereſma peruirenti,
Gaudet Tormis aquis fluens amœnis,
Plaudit troctifero frequens Ereſmæ,
Qui Petrum genuit, deditq; alumnum
Vrbi Palladi, Theſpiæq; turbæ,
Et Cyllenio, Apollinique docto,
Et Flauæ Cereri, Iouiq; gratæ
Gaudet nobilis arce, aquæq́ ductu,
Et pannis celebris, tribuſq; alumnis
Claris ingenio, editiſq; libris,
Iam Segortia Læta. Sed uolantur
Petri monumenta, ſintq; nota
Terris, Gentibus, Vrbibuſq́ cunctis,
Quas Sol luſtrat & alta iam Peraltæ
Commentaria prodeant in orbem
Hæc uates celebrent, legant periti,
Conſultiq; uiri utriuſq; iuris,
Et ſacræ ſophiæ, artiumq; docti,
Quas montis biſidi colunt alumnæ.
Acceptumq; tibi hoc ferant Peralta
Omnes, qui decus hoc Patri dediſti
Immortale tuo hoc rependit ipſe,
Doctrina atq́ opibus tibi relictis.
Sic Tritonia, Cynthiuſq; pulcher,
Sic Ennea Dea, & Nepos Athlantis
Ad Petri tumulum canunt Peraltæ.
Reſpondent Heliconis, atque Cyrthæ
Pulſantes digitis lyras puellæ.

FINIS

# Eiuſdem Stellæ Diſtichon,

Excitat extinctos cineres, monumentaq́ Patris
Æterna æternis Sancius inferijs.

# LOCA IVRIS TAM COMMUNIS, QUÀM CANONICI, QUÀM HUIUS REGNI, QUÆ NOUITER INTELLIGUNTUR SEU EXPLICANTUR IN HOC VOLUMINE.

## LEGES REGIÆ EXPLICATÆ IN HOC OPERE


LEX 11 titul 4 part 6 pagin 13 colum. 1. numer 10
L. 1 titu 1 part 6 pag 29 col. 1 nu 46
L 11 titu 3 part 6 pag 37 col 2 nume 54.
L. 29 titu 9 part 6 pag 50 col 1 num 77
L 7 titu. 8 part. 7 pag 52 col 2 nu 8
L. 4. titu 10 part 6 pag 184 col 2 nu 19
L 4. & 5 titulo de las exceptiones, libro 3 ordi pag. 29 colum 1 num 46 & pag 274. col 1 nu. 12 & pag. 53 col 1 num 82
L 4. titul 4. libr 5. ordi pagin 47 columna. 2 numero. 74
L. 1 titu de los testamen libr 5 ordin pagin 57. col. 1 num 85. & pag. 271 colum 1 num 9 & pagi 333 colũ 1 nume 17
L. 3 titu de las appellationes, libr 3 ordi pa 153 colum 1.
L. 6 titul de las mandas, libro 3 for pag 35. columna 1 nume. 51 & pagin 268. colum 1 numero 5
L 9 titul. de las mandas, libr 3 fo pag 131 col 1. num 12 & pag 299 colũ 2
L. 4 titu de los homezillos, lib 4 fori. pagi. 449 colum 1 nume. 10
L 37 Tau pag 29 colum 1 nu 46
L. 31 Tau pag 29 colum 2. num 46. & pag 266 colum 1 & pag 274 colum 2. nume 13 & pagin 609 colũ 2 num 9
L 17 Tau pag 73. colum 2 & pag 245. colum 1 & pag 595 colum 1 & pagin 559 col 2.
L 20 Tau pag 124 colum 1 nume 3.
L 21 Tau pag 129 colum 1 num 9
L. 32 Tau pag 190 colum 2
L. 18 Tau pag 299 colum 2
L 3 Tau pag 574 colum 1 nume 11
Leges quaterni gabellarum, pagina 301. columna 2.


## Ex. ff. voluminibus leges explicatæ.


LEX Labeo § idem Tubero, de ſupp. lega pa. 2 colum 4. num 3
L Nutu, de lega 3 pag 3 colum 2 nume 10
L Turpia, verſ Titiæ, de lega. 1 pagin 22 colum 2 numer 32
L Cum tale § Reſcriptum, de condit & demonſtra. pagin 22 colum 2 num 32
L Aſſe toto de hæred. inſtit pagin 28 columna 1 numero. 46
L Vxorem § penul de lega 3 pagin 48 colum 1 numer 74.
L Iure ciuili, de condit & demonſtra pag 44. colũ. 1 num 64
L. qui ſic, de ſtatuliber pa 51 colum 1. nume 79. & ibidem l fin. de re iudic
L Fideicommiſſa § ſic fideicommiſſum, de legat 3. pag 59 colum 2 nume 87.
L cui fundus, ad ſi de condit & demonſtra. pag 78 colum 2 nume 6.
L hæc conditio, la ſegunda, de condit & demonſtr pagin. 88 colum 2 nume 3
L Cum ſeruus, de legatis primo pagin 95 colum 2. numer 4.
L Si uſuſfructus legatus ante finem, de uſufructu pagin 97 colum 2 nume 6
L quidam teſtamento, de lega 1 pag 101 colum 2 numero. 2.
L ſi de reli & ſumpt. fu pag 109 columna 1 numero 7
L. non amplius § cùm bonorum de lega 1 pa. 124. colum 1 num 3.
L. princeps bona, de Verb ſig pagin 131 colum 2. numero 12
L fina de reb. eorum. pag 14 col 2 nume 10
L Vbi repugnantia, de regu iur pag 171 colũ 1 numero 7
L pecuniæ, verſ diuerſa cauſa, de alimẽ et ciba leg. pag 177 colũ 1 num 3
L. 3 § ſubtilius de condit ob cauſ pagin 197 col 1.
L ſi quis Titio § ſi de legat 2 pagin 207 col 1
L. filiusfamil de conditio & demonſtra. pagin 218 colum.

colum 2 num 32

L. mulieri & Titio de condit. & demonſtra. pagin. 225 colum 1 num 40.

L Plautius, ad l Falcid pag 230 colum. 1

L Titio uſusfructus. de uſufruct leg pag 259 col. 2 nume 5

L 3 in fin de adimen. leg pagin. 269 colum 1 numero 7

L Si poſthumo §. quod uulgo de libe & poſth pag. 296 col 1 nume 22

L. Sextiliam de leg 3 pagin 296. colum. 2 numero 23.

L Si quis eum quem de condit. & demonſtra. pag. 325. colum 1

L quid aliud de uerbo. ſigni. pag 534. col 1 nu 15.

L. 2 ſi certum peta pag 539 colum 2 num 6

L paterfilium § quindecim, de legat 3 pagin 599. colum 2 nume 23

## Ex Iuſtiniani Codice.

LEX ſcimus § cum autem de inoffic teſtamen pagin 15 colum 1. nume 13

L Iubemus, in princ de teſta. pag 29 col 1 nu 46.

L captatorias, de teſtamẽ milit pagin 33. colum 2. nume 49

L. Vna § his ita, uerſic. ſi autẽ ex his, ue cadu. tollen pag 71 colum 1 num. 4.

L. non idcirco, de Iuris & facti igno pag. 109. col. 1. nume 6

L quoniã in prioribus, de inoffic. teſta. pag. 292 colum 2 nume. 13.

L fina de legatis pagin. 461 colum 2. nu 10.

L Cum alienam de legatis. pagin. 509 colum 1. numero 11

L. Cum alienam. de legat pagin 618 col 2 nu 1.

## Ex Inſtitutionibus.

§. Sed quia hæredes, uerſic poſt quod, de fideicom. hæredi pag 127 colum 1 nume 7

§ ſi inſtit de ſtipula ſruo pagin. 211 colum 1. nume 14

§ Sed noſtra de ſucceſſ. liber. pagin 288 colum 2. numer 2

§ Semel, qui ex cauſ. manu non licet pagin 327. colum. 1. nume. 13.

§. Hæres, de oblig quæ ex quaſi contra naſ pa 330. colum 1 nume 9.

## Ex Decretalibus.

C cùm tibi, de teſtamen. pag. 187. col. 2.

## Ex Decretis.

C Iudicet. 3. quæſt. 6 pagin. 24 colum 2. nu 32. ad finem

C. Sacrorum 12. quæſt. 2 pagin. 322. colum. 2. numero 7.

A D

# AD CANDIDVM LECTOREM.

HAVD equidem minus ardua res, iux
ta ac ponderoſa, quàm periculis obno
xij, his cenſetur temporibus, ſcribendi
interpretandiuè munus in facultate ō
bire iuridica Quum ob multorum, &
priſcorum, & recentiorum commenta
rios hac de re exaratos, indiesq́, nō tan
tùm in vulgus prodeũtes, ſed & prodi-
re gliſcentes, qui quidem ſunt in cauſa
vt qui prȩfatam ſcribendi prouinciam
nunc aſſumere velint, poſita ob oculos materiarũ dilatatione ac
copia, abſque immenſa difficultate, & inexhauſto labore, laude
ac cõmendatione rem dignam nequeant ſcribendo depromere,
& id quidem in raris dũtaxat iuris locis Tum etiam, ꝙ Iuriſperito
rum iſtius ætatis ingenia, quorum iudicijs ac ſententijs id qđ ſcri
bendum ac pro roſtris exponendum eſt, tanta tamque ſubtili ſpe
culatione præſtant, vt nihil ſine curioſo & anxio examine eorũ
oculos manuſuè euadat, ſubterfugiatq́, Neque aduertere curant,
quã peculiare ſit hominis labi, conniuere, atque in ſcribendo ſæ-
pius falli, eſt enim perdifficile hoc tempore in præfata iuris ſcien-
tia, non ſolùm inuenire, verùm & inuenta tractare, difficiliuſque
eiſdem deciſionem congruentem adnectere, cũ philoſophiæ mo-
rali ſupponatur, cuius rationes probabiles, nō autem efficaces ſeu
demonſtratiuæ cenſentur. Ad hæc ex iſto ſcribendi munere, alia
emergunt ſubſultantque inconuenientia, quȩ ſi exactè penſicula-
rentur nemo ſuæ eruditionis, honoriſque ſtudioſus illud ſubire
dignaretur, quin potius vulgari prouerbio adhærens bene qui la
tuit, &c. ſeipſum ab eiuſmodi prouincia ſubeundi per libẽter ſub
traheret Verùm enimuero, conſiderans ego ſatius eſſe, etiam
ſub errandi ſuſpicione veriſimili, ſcribere, quàm in vniuerſum ſi
lere, & ante actorum laborum rationem minimè reddere, in pu-
blicum prodire decreui, cùm ſępiſsimè apud Iuriſprudentes illud
iactari ſoleat, inueniendis impedimẽto nō eſſe inuenta prȩſertim
in hac Iuriſprudentiæ facultate, quæ nō ob aliud fuit potiſsimũ
comparata, niſi ob cõponendos hominũ animos diſſonos, ſopiẽ-
daſq́, ipſorũ cõtentiones aſsiduas indies pullulãtes, ac ſuppullulã

tes cũ

tes cũ(vt aliâs dicit)natura ſemp̃ deproperet nouas edere formas, quas humana imbecillitas pręuidere nequit ſuntq́, in cauſa, ꝙ in negotijs quotidie emergentibus, ad eorũ deciſione,labore, cura, ac ſollicitudine ſit opus, abſq́, qua inquã deciſione,neq́, reſpublica aptè valeret gubernari,neque ipſius perſonæ ius ſuũ conſequi aut tutari poſſent. Et quanquàm in hoc Infortiati( quod vocãt) volumine, profundiores materiæ quàm in hoc titulo pertractandæ ſuberant, vbi labores meos ſcribendo locare valuiſſem mihiloſecius tamen ad ipſius explanationem adieci animum, cùm ob argumentorum eiuſdem re & fama celebrium vtilitatem tũ etiam, quia nullus hucuſque ſcriptorum ( quos recentiores vocant )eum fuerit,quod ſciam, interpretatus At in alijs huius voluminis titulis memorabilibus,ſunt variæ ac penè innumerę ſcribentium antiquiorum & recentiorum interpretationes,relectiones,necnon cõmentariorum ingentes ſyluæ, vbi ſi quiſquam hodie ſeſe voluiſſet ſcripturus immergere , quantacunque in iure doctrina & ingenij ſubtilitate polleret, tranſcriptoris vitium ac parum ingenioſi nomenclaturam ſubterfugere nequiſſet. Eã ob rem,quòd argumentorum potiores articuli non tam ſint per plurimos iuris profeſſores inſignes pręuenti, q̃ enucleati. Et quãuis ( vt dici ſolet)facile ſit repertis corollã addere,tñ cũ id qđ adijcit̃ haud eſt magni p̃tij,author(vt dixi)& q̨dẽ meritò res eiuſcemodi addẽdo illaudat⁹ euadit,illuſuſq́, populo ſeſe ꝓpinat deridendũ. Mouit deinde me ipſum ad huius tituli interpretationem exordiendam neruorum copia, quibus ipſius leges compactæ ſunt Nanq; ad varia,vtiliaq́, & in ſpeculatiõe & in practica,ſunt inducibiles Et q̃uis nonnullã habere videat̃ affinitatem cũ ſuprà proximo tractatu de legatis primo re vera tamen omnino diſsidet ab eo Nam vt in diſcurſu apparebit,inductiones ex legibus iſti⁹ tituli ad alios tractatus aliaſuè materias aptandæ,propria ac peculiari induſtria indigent Nec tamen me clam eſt, huic noſtro labori non defuturos Zoilos,prout neque alijs me longè doctioribus vnquã defuerunt,qui clamitent & ſtrideant.quorũ plerią, calumnient̃,hanc interpretationẽ nõnullis in locis aridã eſſe. Quibus ęmulis occurrã Bar cõmentarijs,Iuris Ciuilis interpretũ citra controuerſiã anteſignani, in pręſentiarũ, alijſq́, iſtius corporis iuris partibus,qui nõ minoris pretij cenſent̃ ob id qđ aliquando aridè ac ieiunè procedãt,prout argumẽta q̃ ſeſe paſsim inſinuant,ex poſcunt Alij verò imponant,ꝙ interpretatio hæc noſtra ſubinde

niti-

nititur maximis quibuſdã, ac vocib' Dialecticis, Philoſophicíſq́,, quibus ſatisfaciendum reor ſi ad Bald. Peruſinũ, virum omnium qui in iure ciuili vnquã ſcripſere, oculatiſsimũ, iuxta ac perſpicaciſsimum recurram, cuius in iure Cõmentarij nihil aliud præſeferunt, q̃ promptuariũ quoddã pulcherrimũ ſanè, his maximis ac rationibus onuſtum & refertum, quibus ſępenumero velut inſtrumentis, legũ mentem potius ipſe callet, atq; interpretat᷑, quàm Iuriſperiti ſimplices id facere queant, ob eiuſmodi principiorũ phyſicorum ignorationem Succenſebunt ad hæc alij, ꝙ in nõnullis iſtius noſtri Cõmentarij locis nõ tam copioſè, prout hæc tẽpora efflagitãt, ſim verſatus A quibus vtriuſq́, Raphaelis, nec nõ Pauli Caſt ac Franciſ. Anto. Cõmentariorũ in Iure ciuili illuſtrium interpretamenta, me ipſum tutantur & excuſant, quę quidẽ licèt copia dicendi & allegandi ſæpiſsimè vacent, ſunt tamẽ nihilo ſecius ſolida, ac legentibus mirum in modũ conducibilia. Inſuſurrabũt inſuper alij hunc Cõmentariũ in ipſius proceſſu dictionis candorem ac venuſtatẽ quæ hiſce diebus inter Iuriſperitos politioris literaturæ certatim verſantur, deſiderare Quibus ſatisfactum putamus, ſufficere in huiuſcemodi legum interpretationibus, quas ordinarias lecturas vulgo nuncupant, rẽ ipſam perceptibiliter abſq́, verborum lenocinijs ac tropis, alijsq́, fucis aut cincinis tradere, mihi præſertim inter eloquentiæ literarũq́, politiorũ muſas parum verſato, quinpotius inter ſcriptorum Cõmentarios etſi minimè candidos, doctos tamẽ, ſubtileq́, iuris ſpeculationẽ redolẽtes. Quorũ eruditionẽ (quo ad rei exiſtentiã attinet) poſthita verborũ fluentiſona ſcaturigine, ac pompoſo tinnitu, imitari conabimur Quintil. oratorię inſtitutionis 8. ſecuti, dicentẽ, rerũ inuentionẽ & ſi verborũ lenocinijs deſtitutã, ſui tamẽ natura ſatis eſſe ornatã. Tandẽ, tandẽ vt cũ D. Hieronym. loquar, iudicijs latrantiũ haud ſatis me moueri exiſtimo, qui in vtrãlibet partem, aut amore labunt᷑, aut odio Nec miſsũ facio ſenariolũ à Policiano in miſcellaneis relatũ de inuidia, quę cũ alicui nocere ſatagit in oĩa ſe vertit, is eſt, ſpumat aper, fluit vnda, fremit leo, ſibilat anguis. In ſũma itaq́, de me nihil amplius in his interpretationib' polliceri valeo, quàm de homine, quũ publicè, tũ priuatim ſatis ac ſuper impedito, nec nõ curarũ familiariũ, aliarũq́, ęrũnarũ calamitoſarũ onuſto, ac penè obruto Boni ergo has noſtras lucubrationes in lectionum ꝓgreſſu euigilatas lector optime cõſule, in magnis ſiquidẽ (vt ille ait) & voluiſſe ſat eſt. Vale, lege, faue, fruere.

# INTERPRETATIONES IN TITVLVM de Legat. 2, lib. ff. 31. Petri Peraltæ Iuris Cæſarei Doctoris Salmanticenſis.

## Summarium.

1 CONTINVATIONES huius titu. & ſequentis, ad titu. præcedentem

2 Cauſæ ultimæ uoluntatis, quot, & quæ concurrere debeant, in ipſius productione, hic deſcribuntur

3 Voces, paſſionum animæ, notæ, ſecundum Philoſophum, & Iuris conſultum.

4 Quod uoce exprimitur, per exprimentẽ credi præſumitur, & de intentione eiuſdem emittẽtis eſſe

5 Proferenti uerba non creditur, ſi dicat, alia ſe intentione quam ipſa ſonent emiſiſſe.

6 Nullum fortius mentis teſtimonium, quam uerborum inſpecta qualitas.

7 Nihil ſuæ ipſius cauſæ poteſt eſſe cauſa, prout neq; ipſiuſmet

8 Quomodo intelligendum, quod Bal. dicit, heredis inſtitutionem reſpicere perſonam, quæ non poteſt obliquari.

9 Carpitur Bald ratio, in eo quod dixit de cauſa formali ſed poteſt ſaluari ut inf dicitur in fi. iſtius rub

10 Nutu ſolo, ex quo uoluntas & conſenſus diſponentis colligitur, legata relinqui poſſunt necnõ fideicommiſſa uniuerſalia, contra Iaſo & alios

11 Productiones l Nutu.

12 Reſtrictio eiuſdem l Nutu

13 Reſolutio per diſtinctionem caſuum in materia l Nutu

14 Saluatio Bart in l Nutu, una cũ ipſius l intell

15 Fauorabilior quoad quid pia cauſa quam liberorum

16 Opinio glo in c. Cum tibi, uerior & communior

17 Peregrinum ac ualde notandũ uerbum Lucæ Pennenſ

18 Saluatur hic Bald circa id de quo ſup fuerat reprehenſus

GLOSSA rubricæ non continuat iſtum titulum ſeu librũ ad præcedentem, ſed remittit ſe ad glo in rub inf ti 1 de lega 3 Vbi glo ponẽs diuiſionẽ horũ titulorum ſeu librorũ cum eorum ſummaria declaratione, ſatis
1 †continuat iſtum tit ad præcedentem de lega 1. & illum titu. de lega. 3 ad iſtum Inquit enim, quòd in tit. præcedẽte de lega 1 tractatur principaliter generalis materia legatorum, prout concernit ipſum legatũ, ſeu ipſam rem legatam In hoc titu. tractatur principaliter de legatis, in quantum tractatus concernit perſonas legantium & legatariorum, necnon eorum à quibus legata relinquuntur, & etiam verba legatorum Sed in titu de lega 3 tractatur de ſignificato verborum, tam circa res, quàm circa perſonas poſitorum. Quę cõſideratio fuit Azonis in Summ 1, C de verbo ſig prout glo ibi dicit Odofre tamen & Albe. in rubri. ſup titu 1 quoad iſtum tit & illum dicunt econtrà Item aliter continuat Bart in rubri inf titu 1 Sed l. 10 titu 9 part 6 dicit idem quod Odofre ſcilicet quòd in titu ſuprà proximo de lega 1 tractatur de perſonis legantium & legatariorum, & in



Diputación de Vizcaya Biblioteca

hoc ti de leg 2 de rebus legatis Po-
ſtea in l 28 in prin eo ti, 9 dicitur, q
in ti de leg 3 ponitur, per quę verba
legata fiāt. Sed quācunq; harum cō
tinuationū teneam', hoc eſt, ſiue cō
tinuationē gloſſę in dicta rubrica de
lega 3 poſt Azo cū qua tranſit etiā
Barto ibi & Docto in rubrica de le-
gat 1 ſiue teneamus alias continua-
tiones, quæ etiam poſſunt procede-
re, omnes nituntur ratione partim
iuridica, partim naturali quā ponit
Bald in l 1 col 1 repet (ſi eſt repeti-
2 tio Bald) in iſto titu & eſt hæc † Quia
in omni teſtamento (prout ipſe in-
quit) & quoad inſtitutiones, & quo-
ad legata, & fideicommiſſa, ſunt tria
neceſſaria, ſcilicet perſona, quæ eſt
cauſa efficiens actiua, & ea eſt ipſe-
met teſtator, vel diſponens Item paſ
ſiua, id eſt ipſemet hæres grauatus ex
preſſim vel tacitè præſtare legatum
vel fideicommiſſum qui quidē gra-
uatus appellatur cauſa efficiens paſ-
ſiua Item ipſe legatarius vel fideicō
miſſarius Requiritur etiam res ipſa,
quæ legat', vel relinquitur, & illa eſt
cauſa materialis Requirūtur etiā vo
ces, ſeu vocabula quę ſunt cauſæ for
males, cùm deſignēt teſtatoris mē-
tē, & eiuſdē mētis cōceptū enūtient
vt in l Nō aliter, in prin ī titu 1 & in
l Iubemus, poſt principiū C de Te-
ſtam & in l Hæredes palàm, in prin
eod titu ff Vt enim Philoſophus pri
3 mo Peri ermenias inquit † Sunt au-
tem ea quæ ſunt in voce, earum quę
ſunt in animi paſſionū, notæ, id eſt
ſigna Ad quod eſt tex nota in l La-
beo § Idem Tubero ī de Supellecti
lega quem in id propoſitum addu-
cit Bald in l Vna, col 9 C de Confe
& ex eodem tex iūctis nota per glo
& Docto in l Nemo § 1 ff de Hęre
inſti dicit notanter Barto in l Neq;
4 profeſſio, ad fi C de Teſta † quòd in
dubio præſumitur quiſq; credere id
quod voce expreſſit & ibidem Iaſo.
ſuper hoc, nonnulla congerit & in-
quit Bald ad eandem rem, in l. Et in
5 epiſtola, ad fi C de Fideicōmiſſis † q
lex habet emiſſionem verborū pro
intentione emittentis ipſa, adeò q
ſi emittens ea dicat ſe protuliſſe alia
intentione, quàm verba ſonent, non
eſt ei credendum Allegat l vnam §
Similiq; modo, ad fi C de Lati li tol
len Bene fa tex in l Si nō conuicij,
cum glo C de Iniu & in cano Hu-
manæ aures, in prin 22 quęſt 5 Item
facit illud quod cōmuniter dici con
6 ſueuit, † Nullū maius mētis teſtimo-
niū, q̄ qualitas inſpecta verborū, ſe-
cundū Bal poſt Caſſiodo in rubrica
de Teſti & in c ſuper literis, col 5 de
Reſcrip De his videre licet abundā-
tes remiſſ per Tiraquel in l Si vnq̄
glo Libertis, nu 15 & ſeq C ď Reuo
dona Redeūdo ad præmiſſa, his quę
ſuprà retuli Bal tenere hic circa cau
ſas teſtamēti, addo Saly idē tenentē,
& vltrà declarantem circa duas cau
ſas ex prędictis, in l 1 3 col ad fi ff de
Condi indebi vbi ſubdit, addēs cau-
ſam, quam Bal omiſit ponere, quòd
cauſa finalis teſtamenti eſt, vt defun
ctus decedat teſtatus ad prouiden-
dum ſibi de ſucceſſore, & legatarijs
& hoc de cauſa finali, vt dixi, omiſe-
rat Bald vbi ſuprà Iſta autem requi-
ſita conſiderantur quoad validita-
tem contentorum in teſtamento,
ſed quoad ipſammet inſtitutionem,
quamuis alia requirantur, non tamē
requiritur, neque poſſet requiri vel
conſiderari cauſa efficiens paſſiua,
quæ aliâs, vt dixi, eſt ipſe hæres reſpe
ctu legatorū & fideicōmiſſorū Quia
7 ſicut † nihil poteſt eſſe cauſa ſuæ cau
ſæ, ita neq; ipſiuſmet, vt ad ſenſum
innoteſcit, quū eſſet repugnātia na-
turalis Et probatur ex l Vrannius §
Sed

Sed cùm duo, in verſic (vt quemadmodum) ff de Fideiuſſo & clariùs ex l Quod per manus, cum glo ff de Iure codi Inde dixit Bald in l ſi 18 oppoſitione C de Hære inſti in reſponſione ad l Cùm alienam C de lega quòd hæredis inſtitutio reſpicit perſonam, quæ non poteſt obliquari, † ac ſi dixiſſet, quòd validitas
8 totius teſtamenti incipit à fundamento hæredis inſtitutionis, & exiſtentiæ ipſius hæredis, & à ſemetipſo hęres recipit hæreditatem, ex quo de manu teſtatoris eam immediatè & directò capit Et ſic, vt dixi, quemadmodum nõ poteſt eſſe cauſa efficiẽs ſuæmet cauſæ, ita neq, ſui ipſius quinimò hæres habetur vt ſubiectũ vel obiectũ inſtitutionis, in quo ipſa fundatur nõ autẽ eſt, neq, poteſt eſſe cauſa ipſius Quòd autem teſtator aut alius diſponens ſolus ſit cauſa efficiens actiua vltimarum voluntatũ, vt ſuprà eſt dictum, tenet etiam Bal. in l Id quod pauperibus, col 4 C de Epiſcopis & cle per l Illa inſtitutio ſuprà de Hære inſtituen quod ex ſe eſt notius, quàm vt illud iuribus vel autoritatibus probari expediat

Sed eſt aduertendum, quòd licèt
9 † prædicta ratio Bal ſit in ſe pulchra, tamen ad hanc materiam legatorũ de qua agimus, non perfectè quadrat, & in effectu Salyc vbi ſuprà tenet contrarium Quia licèt ad legatum ſit neceſſaria cauſa materialis, id eſt ipſa res legata, item cauſa efficiens actiua & paſsiua, id eſt perſona teſtatoris & hæredis, vel eius à quo legatum relinquitur, item legatarij vt ſuprà eſt dictum, tamen verba non ſunt neceſſaria ad legata in eſſe deducenda & ſic non poſſunt dici cauſa formalis legati, vel fideicõmiſſi, prout inquit Bal vt eſt tex in l. Nutu infrà titu. 1. de lega 3 vbi legata & fideicommiſſa particularia ſolo nutu abſque alia verborum expreſsione relinqui poſſunt dummodò per talem nutum poſſit conſenſus colligi, & modus, per quem colligitur, debet ſcribi per tabellionem, ſecundum Bartol ibi poſt Iaco de Are & ſecundum Albe ibi poſt Petrum, & eundem Barto & Docto in
10 l Mutũ ff de Acquiren hære † Quæ quidem l Nutu, non tantùm procedit in legatis & fideicommiſſis particularibus, ſed etiam in vniuerſalibus, ſecundum Bald in d l Et in epiſtola C de Fideicom & in Authen Ingreſſi colum 6 poſt prin C de Sa ſan eccle & Pau de Caſt in l pe col 1 C de Impube & ali & Soci in cõſilio allegato per Lanze Galiau in l 1 § Si quis ita interroget 4 colum poſt prin in verſic (*Preterea quicquid dicat*) ff de Verbo oblig vbi ipſe Lanze idem tenet & hoc eſt verius & tenendum, licèt Iaſo in aduertenter ibi, & in l Si res obligata 6 colum ff de Legat primo, aliter teneat, ſequutus Angelum in d l Et in epiſtola, qui tamen in mea lectura id nõ dicit Et licèt Angelus de Periglis (ſub obſcurè tamen) teneat tale fideicommiſſum vniuerſale nutu factum quoad cauſam profanam non valere, in l Lucius § In teſtamento, in verſicu & mirum, ſupra titu 1 de eo non eſt curandum Diſpoſitio ergo vniuerſalis (vt ad ſupradicta redeam) directa, id eſt inſtitutio, eſt cauſa formalis in teſtamento, vt inquit Salv vbi ſupra Item diſpoſitio particularis expreſſa vel tacita eſt cauſa formalis legati, reſpectiuè, non autem ſola verba, prout Bald inquit Contra quem ſunt etiã omnia iura dicentia, volunt item defuncti in fideicommiſſis etiã prætermiſſa verborũ exteriorum forma,

ro canonico, etiã inter laicos Cęſa
ri ſubditos, & cogeretur iurans ar-
bitrio iudicis quid certum præſta-
re Nã cũ in iuramẽto ſeruetur ſo-
lũ iuscanonicũ, vt in c Cùm cõtin
gat, de Iu. iurã & in. c Licèt mulie
res, eo tit li 6 Itẽ cùm iuramẽtum
faciat cauſam cẽſeri de foro cano-
nico, vt in c Cùm C Laicus, de Fo
ro cõpe eo lib & in c Nouit, de Iu
dicijs, etiam ſi laici iurantes aliâs
non eſſent ſubditi foro canonico,
in eodẽ foro eſſet iſta æquitas ſer-
uanda, ſecundum eum dicentem
iſtud eſſe nota & non reperiri ali-
bi tactum Vltra quem addendum
eſt, iſtud probari in d c Cùm iura-
mento, de Homi vbi hoc deduci-
tur, dum præſupponitur ibi per lo
cum ab ſpeciali, pręductam promiſ
ſionem generalem, & incertam,
extra caſum illius tex propter iura
mentũ valere Et redeundo ad de-
21 ciſionẽ Archi ſuprà relatã, illa † ſer
uaretur (vt dixi) in foro canonico
inter clericos, necnon inter laicos
ſuppoſitos iuriſdictioni temporali
Eccleſiæ Si tamẽ eſſet iurata, ſerua
retur etiã inter laicos ſubditos Cę
ſari, in foro canonico ſcđm deciſ
Claudij ſed in foro Cæſaris nõ ſer
uaretur, vt præſuppunũt oẽs præfa
ti Doct. niſi promiſſio eſſet iurata,
vt modò dixi tenere Claudiũ, vbi
ſuprà. Cui ſentẽtię Archi licèt ob-
ſtet vnus ſcrupulus, tamẽ illũ tollit
Frã de Ripa in eadẽ l Ita ſtipulat',
22 in prin nu 26 † Pari ratione vltra
ipſum Archi videt dicendũ de le-
gato incerto ratione rei ſ vt de iu-
re canonico etiã nõ vitietur. Ita ex
tendit & exẽplificat prædictã deci
ſionẽ Archi. Soci in l Quidã rele-
gatus, in eadem col 6 ſuprà allega.
ſubnectens tamẽ eã procedere in
ſimplici incertitudine. i. vel rei tã-
tũ, vel perſonæ, tantũ ſecùs eſſe te-
nendũ, inquiẽs, quãdo cõcurreret
duplex & ſimultanea, rerũ, videli-
cet, & perſonarũ, incertitudo putà
ſi teſtator diſponeret aliquid in
pauperes erogandum nam eo ca-
ſu

ſu ſecundum eum duplex incertitudo vitiaret Quod etiam tenet ipſe in l Si quis de pluribus,eodem titulo

23 † Sed exemplum ibi poſitum, ſcilicet in l Si quis de pluribus,per eũ, ad hunc effectum non eſt bonum,per id quod Bar tenet in d l Quæ conditio § vlti ff de Condi & demonſt poſt principium Con ſimiliter exemplũ quod ponit in dicta l Quidam relegatus, quod retuli ſuperiùs,non procedit,dum inquit, quòd ſi legetur incertum pauperibus, eſt duplex incertitudo Nam iſtud eſt contra deciſiones per Feli traditas in dicto capi 1 colum 3 de Pactis, dum loquitur de legato incerto facto pro ani-

24 ma,vt valeat, & tamen idem eſt † legare pauperib', quod legare pro anima, vt præſupponunt Bald & Paul de Caſt in declaratione gloſſæ ibidem, in l Illud C de Sacro ſanct Eccle & tradit gloſſ & Docto poſt illam,in l Si quis Titio ꝑ cod Saluari ergo debet, & exemplificari deciſio Soci in prædictis

Saluatur deciſio Soci

ll ſcilicet, Quidam relegatus, &c, Si quis de pluribus (omiſſis exemplis per eũ poſitis) in promiſſione vel legato relicto ad non piam cauſam omnino incerto, id eſt vtroque modo, tam reſpectu rerum, quàm perſonarũ, vt etiam de ęquitate canonica talis promiſſio ſeu tale legatum non ſuſtineatur Ex quibus in applicatione ad text noſtrum videtur dici poſſe, quòd ſi

De eadẽ re

in primo caſu iſtius l teſtator dixiſſet, lego Titio, ſi Seius arbitratus fuerit, tunc Seio arbitrante de æquitate canonica inter clericos vel inter laicos ſubditos temporali iuriſdictioni Eccleſiæ, legatum valeret & hæres cogeretur præſtare legatario, ſi, & quando Titius arbitratus fuerit Nam licèt tertio ſimpliciter arbitrãte quòd legatũ debeatur, remaneat, vel ſubſit incertitudo reſpectu quantitatis, vel rei legatæ, nihilominùs tamen de æquitate canonica legatum ſuſtineretur, ex quo non continet omnimodam incertitudinẽ & poſteà fieret per iudicem declaratio ipſius arbitratus incerti & obſcuri, quem tertius tuliſſet ſecundum diuerſas circunſtantias, quas ſuprà tetigi referendo dictum Archidiacho & Panormita illud declarantem, & tali declarationi, arbitratus obſcuri, & incerti, ſi fuerit per iudicem facta cum cauſę cognitione adhibita, circa prædictas circunſtantias, ſtabitur, niſi (vt prædixi poſt Socinum) legatum laboraſſet vtraque incerti-

25 tudine,† vt quia diceret teſtator, quòd relinquebat cuidam perſonæ (non nominando eam) ſi Titius arbitratus fuiſſet Tunc enim concurreret vtraque incertitudo, tam reſpectu rerum legatarum, quàm reſpectu perſonæ legatarij. Prædictis in ſimili adijcitur, quòd

26 quemadmodum† promiſſio dotis incertæ valet, vt in eodẽ § Gener, ſic etiã valet legatũ dotis incertæ propter fauorẽ piæ cauſæ, quæ eſt dos, vt tenet Barto in l 1 col 3 in ver Aliud priuilegium, ſuprà ſolu matrimonio, & ibidem Alexand colum 4 qui eſt videndus omnino, colum 7. poſt principium, ponens vnum notabile, poſt Cy Bal & Ioan de Imo circa iſtum articulum dotis incertæ In quo puncto nihil videtur reſoluere Fran. de Ripa, ibi nume 97 ad fi Idem quod Barto vbi ſuprà, tenet Paul. de Caſt hìc colum 2 ante mediũ

& Bald in l fin C de Senten quæ
ſine cer quan profe & deciſio
Neapo 371 incipit D Antonius in
verſicu Ad primum per l Si filiæ,
ſecunda, infrà, tit 1 de Legat ter-
tio, & per l Theopompus cum a-
Adaptatio. lijs, infrà de Dote prælegata Sic
igitur in propoſito de quo agi-
mus, optimè procedit ſimile de
promiſſione incerta, ad legatum
incertum, de quo tradit Socinus,
vbi ſuprà, vt vtraque diſpoſitio, &
inter viuos, & in vltima voluntate,
non obſtante incertitudine, de
æquitate canonica debeat ſuſti-
neri Ad id autem quod ſuprà Bar-
27 to dixit, & Doctores poſt eum, †
quòd cauſa dotis dicatur eſſe pia,
ſolet allegari per gloſſas & Docto
res textus, in l Cùm is § Si mulier,
ff de Conditio inde Qui tamen
ſecundum intellectum Barto ibi
non probat, licèt gloſſ ad id eum
allegauerit, in l Et eleganter § ſi
in fine gloſſæ magnæ, eodem titu
& in § ſi in gloſſa ſecunda prope
finẽ Inſtitu de obligatio quæ ex
quaſi cõtra naſ & in l 1 C de Con
ditio inde & in § 1 Inſt quibus
modis re contrahitur obligatio in
verſicu Accepiſſet Sed illa allega-
tio meliùs probatur ex l 1 § Sed
ſi libertus ff Si quid in frau patro
vbi ad verbum dicitur, [*Sed ſi liber-
tus filiam dotauit, non uidetur patronum frau-
dare, quia patris pietas non eſt reprehendenda*]
Sic ergo videtur ibi probari, quòd
pater dotans filiam exercet erga
eam actum pietatis Quem text
allegat Bald in conſilio 456 vo-
lumine quinto, in fi illius conſilij,
& ibidem paulò ſuprà allegat etiã
l prædictam Cùm is. § 1 ſuprà
allegato vbi per illum text dicit,
quòd dotis cauſa eſt maximè pia
& fauorabilis Sed reperio Lauren.

Calca conſilio 31 colum 5 poſt
medium, tenentem quòd in dicto
§ 1 legis Cùm is, non probetur cõ De eadem re.
munis allegatio gloſſæ & Docto-
rum, quia dicit quòd loquitur de
pietate reſpectu dotantis, non au-
tem reſpectu dotis quæ reſponſio,
etſi ipſe non dicat, adaptatur etiã
punctuatim ad dictum § Sed ſi li-
bertus Imò fortius tenet idẽ Lau-
ren Calca ibi animoſè loquens,
quòd prædicta communis allega-
tio eſt error communis, & quòd
dos non eſt, neque poteſt eſſe cau-
ſa pia reſpectu ſui ipſius dotis, & in
ſeipſa Tenenda tamen eſt nihilo Communis ſententia ſuſtinetur.
minùs communis ſententia, imò
quòd dotis cauſa ſit pia etiam re-
ſpectu eiuſdem dotis, habita in-
quam relatione ad ipſam fœminã
dotandam vel dotatam Ad quod
etiam eſt tex in l 35 tit 14 Part 5
vbi etiam dicitur, idem eſſe in do-
natione pro dote & pro arris Sed
eodem modo poſſet reſpõderi ad
illam l quæ tranſcripſit opinionẽ
prædictarum gloſſarum, quo re-
ſponſum fuit ſuprà, cùm opinio
gloſſarum deſumpta fuerit à dicto
§ Si mulier Et eſto quòd commu- De eadẽ re temperamẽtum cõmunis opi
nis allegatio procedat de illis iuri-
bus, tamen eſt intelligenda vnà
cum prædicta l Partitæ, & tempe-
randa, quando dos datur, vel pro-
mittitur pro muliere paupere, ſe-
cundum Lodo Ro in Auth Simi-
liter, col 2 C Ad l Falci & tenet
Alexand & alij Docto quos refert
Iaſo in eodẽ § Si mulier, aliàs non
diceretur cauſa dotis vel arrarum
eſſe pia, ſi mulier vel maſculus pro
quibus dos & arræ promitteren-
tur, eſſent diuites, vel ſaltem non
eſſent pauperes Ad quod confert
glo no & qđ ibi per eã, & in eius de
claratione tenẽt Bar Bal & Pau in
l Illud

l. Illud C. de Sacro ſanct. Eccleſi. Et in vero non proſpicio qualiter dotans dicatur piè agere erga perſonam quam dotat, vel ſubarrat, & quòd ipſa dos vel arræ non dicantur piæ, prout aiebat Calca. Nam ſi dotatur diues, dos non eſt cauſa pia, quia neque dotans aliquid pietatis gerit, licèt ſit donatio gratuita, & opus laudabile, & per contrariũ, ſi dotatur perſona inops, ipſum opus eſt in ſe pium, & pariformiter ipſa dos non poteſt non eſſe cauſa pia in ſe ipſa, habita (vt dixi) relatione ad mulierem dotatam quicquid in ſua opinione ſingulari Laurent. Calca teneat. Cætera autem in materia incertitudinis ad præſens omittuntur, & fortè tradentur in l. Quidam teſtamento, infrà iſto titulo.

28 Quarta † differentia inter primum & ſecundum iſtius l. caſum eſt, quòd ſi in prima parte Titius vel tertius non arbitretur, legatum deficit ſicut quando alia quæuis conditio deficeret, ſub qua legatum eſſet factum, legatum etiam deficeret & per conſequens iſto caſu non aperiretur recurſus ad bonum virum, tertio inquam nolente arbitrari, vel non arbitrante, vt probatur in prin. legis ibi [*Velut conditio*] Secùs autem, ſi non per modum conditionis conferatur in arbitrium alterius, vt in ſecunda parte legis quia tunc eo non arbitrante legatum nõ deficit, ſed recurritur ad bonum virum, vt hîc in gloſ. magna, in verſicu. Sed pone, ſecundum Alexan. hic primo notab. Limita tamen, & declara id quod primò dixi, vt per Paul. hîc, colum. 2. poſt Bart. in prin. colum. 2. dum dicit, Vel ſit in mora arbitrandi, quod ſequitur Alex. hic, col. 5. quem vi...

29 Et quo id † declarationem iſtius l. in ſecunda parte, eſt summè notandum, quòd ſi in ſecundo caſu vel reſponſo iſtius l. videlicet quando legatum remittitur purè, arbitrio tertij, eſſet expreſſa certa quantitas, vt quia eſſet dictum, lego Titio cẽtum arbitrio Sempronij, poſtquam quantitas eſt expreſſa, ſubſtantia legati, per prædicta verba, cẽleretur remiſſa in arbitrium Sempronij & ſic eo non arbitrante, legatum non valeret, quia fortè dici poſſet tunc conditionale, vt in primo caſu iſtius l. ſecundum Ioan. de Imo. quem ſequitur Angel. de Peru. colum. penulti. in prin. & eſt ſingul. ac neceſſaria declaratio ad ſecundum caſum iſtius l. quam cæteri Doct. non tangunt. Si autem in prima parte iſtius l. quantitas vel res legata non eſſet expreſſa, legatum remaneret incertum, vt eſt ſuprà dictum in primo textuali, & ex conſequenti eſſet inualidum. Nam cùm non eſſet conditionale, vt potè nullum, per conſequens neque oporteret expectare conditionis euentum, ad hoc vt commiſſario non arbitrante legatum deficeret, vt per contrarium in præcedente caſu Io. de Imo. adaptato ad ſecundã iſtius l. partem eſt dictum.

30 Addendum † eſt etiam præmiſſis, quòd quemadmodum in prima parte iſtius l. ſi conditio voluntatis adijceretur legato, vitiaret illud, ſic etiam in ſecunda parte, vt putà ſi diceretur; legò Sempronio, id quod Titius voluerit ſibi dare, vel lego Sempronio ad voluntatem vel voluntati Titij nam licèt videatur facta relatio ad patrimonium teſtatoris, tamen quia non facta declaratione, legatum remaneret

neret incertum, videtur pendere ex eius voluntate, vt inquit in ſimili Soci in legato rei incertæ de incertis,& in declaratione perſonæ incertæ de incertis, in l Vtrum § Cùm quidam, col 4 in verſic Ex qua declaratione, aliàs ratione ff de Reb dub poſt Rapha Cu & Pau de Caſt. & tenet idem Rapha hîc, colum 4 in verſicu Quid autem, in illis verbis, Soleo dicere Et licèt hîc non videatur quantitas incerta de patrimonio incerto, tamen ſi teſtator nō ſubmiſit ſe arbitrio, ſed voluntati, remanet omnimoda incertitudo, ex quo non ſubintelliguntur circunſtantiæ quanquam (quod eſt fortius) dixiſſet de ſuo patrimonio dandum cùm voluntas conditionaliter adiecta fuerit ſubſtantiæ legati, non autem declarationi illius, vt in d l Vtrum § Cùm quidam ff. de Rebus dub.

31 Ex † hac l in prima parte, elicitur primo ſignandum iuncta gloſſa ſecunda, quòd ſubſtantia legati poteſt conferri in conditionem arbitrij alterius, licèt non in meram voluntatem illius, vt in l Captatoriæ, ſuprà titu 1 & in l Captatorias, ſuprà de Hæredi inſti & in l Captatorias C. de Teſtamen milit Diuerſitatis ratio apparebit ex dicendis inferiùs, in quantum in glo tangetur differentia inter arbitrium & liberam ſeu meram voluntatem, cum declaratione vtriuſque Et hanc differentiam ponunt gloſſæ & Docto. communiter reſpondendo huic legi in dicta l Captatoriæ. Et quanquam verſus, [Quid enim.] ff. hac l videatur quodammodò obſtare, tamen quia (vt inferiùs videbimus) communiter intelligitur, vt loquatur interrogatiuè, cum ſuppletione gloſſæ tertiæ, nō inſiſto in hoc Iſtud tamen notabile vnà cum ſecunda deciſione huius l intelligitur non

32 procedere † in conditione legato certæ rei vel quātitatis appoſita matrimonij contrahendi per legatariū arbitrio ſeu arbitratui alicuius, vel ſi alius arbitratus fuerit (nam idem eſt vtroq, caſu, vt ſuprà nu 19) vt matrimonium contrahatur, nam talis conditio reijcitur per legem, vtpote præſtans impedimentum matrimonio contrahendo, vt l Turpia, in verſicu Si Titiæ, ſuprà titu 1 & l Cùm tale § Reſcriptum ff de Condi. & demon Et vtrobique Docto notant, & Barto in l 1 in verſicu Quæro ff de His quę pœ nomine relin Vbi dicit idem eſſe in conſenſu poſito in eadem cōditione, vt putà, lego Seiæ centum ſi nupſerit cum conſenſu Titij, vel, vt nubat, ſi Titius conſenſerit, vel ita quòd non poſſit ſe maritare abſque conſenſu talis quia omnibus his caſibus cenſetur indici viduitas, & conſequenter conditio reprobatur à iure Quamobrē etiam ſi conditio prædicta deficiat arbitratore fortaſſis mortuo, nō propterea legatum vitiatur, vt ibi dicitur, ex quo eſt defectus conditionis inualidæ, qualis eſt iſta conditio, ſecundum Angel de Perig in dicta l. Turpia quia ille tertius poſſet vel non arbitrari, vel iniquè arbitrari circa ipſum matrimonium per mulierem contrahendum Requiritur tamen ſecundum eundem Angel & Paul de Caſtro ibi, quòd mulier actualiter nubat, ad hoc vt tale legatum conſequi valeat per l Quæ ſub conditione § Quoties, ſuprà de Conditio inſti Sed non eſt opus illum text loquentem in diuerſa & diſſimili materia ad hanc rem adducere quia textus in eiſdem §§. Si Titiæ, & Reſcriptum, hoc in indiuiduo

De eadem re

ind iudũo decidunt Et ad tex in dicto §.Reſcriptum, videndus eſt Alexan in l Si quis mihi bona § Iuſtum, in fi col ſuprà de Acquiren hære vbi facit mentionem de verbo conſilio,& tamen non allegat tex illum, & vi.Panorm conſilio 61 volumi 2.

De eadem re

Quid autem vbi apponitur illud verbum, vt ſi teſtator dixerit, quòd nubat de cõſilio talis, videndi ſunt præ dicti Docto in iiſdem iuribus Et quidem quod ad rem præſentem attinet reperio Are ſingulariter tenentem in conſilio 67 col 2 in verſicu, Sed ſi iſta qualitas, quòd tex.in.dicto § Reſcriptum, procedat etiam in cõditione, ſi nupſerit de cõnſilio talis, vt ſimiliter illa verba, de conſilio, dicantur impeditiua libertatis matrimonij Sed contrarium videtur tenẽdum, quia aliud eſt teſtatorem mandare, vel ponere conditionem, quòd hæres vel legatarius non nubant abſque voluntate, aut arbitrio, aut conſenſu alicuius. Nam tale mãdatum, taliſvè conditio nõ tenent, quia ſunt impeditiua matrimonij, quum hæres vel legatarius ſub talibus conditionibus grauati tenerentur talem voluntatem aut arbitrium aut conſenſum ſequi,& ita propriè loquitur dictus § Reſcriptum Diuerſum autem eſt quando mandatur vel conditionaliter iniungitur cõtrahi matrimonium cum alterius conſilio, quia ex eiuſdem conſilio non impeditur matrimonij libertas, cùm conſilium de ſui natura licèt requirendum ſit, non tamen neceſſariò eſt ſequendum, vt tenet Iaſo poſt Docto ibi in d l Turpia 3 nota Et dum caſus in facto eueniſſet, conſultus de hoc ita reſpondi ex pluribus autoritatibus Doctorũ & rationibus hinc inde per me coniectis Poſtea oſtendi quendam nouiſſimum autorem

Cõtra Frã de Are

Differentia inter voluntatem, arbitrium & conſenſum ex parte vna,& cõſilium ex altera

Conſilium

cognomẽto Aymonem Crauetam, in conſilio 1 idem cõcludentem in caſu per eum deciſo, videlicet quòd ſi auus inſtituat nepotem hæredem vniuerſalem, ita tamen quòd ſi ipſe nepos contraheret ſine conſilio & voluntate ſui patris, quòd eſſet priuatus dicta hæreditate, quòd quia nupſit non adhibito conſilio patris ſit priuandus hæreditate. (Nam etiã ſi non priuaretur expreſsè per teſtatorem tamen erat indignus non parendo eius volũtati, l poſt legatum § Amittere, vbi Bart ff de His quib', vt indig.& l.fi.de Fideicom.C.) quãto magis quòd fuit expreſsè priuatus & ibi adducit plures autoritates contra Are in dicto conſilio præſertim Pau 301 videtur dicendũ quòd dicta filia volumi 1 Dec in.l 2 col. 6 circa fi ff de Regul iuris & in l 1. col 1 ff de Offi aſſe & Ioan de Ana. conſilio 15 Circa teſtamẽtum. Imò amplius dicit voluiſſe Old.conſilio 161 quæſt.quòd valet adeptio hæreditatis in caſu quo hæres non nuberet ex arbitrio aut conſenſu alterius, modò tale arbitrium non ſit inhoneſtum, cùm agatur de lucro auferendo,& non de pœna imponenda. Quod etiam tenet Feli in.c 1. col 9 de Spon.quem ſequitur Guilſ Bened in c.Raynutius, ſuper verſic. Quondam Petro nu 11 de Teſta & eſt tex vbi Decius 3 no in.l 2 C de Inſtitu & ſubſti &c Quod eſt declarandum vt per Lauren Calca.conſilio 3 col 6 poſt medium. Secũdum quæ declarantur tex.in.d § Reſcriptum,& § Si Titiæ, vt procedant in ſimplici teſtatoris diſpoſitione relinquentis ſub conditione arbitrij vel voluntatis contrahendi matrimonij,& ſic quando teſtator non tranſit vlterius ad priuationem, aliàs ſecùs per id quod dicit Old & alij Itẽ

De eadem

Animaduerte, quod in illo caſu voluntas fuit coniuncta cõſilio, & permanet ſolũ conſiliũ reiecta voluntate, vt ſi pri ſequetis pagi ideo etiã ſine adiect priuationis illa diſpoſitio eſſet, ſub eadem pœna ſeruada, vt hic tangi tur, ex abundanti vt in prin ſequentis paginæ.

De eodem.

Declaratio reſtrictiua ad illos §§ Reſcriptum & Si Titiæ.

ille Doctor reſpōdet ad id quod poſſet obijci, quòd in illo caſu requirebatur voluntas & conſilium, & ſic videbatur vtrunque ſpernendum Sed dicit quòd imò cùm ſint diſtincta, conſilium permanet ſublata võluntate, affert Bald conſilio 18 in q propoſita, col 3 circa medium, lib 4 & ſubdit, quod priuatio hæreditatis fiet iure fideicommiſſi, & ſic talis hæres incidens in prædictam pœnā priuationis hæreditatis, tenebitur reſtituere ei vel eis, quibus teſtator iuſſit in illum euētum reſtitui per ea quæ ibi adducit, dicens hanc eſſe cōmunem Doctorum ſententiam, vt ibi. & quia (vt dixi) ſuper ſimili caſu punctualiter fuit olim magna cōtentio, placuit mihi, illum reperire in terminis terminantibus deciſum, & in vltima parte eiuſdem conſilij Idem Aym diſcutit nota. ad quem ſpectet onus probandi conſilium non fuiſſe petitum in contrahendo matrimonium, vt iterum ibidem Et quod in hoc tex dicitur de conditione arbitramenti (vt ad ipſum declarandum regrediar) procedit, etiam ſi cum tali conditione fuerit adiuncta conditio meræ voluntatis, putà, lego Titio centum, ſi Sempronius arbitratus fuerit, & voluerit, quia nihilominùs per talia verba importatur arbitrium boni viri, ſecundum Bart ſingulariter in prædicto extrauagā Ad reprimendum, in parte, Videbitur, col fi in antepe quæſt nam ſecundum eum prædicta verba intelliguntur, id eſt, ſi voluntariè arbitratus fuerit, prout hîc exponit gloſſ iſtum tex Et idem ſi diceretur, pro tuæ voluntatis arbitrio, quia tunc etiam importaretur arbitrium ratione regulatum, ſecundum Alexādrum in d l Si ſic, colum 3 ſuprà titu 1. allegantem ad id textum in capit Nimis praua, de Exceſſi Prælat Sed contra id quod prædixi Bartol tenere in dicto Extrauaganti, videtur tex ſecundum communem expoſitionem Archi & Docto ibi in c ipit Iudicet 3 quæſtio 7 Sed idem text ſtatim inferiùs ſeſe declarat ibi dum dixit, (*Non indulget propriæ voluntati*) quanquam litera illa vix poteſt ſaluari à ſuperfluitate, ſed id minus habet inconuenientis, eò præſertim quod Gratianus ex ſe ipſo ſuperfluè ac gothicè loqui conſueuit Nam ſi aliquando apud eum reperitur bona contextura ſermonis Latini caſti & elegantis, nō eſt ex proprio ipſius pœnore, ſed ex alieno Et licèt in eodē verſ & quæſtione antepe Barto videatur ſecū pugnare circa ea quæ ſuprà dixi, cum dicere in d.l Alio, de Ali & Ciba lega de dictione, *liberè*, tamen debet concordari, vt intentio Bart fuerit dicere, quòd quando dicitur, ſi voluerit, & arbitratus fuerit, adeò importatur arbitriū, quòd etiam ſi adhuc enixiùs & clariùs cōſtituiſſet de voluntate diſponentis, idem eſſet dicendum Vt putà ſi diceretur, ſi liberè voluerit & arbitratus fuerit Ad quod facit quod tenet Abb in capit Quintauallis 21 differentia, de Iu iuran Cuius meminit Soci in dicto § Cùm quidam l vtrum de Reb du colum quinta ad medium Et quanuis in hac materia & in alijs, regulariter ſit differentia inter voluntatem & arbitrium vt infrà latiùs deducetur tamen

33 † in eo cui munus iudicandi incumbit, voluntas non differt ab arbitrio, quia ſemper intelligitur de diſcretione & arbitrio boni viri, & ſic de voluntate ratione regulata, vt ſingulariter tenet Hoſtien in capitu Significauerunt, de Teſti vbi Ioan. de Imo. & Arc colum 7 idem tenent

Ampliatio ad primum reſponſu huius legis

Concordia Bar in ſeipſo.

tenent & Bal in l 1 ad fi ſupra de Mi teſta idem tenet poſt Cy in l Si cum ea C de Dotis pro qui tamen Cy in lectu mea nihil dicit de hoc Inde eſt, quòd poteſtas cui datum
34 eſt † liberum arbitrium (quod aliàs eſt idem cum ſimplici, mera, ſeu libera voluntate) non poteſt tertio præiudicium inferre, vt notat Panormita poſt Barto vbi ſuprà, in capitu Dilecti, de Iudi colum 2 & ante ipſum idem tenet Bald in l Si quis maior, in prin C de Transactio & in alijs multis locis congeſtis per Decium in eodem capitu Dilecti, colum 3 ad medium, vbi etiam adducit Antoni de Butrio, in capitu primo, colum penulti de Conſtitu tenentem quòd verba quæ de ſui natura deſignant ſeu important liberam voluntatem, reſtringuuntur, ne tertio damnũ inferatur Idẽ (ſecũ dũ eũ) tenet Lapus in allegatio 61. incipiente, Viſis literis, col 2 quem tamen non inuenio in meo libro id dicentem Hinc etiam eſt quòd habens arbitrium vt bonus vir, id eſt
35 tanquam iudex, † non debet illud formare ex ſuo capite, ſed ſecũdum rationem, & iuxta eam id quod æquum eſt decernere Vnde ſi perperam arbitretur, poterit ab eo appellari, gloſſ eſt ordina in l Si qua pœna, glo. mag in fi ff de Verb ſigni quam vt no ſequitur ibi Bal & eam commendat Are in l Continuus § Cùm ita, col 4 ff de Verb obliga.
De eadem re Cui ſententiæ aſtipulantur optimè quod tenet Pau de Caſt in l Si fugitiui, ad fi C de Ser fugit limitans quod decidit alibi Innocentius, & ſequens dicta Bald ibi in propoſito huic ſimili Ad quod etiam facit gloſſ nota quam ipſe ibi adducit, in capitu Super his, in verſicu Aſtringendus, de Accu ex qua probatur, quod quando pœna eſt imponenda extra ordinem arbitrio iudicis, & iudex malè arbitratur, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, & quatenus gloſſ ibi loquitur de reductione, non eſt alibi ſecundum Ioan de Imo in l 2 colum 5 ff de Publi iudi ſed idem dicit glo in d l Si qua pœna Bene facit etiam glo not in cap Romana § Quod ſi obijcitur, in parte, Minus legitimi, de Appellatio lib 6 & quod notat Innoc in cap Cum ſpeciali, in verſi Iſte recuſans, de Appellat in volum prout allegat eum Feli in eodem c Super his, vbi plenè reducit omnia dicta principaliora ſcribẽtium antiquorũ & Moder in hac materia, limitans & ſublimitans regulas illarum gloſſarum Ad quæ omnia facit bonus text in l In perſonam § 1 ff de Regu iuris allegata hic in gloſſ Vbi
36 probatur, † quòd conditio in alterius arbitrium collata intelligitur de boni viri arbitrio, id eſt de voluntate, ratione regulata, non autem de arbitrio libero, quod eſt idẽ
37 † cum voluntate mera & ſimplici ac libera, ſecundum Bartol in l Si ſic, quæſtione 4 ſuprà titu 1 & in l Alio, col 3 ff de Ali & cibа lega & in l Fideicommiſſa § Sic fideicommiſſum ff titu 1 de lega 3 vbi Barto id dicit in vlti no & Bart hic, col 1 verſ His præmiſſis & eſt bonus tex hic ſecũdum omnium intellectum & tenet Bald in l 1 de Mili teſta & Lodo Ro in l Filiusfa col 3 tertio caſu princi ff de Dona vbi omnino vi Ioan de Imo Cõfert etiam ſuprà dictis quod notat Pet de Anchar in c 1 col 15 no de Conſe li 6 vbi ex
38 glo elicit, † quòd in reſeruatis arbitrio iudicis, habet locum appellatio, ſi iudex malè vel iniquè arbitretur Quæ omnia haud mediocriter conferunt

ferunt ad materiam arbitrij iudicis, ſunt enim penè innumera, quæ ipſi⁹ arbitrio (quando non ſunt à iure determinata) dirimenda committuntur. Et vltra prædictas remiſſiones, & alias quæ traduntur per Docto in prædictis locis, multos caſus circa quos verſetur arbitriũ iudicis, vel aliquid relinquatur à iure iudicis arbitrio, cõnectit remiſſiuè Andre Tiraque vir ſanè in iure apprimè eruditus, & in literis politioribus ſat ſplendidè verſatus, in commẽtario l Si vnquã, ſuper parte, omnia, pagi 132 cum tribus ſequen C de Reuo dona vbi fœcundiſſimè, & ſupra colum (quod aiunt) iſtum articulum proſequitur per relationem caſuum, quibus ea quæ ſuprà adducta fuerunt, ſatis cõferunt ad regulandas temperandaſque arbitrij iudicis habenas, quod eſt ſatis reipublicę conducibile, vt non immeritò Philoſophus 1 Ethicorum dicit, Oportet leges rectè latas omnia dirimere, & quã pauciſſima committere ſeu relinquere iudicãtibus De quo Bal meminit in l Quid ergo § Pœna grauior col 2 in verſicu Deinde dicitur hîc ff de His qui notan infa Vltimò non eſt omittendum, quòd licèt ſuprà dictũ fuerit, quòd commiſſum voluntati iudicis cenſeri debet commiſſum ipſius arbitrio, id eſt eius voluntati

39 ratione regulandæ, † tamen ſi nuncupatim committatur eius voluntati liberæ, vel liberę facultati, tunc non tenetur ad iuris obſeruantiam, ſecundum Feli in c 1 13 col de Cõſti in verſicu Fallit 8 ponderantem ad id quædam dicta Anto de But & Ioan de Imo ibi & ibidem Feli met declarat hoc per glo in cle Diſpendioſam, in verſicu Non poteſt, de Iudi & ſubdit plures remiſſiones de prędictis verbis ſeu loquendi formulis importantibus aut arbitrium, aut voluntatem Quæ fermè decerpſit ab Alexan in d l Si ſic, à quo etiam Iaſo plura mutuatus eſt, quæ in eodem propoſito congerit, in § In bonæ fidei nu 14 col 3 Inſti de Actio & quam plura ex his quæ ponunt idem Alex & Iaſo hauſerunt à dictis Barto in prædicto Extrauag Ad reprimendum, in eadem parte videbitur per totam glo Rurſus iuxta præmiſſa commemorare libet, quòd vbi

40 tractatur de damno vitando † omne verbum, etiam quòd ſui natura inducat liberam voluntatem, reduci debet ad arbitrium boni viri, ſecundum Bald hîc col fi allegantem Cy in l 3 C de Dotis pro quod ſequitur Matthę de Afflictis Deci 91 col 2. Vltimò ſciendum eſt, id quod in principio, loco ſuppoſiti pręmitti debuiſſet, quòd arbitrium boni viri intelligitur illud, quod in rebus proprijs quis faceret, vel voluiſſet ſibi fieri, ſecundum Bar in l 1 ff de Solutio. per illum tex. & Ro in rubrica ff de Recep arbi.

Aristo

Arbitrium boni viri, quid dicatur

Ex ſecunda parte l nota, quòd declaratio rei pupillo legatæ poteſt cõferri in arbitrium tutoris ipſius ex quo infert Bald hic in Repe 1 col in

41 fi † quòd tutor poteſt eſſe arbitrator in cauſa pupilli ſui Vltra Bald ſuadetur hoc in ſimili, quia tutor poteſt etiam facere tranſactionem, & ſuper lite per alium ipſi pupillo mota, & per eundem pupillum, vel tutorem ipſius, alteri mota vt no per gloſſ & Docto in l Pręſes C de Tranſactio & ſunt boni text in l Interdum § Qui tutelam & in l Si pignore ad fi ff de Fur Quod intelligi debet, quãdo iura pupilli ſunt in obſcuro vel ambiguo, prout Barto intelligit in conſilio 47 cuius exordium Nunquid tutor, & ante eum notat gloſſ com-

communiter approbati in l Pactũ curatorum C de Pactis,in gloſſ vna Idemque Pet de Ancha cõſilio 135 & Panor conſilio 39 cuius initium, Duo ſunt,lib 1 aliter atque cùm res eſſet clara, quia in ea nõ datur locus coniecturis,neque arbitratui l Continuus § Cùm ita ff de Verb obliga
42 Non enim†tutor vel curator vel exequutor poteſt remittere rem vel pecuniam, quæ liquidò debeatur ipſi minori,vel ad eũ liquidò pertineat præterquam ſi res vel pecunia eſſet habita vel acquiſita ex cauſa vſuraria, vel eſſet aliter malè ablata, aut perperam parta quia tunc abſq, alia ſolennitate vel requiſito,poſſet facere talem remiſſionem vel dimiſſionem gratuitam glo eſt in d l Præſes,in glo fi C de Tranſact quã Bald. dicit ad hoc eſſe ſingul in l Etiam, C de Fideicom & eſt approbata cõmuniter Ergo eadem vel pari ratione(redeundo ad ſuperiùs dictum)poteſt tutor ſubire vel recipere in ſe arbitramentum in cauſa pupilli ſui, qua poteſt facere tranſactionem de re dubia Conſequentia de vno ad alterum,id eſt de tranſactione ad arbi
43 tramentum, probatur † Quoniam arbitramentum eſt potiùs quædam tranſactio, quàm ſententia gloſſ eſt no in Auth Vt differen iu in prin in glo 4 colla 9 & declarat idem Bart in l Societatem § Arbitratorũ,col 2 ad medium ff Pro ſo & eam notat Bal in l 2 C de Sacroſan Eccle quã ibi intelligit in laudo arbitratoris non cognitionaliter procedentis Pro qua glo ponderat Panor.tex ibi, in c fi 2 no de Rerum per vbi videtur ſecundum eum probari(licèt mihi non vrgeat) quòd arbitramẽtum cenſetur contractus Ratio prædictorum eſt,quia tutor in re pupilli ha-
44 betur loco domini, † quum tutelã rectè & ex bona fide gerit,vel administrat,vt in dicto § Qui tutelam,& in l Qui fundum § Si tutor ff Pro empto & in l Qui filium, verſicu. [Nam quod aliòquin] ff de Manumi teſta Nam ſi perperam verſetur circa res pupillares, potiùs dicitur ipſum pupillum ſpoliare, quàm eius bona adminiſtrare,vt ibi dicit tex Fidem nanque integram & ab omni lucro abſtinentem præſtare debet Ad qđ etiam facit l Creditor § fi ff Mãda Qui verò animo dilapidandi, tutelam aſſumit,furis, & non bonę fidei officio fungitur,vt in l.Si pupilli §
45 Sed & ſi quis ff de Nego geſtis † Et inter alias coniecturas tunc arguitur dolus contra ipſum tutorem, vt prædo rerum pupillarium dici poſſit,quando talis tutor pecuniam pupilli conuertit in propriam & priuatam vtilitatem ſecundum Ange Io de Imo & Moder in l Pomponius § Ex facto ff de Acquiren poſſeſſ Et notat Lodo Roma in § Sed & legatario, in eâdem l Sequitur Soci conſilio 159 exordiente, In præſenti conſultatione,col 3 in prin in verſicu 4 deprehenditur,volumi.2 Pro quib' bene facit lex Si cui C de Fur Ad cuius intelligentiam videndus eſt omnino Ioan de Imo in l.Si tibi dederim ff de Dona Vbi inter alia refert quandam facti cõtingentiam, & quidem lugubrem

Vltimò no ex hac l in fi ſecundũ
46 Bald quòd id†quod venit declarandum per arbitratorem, dicitur eſſe certum, etiam priuſquam ille arbitretur,ex quo eſt certum legi & bono viro,quum tale reputetur futurũ arbitrium, quale de iure eſſe debet, ſecũdũ eum Pro prima huius pronuntiati parte facit text in ratione ſui, in l Cùm quidã § Quod dicitur,ſuprà de Acquiren hære & in l Antiqui

Antiqui ſuprà Si pars hæredi peta Quibus prob〈i〉tur, quòd ſatis dicitur aliquid eſſe certum penès legem, quando eſt certum penès rerum naturam naturatam quãuis apud nos ſit incertum Quæ iura adducit hîc Pau de Caſt.& etiam Angel de Perigſ Ad idem tex in l Sed etſi reſtituatur § ſi. ff de Iudi quã hic affert Rapha Cu col.2 Vltra quos adde in ſimili tex in l Aſſe toto, ſuprà de Hære inſti vbi inſtitutio facta in teſtamento de certa perſona, in codicillis poſtea declarandi, ſubſequuta declaratione codicillari valet, acſi à principio in teſtamento fuiſſet declarata quia cenſetur fuiſſe certa in rerum natura Ex qua l dicit ibi ſingulariter Bald quem Ange & Ioan. de Imo inibi ſequuntur, quòd ſi teſtator dixiſſet, quod inſtituebat hæredem illum, qui continebatur in cedula, quam apud certam perſonã depoſuerat, talis inſtitutio valet, etiã ſi in ea nomen hæredis expreſſum non fuerit Quia illud cenſebitur à principio expreſſum, quod declarabitur, vel reperietur declaratum in tali cedula Quod eſt ſingu nota ad extenſionem deciſionis Bart in l Si ita ſcripſero ff de Condi & demonſtra vbi Bart idem tenuit in diſpoſitione legati, & ſic particulari. Et quãuis Pau de Caſt ibi dubitet de illa deciſione Barto quoad inſtitutionem, fortaſſe immemor eius, quod retuli ſuprà Bald. & Docto dicere in d l Aſſe toto tamen idem Pau in l Hæredes palàm, in prin ſupià de Teſta. & in l Hac conſultiſſima, § Per nuncupationem C eo tenet idem eſſe in inſtitutione facta eo modo quẽ prædixi tenere Bald & alios, cum nonnullis declarationibus, quas ibi vide per eum circa modum verificandi per probationem, talem ſcripturam fuiſſe illius teſtatoris Ad quod etiã ponderat idem Paul tex ibi, in l Vbi autem non apparet § Fundi, in verſ Sed qui vinum ff de Verbo obliga quem etiam citat in eodem § Per nuncupationem Præterea illam cõcluſionem Bald & aliorum Doctorum ſequitur (eos referens) Fran de Are in eadem l Hæredes palàm, in prin colũ 2 poſt diſputationẽ iſtius articuli, hoc per eum adhibito moderamine, quòd talis cedula probetur confecta à teſtatore per teſtes & comparationem literarum quanuis Bart in d l Si ita ſcripſero, loquatur alternatiuè, id eſt, per teſtes vel inſtrumẽta Et dicit vbi ſuprà Are paulò anteà, & bene, quòd Pau de Caſt licèt in ſe bene dicat quoad inſtitutionem, tamen quòd non rectè ponderauit verba Bart in d l Si ita ſcripſero, in-quantum eum citat ad articulum de inſtitutione vniuerſali quia Bart ibi ſolummodo loquitur in relictis particularibus, prout ſuprà etiam eum allegaui, non autem in hæredis inſtitutione Sed Bald & Ange quos ſuprà retuli vnà cum Are eos ſequente, extendunt deciſionem Bart (vt dixi) ad vniuerſalem inſtitutionem, & in eandem opinionem poſt longam diſcuſſionem articuli inclinat Soci in d l Si ita ſcripſero, col 2 licèt aliquaten' quoad modum probandi diſſentiat ab Are Et idem tenet Socinuſmet, in tranſcurſu verborum, in conſilio 173 Reuerende pater, col 3 in verſi Secundo principaliter, volu 1 Et Iaſo referẽs prædictas autoritates, præter hæc duo loca Soci. in l Ait prætor § Si iudex c ol. 1. in verſicu. Tertia regula ff de Re iudi etſi nihil circa hoc diſcutiat, & in dicto § Si iudex, in ratione ſui eſt bo nus text pro prędicta deciſione Bal. in eâdem l. Aſſe toto.

De eadem re, d ciſione Bal commun er recepta.

De eadem.

Carpit Pau de Caſt ab Are

&

&etiam eſt bonus tex in ratione ſui, in l vlti C de Falſi cauſa adiecta legato, per quam Bald ibi decidit vnū nota videlicet, quòd licet vnum inſtrumentum de ſe non ſit liquidum, ſi tamen per relationē ad aliud reddatur liquidum, poterit mādari exequutioni, ſtante ſtatuto de exequendis inſtrumentis publicis guarentigijs liquidis, prout diſponitur l 4 itē

Nota ad ll Ordi Reg

ſ ti de las excepciones, lib 3 Ordi in quantum l 5 loquitur de inſtrumēto publico liquido vel certo exequibili Exempli gratia, ſi quis ſeſe obligaret per inſtrumentum publicum mihi dare totum id quod ſibi Titius debebat in tali alio inſtrumēto nam productis his duobus inſtrumentis, mandabitur exequutio fieri contra promiſſorem Vt tex ſecundum intellectum Bar in l Certi conditio, in prin ff Si cert peta & Alex Vinc & Moder in d l Ait Prætor §. 1 & Iaſo poſt Ange Alex & Are in l fi § 1 eodemq́, fi ff de Vulga & eundem Are in l Qui liberis, in prin eo titu & deciſ Delphi 334 Quæ tamē deciſio debet limitari, vt per Bald in l 2 C de Erro Aduo & vi Bald conſilio 338 Ea quæ veniunt, lib 2 cuius meminit Dec conſilio 673 Conſultationem, lib 2 Ad præmiſſam etiam deciſionem Bald & Doctorū in d l Aſſe toto (vt ad eam redeam)

L 37 Tau

addenda eſt l 37 in ll Tau. in prin quatenus dicit [*Quando el teſtador nombrada, o ſeñaladamente hizo heredero*] Et ſic lex illa vult iſta eſſe paria, fieri ſeu nominari hæredē nomine proprio, & fieri ſeu denominari ſignanter, ſeu ſignificanter, vel deſignatiuè per relationem ad aliud, vnde inſtitutio

Ad l Iubemus, & l Ordin

reddatur certa Et iſta conferunt ad declarationem l Iubemus, in prin C de Teſta & l 1 titu 1 in verſicu

L Par

[*La una*] Partita 6. Et per hæc etiam

L 31 Tau

declaratur l 31 in prædictis ll Tau quatenus ſancit, commiſſarium virtute commiſſionis, factæ ſibi per teſtatorem, non poſſe facere aliquem hæredem in bonis teſtatoris, præterquam ſi teſtator ad id faciendum nominatim ſibi conceſſerit licentiam, dum ibi formaliter dicitur [*En eſta*

Verba præfatæ l Tau,

*manera, el poder para hazer heredero, nombrando el que da el poder por ſu nombre a quien manda, quel commiſſario haga heredero, &c*] Nam per ea quæ ſuprà dicta ſunt, iuncta alia l Tau 37 ſuprà allega ſufficeret teſtatori, danti prædictum mādatum vel facultatem, dicere, quòd concedit ſibi facultatem nominandi hæredē illum, qui reperietur deſcriptus vel nominatus in tali cedula depoſita penès Guardianum vel talem perſonam quia ſatis dicitur nominatus nomine proprio, ex eo quòd de ipſo ſignanter [*O ſeñaladamente*] fecit mentionem per relationem ad aliud

Ad quod etiam moueor per glo Ordi in l Hac conſultiſſima § fi C de Teſta dum loquitur de nomine illo ſpecialiſſimo Gallopreſſo, qui ſecundum Doctor ibi fuit Bidellus Azonis & per tex in l Quoties § Si quis nomen ff de Hæredi inſtitu Item per glo iunctam textui ſecundum declarationem Albe poſt Pet de Bellaper ibi in l Quod dicitur, cum glo fi ff de Verb oblig & gloſſ in l Si pater filium, glo mag ad fi ff de Vulga. & pupi quam ibi Barto & Docto ſequuntur, & Albe & Pau de Caſt in l Subſtitui, eo titu Ad hoc etiam faciunt omnia iura, quæ de certitudine rei, quæ fit per relationem ad aliud, loquuntur, quorum Alexā Iaſo & Vincen meminerunt, in § Si iudex, ſuprà allegato Veruntamen obſtat præmiſſis deciſio no

De eadē re, in contrariū deciſio Angeli

Ange de Peru in eodem § Si quis nomen quam approbant communiter

ter per Docto atteſtatur Iaſo in eod § ſi l Hac cõſultiſſima Tenet ſiquidem ibi Ang quòd vbi expreſſio nominis requiritur pro forma, non ſufficit eam fieri per æquipollens, & cõſequenter neque per relationem ad aliud Sed in d l 31 videtur expreſſio requiſita pro forma, dũ dicitur ibi, [*En eſta manera*] Iuncto § Cæcus Inſti Qui non eſt per facere teſta quem ad id allegat Iaſ in l 1 ſuprà de Libe

Reſpon 1 & poſth Sed poteſt dici reſpondendo, quòd tũc expreſſio nominis perſonæ dicitur requiſita pro forma, & non pro demonſtratione, quãdo in l id requirente ponitur clauſula annullatiua, quam irritantem vocant, quæ eſt illa, ſi ſecùs actum fuerit, &c Vt notant Bald Alex & alij Moderni in d l 1 ſuprà de Libe & poſth aliter atque ſi non apponatur. Quæ quidem clauſula non reperitur appoſita in d l 31 vt ex ea patet igitur, &c Vel ſecundò dici poteſt, quòd cùm per prædictam l 37 ſufficiat fie-

2 ri mentionẽ ſignãter, [*O ſeñaladamente*] De perſona hæredis, per eam ſuppletiuè declaratur d l 31 vt illa verba, [*En eſta manera*] intelligenda ſint per viam demonſtrationis, vel demonſtratiuè, non autem pro forma Con-

Concluſio incides, quo ad notandã ãplificatione- nem l 31 Tau

3 cluditur ergo in pręmiſſis incidẽter, quòd in caſu d l 31 ſufficit declarationem perſonæ fieri per certitudinem reſultantem ex relatione ad aliam rem vel perſonam, quæ eſt potentior certitudo, quàm aliqua alia, quæ æquipolleret propriæ nominationi De qua alia æquipollente vel ſimili, & ſic de valde diſtante ab iſta, loquitur Angel in eodem § Si quis nomen, dum dicit, quòd non ſufficit demonſtrare per ſigna, quando nomen proprium ex diſpoſitione ſtatuti eſſet ponendum in diſpoſitione, ſed prædicta certitudo relatiua, de qua agimus, id eſt quæ colligitur ex relatione quæ fit ad aliud, non dicitur fieri per ſigna, ſed eſt quodammodo pars intrinſeca & ſubſtantialis, vt patet ex dictis iuribus Et hoc eſt veriſſimum, quia talis demõſtratio relatiua non poteſt ingerere aliquam ambiguitatem De quo articulo fuſiùs tradidi in rubrica ſuprà de Hære inſti nu 40 verſi Præterea eadem verba, vnde petẽda ſunt, quę hîc deſunt Sed redeundo ad id, de quo agebamus, prædictam primam partem iſtius notabilis fulcit bonus tex in l Quę hæredi ĩ de Reb dub vbi ſi teſtator dixit ſe velle eum liberum fore, quem hæredi dixiſſet, vel quòd hæres daret aliquid ei, quem teſtator ſibi dixiſſet, vel declaraſſet ſequuta hæredis vel teſtatoris declaratione, diſpoſitio erit valida, acſi à principio teſtator vel hæres id declaraſſet Quem text allegat Bart in l Theopompus, poſt prin ĩ de Dote prælega Comprobatur etiam ex l Titia ſeruis ff de Manu teſta vbi datio libertatis valet, quæ fit de ſeruis nominandis in codicillis ſeu rationibus, etiam ſi à principio non fuerint nominati Quam l inducit ibi Benedi à Plumbino ad idem, quod ſuprà retuli tenere Bald & Docto in d l Aſſe toto, de Inſtitutione hæredis relatiua Et tenet idem quod retuli ſuprà eos tenere, quamuis neminem eorum referat, neque ipſe Benedictus in hoc propoſito ab alio referatur, quem viderim

Redit ad diſcuſsionem primi nota in prima ipſius parte

Benedict à Plumb

Ad idem, id eſt ad primam iſtius nota partem, conducit, quòd licèt aliâs in ſtipulatione generis nullus cenſeatur eſſe à principio in obligatione, vt per glo & Bar in l Meuius § Duorum ĩ hoc titu & in l Cùm is § ſi ff de Condi inde Tamen quia ex pòſt facto venit vnus de illo genere

De eadẽ prima huius nota parte

re

re cert ficandus, talis ſtipulatio vt certa valet, ſecundum Bar in l 2 § Et harum, col fi ff de Verbo obliga Ad ſecundam partem prędicti nota ſeu ponuntiati textualis Bal quæ eſt ratio primæ partis eiuſdem nota videlicet, quia tale præſumitur futurum arbitrium ferendum, quale de iure eſſe debet, confert optimè, pręter ea quæ in pręceden ſunt traditi, quia arbitrium ferendum per arbitratorem priuatum, ſubijcitur arbitrio boni viri, qui eſt iudex, vt in l Continuus § Cùm ita ff de Verbo oblig & in l Vir bonus ff Iudi ſol Et declarat etiam Barto hîc ante ſi per hunc tex & pro iudice ſemper præſumitur, vt in l 2 in verſi [*Quod non arbitramur*] C de Officio ciui iudi quã ad id Bald cõmendat in l Iubemus, 2 § Sanè 1 C de Sacroſan Eccle & & in c 1. de Conſti & in l Si quis in hoc genus C de Epiſcopis & cle Facit etiam, quia arbitrium iudicis habet iuris præſumptionem pro ſe, vt notat Innocen in capitu Innotuit, de Eo qui fur. ordina. ſuſce & Bald qui eum allegat, in Authenti Sed & ſiquis ab aliquo, colum penul C de Teſti, qui loquitur tam in actibus iudicialibus, quàm extraiudicialibus Ex cuius dictis declaratur optimè prædicta l 2 de Officio ciui. iudi necnon declaratur text in capitu In præſentia, de Renun vbi idem probatur Ad hęc faciunt ea quæ nota. Bald inquit in l Si arrogator, colum 4 ff de Adop videlicet, quòd mens legis & iudicis † eſt,

47 vel debet eſſe vna & eadem, neque plus cogitat, aut cogitare debet bonus iudex, quàm lex velit Sic ergo ex his patet, prout ſuprà in ſecunda parte huius notabilis dixit Bald. quòd arbitrium per arbitratorem ferendum præſumitur eſſe tale, qua

De ſecunda parte nota

le de iure eſſe debet & conſequenter eſt certũ legi, & non ſuſpendit legatũ collatum in declarationem arbitramẽtalem alterius arbitratoris,

48 vt in ſecundo reſponſo iſtius l quẽadmodũ etiam conditio tacita quæ à iure ineſt, illud nõ ſuſpendit, vt in l Conditiones extrinſecùs, vbi Bart Albe Pau de Caſt & Ioan de Imo & Rapha notant ꝗ de Condi & demõ De quarto nota iſtius l dicetur inferiùs poſt glo ſequendo ordinẽ Ang de Peri qui eſt expeditior cæteris

Gloſſ prima diuiditur clarè, & (vt ita dixero) affabrè, per Ange de Peri hîc, in quatuor partes In quarũ prima exponit verbum, Veluti, in tex. poſitum, dupliciter & quælibet expoſitio eſt bona, prima tamen eſt clarior Et in eadem prima parte ad euitandum cõtrarium exponit glo. tex in parte, Quid enim, ſecundum Roge vt non legatur interrogatiuè, ſed aſſertiuè ſecundum quam expoſitionem nõ expedit, aliquid ad tex ſupplere, dum dicit, Si voluerit In ſecunda parte ponit in effectu gloſſ. tres quæſtiones.

Diuiſio gl in quatuor partes

Prima, an is cuius arbitrio aliquid relinquitur, cogatur arbitrari Secunda, an eo non arbitrante, diſpoſitio remaneat valida, vel minimè Tertia, an eo perperam arbitrante, poſſit peti reductio ad boni viri arbitratum In tertia parte declarat, quid debeat conſiderare is, cuius arbitrio eſt aliquid remiſſum & addit gloſſ. ad text. vt non tantùm conſiderentur vires patrimonij, prout iſta l. dicit, ſed etiam merita legatarij, & aliæ qualitates Quartò & vltimò diſtinguit tres caſus, & conatur declarare materiam, vtrùm, & quando legatum poſſit in voluntatem vel arbitrium hæredis, aut legatarij, aut extranei conferri

Queſtiones glo tres.

Secunda

Secunda ibi, Sed an cogatur, tertia ibi, Debet ergo, quarta ibi, Vltimo no Quam diuiſionem Ang ad hanc glo eo libentiùs retuli, quòd per eã meliùs & expeditiùs intentio gloſſę declaratur, quàm per ſcripta aliorũ Doctorum

Gloſſ itaque iſta in ſecunda parte primæ partis, opponit cõtra tex de l Fideicõmiſſa § quanquam ff ti 1 de Lega 3 & l Nonnunquam ff de Cõ di & de & l Si quis Sempronium, ſuprà de Hære inſti Quibus probatur, legatum vel fideicommiſſum relinqui non poſſe in voluntatem hæredis, neque tertij Sed hîc innuitur cõtrarium, imò quòd poteſt relinqui in voluntatem tertij, dum litera inquit interrogatiuè, [*Quid enim intereſt?*] quaſi dicat, nihil intereſt, an relinquatur in arbitrium, an in voluntatem alicuius, & glo reſpondet, quòd tex non ſit legendus interrogatiuè, ſed aſſertiuè, vt eius ſit ſenſus, quòd intereſt aliquid, imouero nonnihil, inter arbitrium & voluntatem, & ſic non obſtit Vel aliter, vt reſpondet gloſſ & clariùs ff iſta l in parte, Si voluerit, quòd tex nõ loquatur de mera voluntate, ſed de voluntate ab arbitrio qualificata, prout hîc declarat notabiliter Pau de Caſt vt ſuprà dixi & ſic text poteſt etiam ſtare interrogatiuè, & vtraque lectura poteſt eſſe bona, ſed prima eſt clarior ſecundum Bart qui ex vtraq, lectura notat, quòd quemadmodum non dicitur conferri in voluntatem alterius liberam, per hęc verba conditionalia, ſi Capitolium aſcenderit ita neq, per iſta verba, Si arbitratus fuerit Secùs autem per iſta verba, Si voluerit Et ex hoc ſubnotari poteſt, ꝙ diſpoſitio collata in voluntatem alterius non valet, aliter atq, ſi in arbitrium alterius conferatur & idem ſi exprimatur arbitrium per modum qualificationis voluntatis, putà, ſi voluerit arbitrari, vt per glo hîc in parte, Si voluerit, iuncta declaratione Pau de Caſt & tenet etiam Bal in 2 col repeti Idem ſi fuiſſet dictum, ſi voluerit, & arbitratus fuerit, ſecundum Card in Cle Sæpe § 14 quæſt. de Verbo ſigni quod & ante ipſum tenuit Bart in Extrauagã Ad reprimendum, in parte, Videbitur, col vlti quæſt antepe quem locum citaui ſuprà, in 1 nota His enim caſibus diſpoſitio eiuſmodi concepta valet, ac ſi ſimpliciter in arbitrium conferre-
49 tur Ratio præmiſſorum eſt, † quia quando ſubſtantia diſpoſitionis cõfertur in ſimplicem ſeu liberam voluntatem alicuius, talis diſpoſitio dici poteſt captatoria, id eſt deceptoria, quia vt declarat Paul de Caſt in l Captatorias C de Teſta mili poſt alios Docto ibi, necnon Ioã de Imo in l Captatorias ff de Hære inſti & in ſpecie Abb Panor in c Cùm tibi, 2 oppoſi de Teſta fortè is, cuius voluntati eſt commiſſum, diſponeret aliter, quàm teſtator voluerit, & ſic teſtator caperetur, id eſt deciperetur, cùm contra ipſius voluntatem cõmiſſarius poſſet diſponere, quod eſſet abſonum, & contra omnia iura, tutantia voluntates teſtatorum, dicentiaque eam præſtare, ac præ cęteris omnibus eſſe ſeruandam Vulgaris l In conditionibus primum locum, in prin ff de Condi & de cum alijs iuribus, quę nota ſunt Nõ enim iſto caſu (ſi talis inquam voluntas eſſet captatoria) ſeruaretur defuncti voluntas committentis, imouero cõmiſſarij eum decipientis Sed quando in arbitrium alterius diſpoſitio confertur, nõ eſt captatoria, quia nõ pendet ex illius voluntate mera & aperta, ſed ſolùm ex tacita & velata,

acſi

acſi relinqueretur ſub conditione, ſi Capitolium aſcenderis nã poteſt eſſe quòd vis aſcendere, & aſcenderis, & tamen nolis q. ille alius habeat legatũ, & nihilominus ex tuo aſcenſu purificabitur conditio legati legatario relicti Aliud eſt enim factũ tuum voluntarium, aliudq. voluntas tua libera & immediata, quòd legatũ debeatur vel nõ Pari ratione ſi legetur Sẽpronio, ſi Titius arbitratus fuerit, poteſt eſſe q. libera & immediata ipſius Titij volũtas inclinat, vt legatarius nõ habeat legatũ, & tamẽ poteſt eſſe volũtas ſine ratione & ratio ipſa cõtrarium ſibi ſuadet Vnde ductus & victus ratione arbitratur legatũ deberi ei, cui fuit relictum quãuis (vt dixi) libera voluntas dictet contrarium, reſultatque non eſſe cõmiſſam diſpoſitionis ſubſtantiam in voluntatem alterius, ſed ſolummodo in ipſius arbitrium Ita ſingulariter & cæteris ſcribẽtibus expeditiùs & clariùs declarat Paul de Caſt hîc, 2 col poſt prin. Sic itaque diſpoſitio captatoria propriè dicitur, quando in alterius volũtatem liberam (quoad ipſius inquam ſubſtantiã & eſſentiam) relinquitur non autem quando ſola voluntatis declaratio confertur, ſecundum Bald in l 1 in lectura, col pe C de Sacroſan Eccle & in repeti eiuſdem l 9 quæſt 1 partis principalis 7 colũ quod eſt conducibile ad rem noſtram, quia diſpoſitio, quæ in alterius arbitrium confertur (particularis inquam de qua hic verba facimus) re vera confertur quoad voluntatis declarationem duntaxat, non autem quoad ipſius eſſentiam, vt ex prædeductis abũdè innoteſcit & eſt tex optimus in d l Fideicommiſſa, § Quanquam, ſ titu proximo de Lega 3 & cum ea pia dicta vi Laur Calca in conſilio 108 incipien In

reſpectu non tranſmiſſionis conſide
rato, vera eſt concluſio glo & Docto
rum, quæ ponitur in d l 2 de In diem
adiect videlicet, quòd in vltimis vo- Declaratio
lũtatib⁹ quęlibet conditio etiam re- reſtrictiua
ſolutioni vel exequutioni adiecta, ſu- ad glo Co
ſpendit ſubſtantiã diſpoſitionis In- A. in d l 2
telligi enim debet, quoad non tranſ- de In diem
miſſionem, id eſt, quoad impedien- adiect in ar
dum illam,& ita propriè loquitur di- ti vltimarũ
ctus § Quidam Titio,& d l Si lega- voluntatũ
tum, vt prædixi Et(vt s eſt dictũ poſt reſoluenda
Bart )ſatis colligitur iſta concordia rum, quæ
ex illa improprietate, quaſi poſita in æquiparant
dicto § Sic fideicommiſſum, dum di eiuſmodicõ
cit litera, [*Quaſi conditionale, &c*] Nam tractibus in
vult ille tex quòd illud fideicommiſ- ter viuos
ſum non ſit abſolutè conditionale,
ſed quo ad quid, hoc eſt, quo ad non
tranſmiſſionem Et iſta ſunt notãda

Ad eundem §. Sic fideicom.

in iſtius l intellect iuncto § Sic fidei-
commiſſum, quia non reperientur
ita explicata per Docto in prædictis
locis, ne dicam in præſentiarum

Agitur hic de intellect & concilia tione primi reſponſi hu ius l cũ. 2

Rurſus ad materię declarationem
inſurgit alia principalis difficultas
Nam hic in prin ſecundũ cõmunia
deciditur, quòd legatum cum adie-
ctione illa factum, ſi Titius arbitrabi
tur, eſt conditionale, ſed in ſecundo
reſpõ dicitur, quòd legatum relictũ
arbitrio Titij vel tertij, eſt purũ Con
tra quod vltimum opponit Bal met,
& eſt de intentione Bart de l ſi C de
Contrahend emptio Vbi probatur,
quòd quando arbitrium alicuius in
aliquo actu, vel ad aliquẽ actũ requi-
tui, ſemper ineſt tacita cõditio, ſi ille
arbitrabitur Et ſi arbitriũ non ſubſe
quatur, cõtractus corruit Sed in hac
l ſecũdo reſpon probatur, ꝙ legatũ
remiſſum in arbitrium, vel arbitrio
alterius non conditionaliter, illo nõ
arbitrante, nõ deficit igitur, &c Sol-
uit Bal quòd ibi loquitur in contra-
ctibus, q̃bus non ita fauent iura, pro-
ut vltimis voluntatibus, de quibus
iſta l loquitur, vt l Fauorabiliores, ff.
de Regu iur l 1 C de Pecu. eius qui
lib me & in c. Cùm dilecti, de Dona
92 tio †Ideo enim in vltimis voluntati-
bus nemine arbitrante, recurritur ad
arbitrium boni viri, quia cùm teſta-
tor nõ ita poſſit præcogitare, vel præ
uidere in futurum, mortis forſan co-
gitatione deterritus, vt in l Hac con
ſultiſſima, § At cùm humana fragili-
tas, C Qui teſta face poſſ prout poſ-
ſunt præcogitare contrahentes, & ſi-
bi ipſis in poſterum proſpicere, meri-
tò l pro teſtatore cogitat, & ei' defe
ctũ ſupplet. Et iſta fuit rõ Dy hic, vt
Bal & Docto referunt Quæ quidem
ratio comprabatur. Nam in vltima-
rum voluntatum ſubſiſtentia & vali
ditate, & ſic vt poſſint ſortiri effectũ
debitũ, vertitur fauor publicus glo
eſt ordi & cõmuniter approbata in
l Gallus, § Quid ſi is, vbi Bal & Mod.
eam notant s de Lib & poſthu Pro
qua eſt tex in l Vel negare, ff Quem
admodum teſta ape † Alia autẽ diffi 93
cultas de l A teſtatore, mota per Bal.
quo ad ablatiuos abſolutos, eſt imp-
tinens vnà cum eius ſolutione quia
iſte ablatiuus, arbitrio, poſitus in ſe-
cunda parte huius legis, non eſt, ne-
que poteſt dici abſolutus, cùm non
qualificetur ab aliquo adiectiuo Et
ſic ll dicentes importari conditionẽ
per ablatiuos abſolutos loquuntur
in plurali, & non in ſingulari quia
(vt dixi) etiam ſecũdum traditiones
Grammaticorum, vt dicatur abſolu-
tum, requiritur concurſus ſubiecti
ſubſtantiui qualificati ab adiectiuo
vel accidenti, & tunc fit vnum com-
plexum, & vocantur ablatiui abſolu
ti, vt patet in l Acceptis numis ff Ad
l Fal & in l Deducta, § Numis ff Ad
Treb & in d l A teſtatore cũ alijs Cũ
ergo in hac l 2 reſpõ. ſit ſimplex ſub-
ſtantiuũ, nõ qualificatũ ab adiectiuo,
ſed eſt abſolutè prolatũ ſ arbitrio ef-
fectiui caſus, & reſoluit. i accuſatiuũ,
i ad arbitriũ, & ſic nõ ſunt hic ablati-
ui abſoluti ergo (vt dixi) oppoſitio
Bal prefata nõ meruit ſignari, licèt Ia
ſo ſimpliciter referat Bal. hic in hoc
puncto, & non tangat aliquid ex prę
dictis Quod tamẽ circa hoc dixi, eſt
veriſſimum De cæteris difficultati-
bus dic vt per eundem Bald hic, cu-
ius dicta non indigent additione

Quibus explicitis, priuſquã legis
noſtræ commentatio colophonẽ (vt
aliàs dicitur) imponam, peropportu-
nũ mihi viſum fuit aliqua in mediũ
afferre, ex quibus intelligentia iſtius
l dilucidiùs percipi valeat Et quidẽ
in primis præſt ferendum eſt, cõmu-
nem gloſſatũ & Doctorũ ad hãc l in
primo

Agitur in ſequen vltimate de huius l Intellectu

primo reſpon intelligentiam in ſe ipſa veriſſimam eſſe, parũ tamen dubitabilem, necnon diuinatoriã quo ad literam textualem, quum ex tex neruis euinci nequeat, quaten' præfata intelligentia communis in primo reſpon huius l aſtruit, arbitrij cõ ditionem fuiſſe expreſſam, dictumq́, per teſtatorem, lego Titio decem, ſi Sempronius arbitrabitur vel ſi arbitratus fuerit, vel ſi ei videbitur Quæ omnes loquendi normæ in idem recidunt, vt in præceden § hac l eſt traditum In hac quippe litera neque de expreſſione certæ quantitatis, neque de cõditionis arbitrij expreſſione fit mentio præſertim quia immediatè poſt prima verba ſubijciuntur verba illa, [*Veluti conditio poteſt.*] quæ dictio, veluti, deſignat ſimilitudinẽ Si enim iſte legandi modus aſſimilatur cõditioni, ergo legatũ non fuit factum ſub expreſſa & vera cõditione, cum pro cõperto iure habeatur (prætermiſſis Philoſophorum traditionibus) nullum ſimile eſſe idẽ cũ ſuo ſimili l Quod nerua, cum glo ff. Depoſiti l Qui liberis, ĩ prin de Vulgo. & Pupi vbi Bal & alij notãt Quã ob rem ſuſpicor Iureconſultum aliud in prima huius l parte voluiſſe decidere, non quidem repugnans cõmuni gloſſarum & Doctorum intentioni, quinimo eidem ſatis contiguum & affine, in eundemque ſcopum cũ eo tendens, ſed aliter atque aliter Siquidem germana ac genuina principij iſtius l ſpecies eſt, teſtatorem dixiſſe, lego Titio decem in arbitrium Seij, ſeu confero iſtud legatum in arbitriũ Seij, & fuit quæſtionis, an eiuſmodi legatum eſſet purum, vel conditionale Iureconſultus reſpondet eſſe conditionale, nam habet in ſe ipſo conditionem implicitã, & ipſius legati ſuſpenſiuam quouſque Seius

**Species vel Exeplũ primæ partis huius legis**

arbitretur, legatum deberi, vel minimè Quæ conditio ſubintellecta vel implicita operatur idem quoad legati ſuſpenſionem, acſi expreſsè adiecta fuiſſet, dicendo, ſi Seius arbitrat' fuerit, vel voluerit arbitrari, vt ibi dũ tex dicit, [*Veluti conditio*] prout ſtatim latiùs explicabitur Potuitque probabiliter dubitari, an tale legatũ in alterius arbitrium collatum, eſſet conditionale, vel purum, ob ſecundã huius l partem, vbi fuit purum, etiam ſi arbitrio alterius, tutoris putà, relictum fuerit Sicque videbatur, quòd cùm in primo & ſecundo reſponſo legis non fuerit vlla conditio arbitrij explicita vel expreſſa item & in eodem ſecundo reſponſo legatũ nõ fuerit cõditionale, ſed purum, quòd idem iuris eſſe deberet in vtroq, caſu, primo & ſecundo Sed contrariũ deciditur hìc primo reſponſo Tum primo ex natura dictionis, ĩ, quæ adiecta dictioni [*Arbitrium*] & ſic caſui accuſandi, reſpectu tractus futuri tẽporis, prout hic fuit adiecta, importat conditionem Ad id citatur l Solemus, ff de Condi & demonſtr per Bart in l Quibus diebus, § ſi col 2 in fi eo titu Ad idem allegatur l Si in idem, & l Si in Annos, & l Nec ſemel, § Si inhabitionem, ff Quando dies lega ced & hanc adducit Bart in l 1 col 6 verſic Tertio principaliter, eiuſdem titu de Condi & demõſtra ſubdens regulam in hac præpoſitione & ſimilibus, Quãdo per prępoſitionem diſpoſitio ſuſpẽditur in futurum aliquem euentum incertũ, tunc inducitur conditio, & ita fuit in ſpecie principij iſtius l igitur, &c Tum etiam ſecundo quia iſte intellectus colligitur ex verbis ſecundi reſponſi, ibi, [*Neque conditio ineſt legato*] Nam cùm tex in aduerſatiua, ſed cũ, manifeſtum, & omnimodum faciat diſſi-

**Dubitatiõis cauſa adhac noua intelligentiæ ſpeciem**

**Regula in materia prępoſitionum**

diſsidium inter primũ & ſecundum iſtius l rñſum, apertiſsimè vult (alias nulla eſſet diſtinctio) q; tex in primo rñſo loquatur de conditione tacita, inhærente legato relicto ſub illis primis verbis, [*in arbitrium, &c*] In ſcdo autem reſponſo loquatur quando legatum in ſua ſubſtantia fuit purum, & ſic non ſuſpenſum in alicuius conditionis euentum, cùm neq, vlla fuerit explicitè appoſita, neq, tacitè ſubintelligatur Et hoc eſt quod tex ibi dicit [*Neq, conditio ineſt legato*] id eſt, non eſt conditionale, neq, ſuſpenſum, ſecundum expoſitionem Bal & Docto ibi. Si enim in ſecundo l reſpõſo aduerſante (prout in iure & in facto aduerſatur) primo conditio non ineſt legato, ergo ſequit, q; ĩ prima parte ineſt, ideſt, cenſetur intra ipſum legatum eſſe, & ſic implicitè & formaliter Illud nanq, ineſt, quod eſt intra ipſum actum l Lecta, verſicu Dicebam, ibi, [*Stipulationi ineſſe creduntur*] ff Si cert peta vbi Docto exponũt illa verba, ideſt, intra ipſam ſtipulationem formaliter, & ſic intrinſecus, & per quãdam inhærentiam implicitam intra actũ eſſe credunt Nam dictio, in, in compoſito, ſignificat intrinſecitatem, ſecundum Bar in l Gallus, § Ille caſus. 2 col in fin ff de Libe & poſthu vbi loquitur in terminis noſtris de verbo, ineſt, allegando eandem l Lecta. Et quatenus text hic in princi dicit, [*Veluti conditio*] ipſius ſenſus aptus & cohærens eſt, velle conditionem tacitam, illam videlicet, ſi tertius arbitrabit quę legato ineſt, relicto inq̃, pverba pfata, [*In arbitrium,*] ſimilem eſſe cõditioni expreſſæ, ſeu explicitę, ſi arbitrat⁹ fuerit, vel ſi arbitrabitur Vt quẽadmodum conditio expreſſa & explicita legato adiecta poteſt in arbitriũ alterius conferri, eodem modo tacita, implicita & inhęrẽs huic formę legandi, de qua in prin iſtius l ſcilicet, Relinquo in alterius arbitrium Fit itaq, in hoc prin ſeu primo reſponſo paificatio & adęquatio conditionis expreſſæ ad tacitam & recte, quia cũ iſta conditio tacita ſubintellecta ſiue implicita prouenit à verbis teſtatorum, eſt prope eiuſdem effect⁹, cuius eſt expreſſa, quia ſuſpendit diſpoſitionem, & reddit legatum, cui cohæret, in tranſmiſsibile legatario, ea pendente, mortuo Omnis enim conditio tacita ex teſtamẽto proueniẽs ſuſpendit diſpoſitionem, & ex conſequenti impedit trãſmiſsionem Bar in l Cõditiones extrinſecus 1 Opp. ff de Condi & demonſtra ad fi titu. & ibidem Ioan de Imo & Pau de Caſt & eſt tex in l Quod purè 1 2. rñ ff Quando di lega cedat Quem in d l Conditiones Bart etiam citat Neq, huic intelligentia refragatur tex ĩ iſta l ĩ illis verbis [*Si uoluerit*] q, declaratur per principium l vt loquatur de voluntate non ſimplici & abſoluta vel libera, ſed de arbitraria volũtate ſiue regulata ratione, & ei ſuppoſita Nam maioris virtutis, efficiæ, & influentiæ eſt clauſula præcedens ad declarandam ac determinandam ſequentem, quàm ſit ſequens quoad declarationem & determinationem præceden Bar per tex & glo ibi in l Quiſqs, de Lega 3 & in l Auia, in prĩ ff de Conditio & demonſtra & in l. Siquis ex argentariis, § 1 Si initium 1 col ad medium, ff de Eden in lect. & in l Filium, ff Quãdo di lega ced. Et iſtud communiter ab omnib⁹ indiſcriminatim approbatur, vt conſtat ex remiſsionibus in id nouè congeſtis per Tiraquel in opere retractus, fol 124 nume 25 cum princi ſequent Sicq̃, non eſt dicendum, iſtũ text facientem mentionem de voluntate per prædicta verba, [*Si uoluerit,*]

Maioris efficiciæ, cen ſet eſſe clauſula præcedens ad ſequentis determinationem quam econtra.

poſtq̃ ẽ in prin. fuerat nominatum arbitriũ,& in eo fundata ſpecies vel caſus figura, loqui de volũtate ſimplici, libera,& abſoluta, vt prædixi neq́, per illũ debere declarari principium legis, quod (vt dixi) loquitur *in arbitrio*,& ab eo Iuriſconſultus exorditur thema principij Imouero dicendũ eſt ecõtra, ipſum 2 reſponſum debere declarari per ipſummet principiũ, vt dixi, alias eſſet velle Iurecõſultũ incontinenti ſeſe corrigere, qđ non eſt dicendum l Non ad ea, verſiculo, Quòd ſi purè, ff de Conditio & demonſtra Necnon eſſet velle Iureconſultum ſubuertere vnico verbo omnes tex ſecũdum communes declarationes gloſſarum & Docto. probantes captatoriam diſpoſitiónem eſſe eam, cuius ſubſtantia confertur in liberam alterius volũtatem, ac proinde eſſe improbatam, vt ſuprà fuit traditum Neq́, etiam obſtat, ſi dicat aut velit dici, q́ ſub verbo, [*Arbitrium.*] in prin iſtius l prolatum comprehenditur voluntas prætextu, q́ ſit nomẽ generis nam iſta eſt æquiuocatio,& quidem intollerabilis Quinimò voluntas eſt genus,& diſtinguit in duas ſpecies, ideſt in voluntatem liberam, ratione non ſubnixam, & in voluntatem regulatam ratione, quæ eſt eadem cum arbitrio vel arbitratu,& ſic arbitrium eſt ſpecies diſtincta à voluntate libera,& eidem oppoſita,& conſequenter non poteſt eam includere & hoc eſt veriſsimum, vt patet ex diſcurſu eorum quæ in hac materia tradunt Bart Bald,& alij Docto hîc & idem Bar vbi notanter in hac materia in Extrauagãte Ad reprimẽdum, in parte, videbitur, poſt prin vbi ponit pro ſpeciebus oppoſitis, arbitrium & voluntatem Et licèt dicat arbitrium includere volũtatem, ſi loquitur de volũtate rationali, vel ratione regulata (nam non poteſt vllo modo de alia loqui, per prædicta) non eſt propria, neq́, vera incluſio, quum nihil aliud ſit arbitrium in ſe ipſo eſſentialiter vel in ſubſtantia, q̃ voluntas ratione regulata, quæ ratio eſt differentia quædam ſubſtantialis, per qnam diſtinguitur à voluntate ſimplici, vt potè ſpecies eidem oppoſita Sed ita eſt, quòd vnum & idẽ non poteſt ſeipſum includere vel cõprehendere, quæ res eſt adeò proxima ſenſui, vt in ea rationem aut aliqđ fundamẽtũ prçter ea quç ſunt iuris & rationis naturalis quçrere, ſit infirmitas intellectus, vt aliâs Bal referẽs Philoſophũ, inquit in l Teſtium, ad ſi C de Teſti & alibi ſæpe Et ratio iuridica in idem conſonat, quinimo non potuerat ab hoc diſſonare, quũ ars naturam imitetur, § Minorem, cũ alijs Inſti de Adoptio Nam cùm includens & incluſum habeant intrinſecam correlationem, manifeſtè liquet, q́ inter ea debet eſſe diſtinctio eſſentialis l ſi ff de Accepti l ſi C de Indicta vid tollen l 1 C de Cupreſſis, lib 11 Quemadmodum inter agens & paſſum, eligentem & electũ, creditorem & debitorẽ,& his ſimilia Facit l Vrannius, § Sed cùm duo, ff de Fideiuſſor Et talis voluntas, ideſt rationalis, quæ eſt ipſummet arbitrium item ſimplex & libera voluntas ſunt (vt dixi) ſpecies oppoſitæ, quæ includuntur ſub voluntate genericè ſumpta vel accepta Sed arbitrium in genere non reperitur, imouerò neque eſt reperibile, quum ad quencunque referatur, ſiue ad priuatum, ſiue ad iudicem, ſemper ſignificat voluntatem ratione conſtrictã & ſubnixam, atq́, ab eadem regulatã & limitatam, ſemperq́, eſt ſpecies diſtincta à volũtate libera,& illi oppoſita & iſtud eſt Phĩs moralibus expeditiſſimũ,& extra omnem cõtrouerſiam, necnon eſt de apertiſſima intẽ- Atten.

tione

tione omnium ll in hac materia loquentium, quarum ſ. in iſtius l commentario affatim eſt habita mentio. Sicque ex prædictis patet, iſtum tex in illis verbis, [Si uoluerit] neceſſariò eſſe intelligendum prout glo hic exponit, cum qua communiter ac ferè omnes ſcriptores in præſentiarum conſentiũt. Quæ expoſitio eſt, id eſt, voluntariè, vel cum voluntate arbitratus fuerit. Et ſic ciuiliter & rationabiliter, & ex motiuo iuſtę & rationabilis cauſæ talis nanque conditio arbitrij æquiparatur (vt hic tex vult) cuilibet alij poſſibili conditioni & honeſtæ, quæ fuiſſet tali legato per teſtatorẽ expreſſim appoſita, vel ex verbis ab eo expreſſis colligeretur, vt in pũ iſtius l (prout ſ. declaraui) dicitur.

Neque etiam huic noſtræ intelligentię, communis intelle declaratoriæ, obſtat quod text in hac l inquit, ſecundo reſponſo, vel deciſione, reddendo illius rationem, ibi, [*Nam legatum in arbitrium alterius collatum pro boni uiri arbitrio accipi debet*] Quia debet intelligi, vt Bald apoſtillat, quando arbitrium confertur per modum declaratiuũ, vt eſt in caſu illius ſecundi reſponſi, non autem in caſu primi vbi cõfertur legatũ in arbitrium alteri⁹ tacitè, conditionaliter & ſuſpenſiuè & ſic non declaratiuè. Quapropter ratio illa adaptatur caſui ſecũdo cui proximè adiacet, & non poteſt trahi ad primum, quia (vt prędixi) primum & ſecundũ reſponſum diſtant (vt in prouerbio eſt) ex diametro, & inuicẽ nihil inter ſe habent cõmune. Ergo ratio ſecũdi reſponſi non poteſt congruere primo, vtpote ab eo diſtincto & eidem quodãmodo oppoſito. quãquam non diffiteor, quòd ratio 2 reſponſi generaliter accepta ad prim ũ adaptari poſſit, vbi is in cuius arbitrium legatũ eſſet conditionaliter relictũ, perperã eſſet arbitratus, nã fieret recurſus ad iudicẽ, prout in ſecũdo recurritur ꝓ declaratione quãtitatis indeterminatæ. Sic itaq, verba illa ſuperiùs recitata, [*Nam legatum in arbitriũ alterius, &c*] generaliter & abſolutè, ſiue in abſtracto accepta, referuntur (vt dixi) ad primũ legis reſpõſũ, quoad arbitriũ inq̃, ſubſtantiã legati certi cõcernens. Itẽ & referuntur ad ſecundũ legis reſponſum, quoad arbitriũ concernẽs legati incerti declarationẽ, ſed ſi ſpecialiter verba illa accipiantur, vt ſint redditiua rationis 2. reſpõſi textualis, vel ſecũdæ deciſionis iſtius l ad illã ſunt duntaxat coarctanda, & nequeunt ad deciſionem poſitã in prima legis parte flecti, vt ſ. eſt dictum.

Reſolutio itaq, in iſtius l interpretatione eſt, quòd lagatũ certum factũ vel collatũ in arbitriũ tertij, eſt cõditionale, propter cõditionẽ tacitã & ſubintellectã, acſi cõditio arbitrij, vel, ſi fuerit arbitratus, foret expreſſa. Et vtroq, modo legatũ cõceptũ vel relictũ valet cõditionaliter, & ſuſpendit in euentũ conditionis. Sicq, interim i nondũ ſubſequuto arbitrio, eſt intrãſmiſſibile ad legatarij hæredes. Secũdũ quæ ceſſant ambages & anfract⁹, & manet cõis intellectus appoſitiſſimè explicatus, & reſolutus vſque ad prima iſtius materiæ principia. Et ſubdeclarationes ad eũ per me ſ. in textualibus poſitæ poſt Doct procedũt & cõcinè quadrãt, & adaptãtur ad vtrunq, modũ legãdi, tã ꝑ conditionẽ expreſſam, quã ꝑ tacitã ſ. ꝑ verba illa, [*In arbitriũ*] à quibus l iſta inchoat. Et ꝑ ſ. ſcripta explodit apertè intellectus, quẽ ad huius l 1 partẽ ponit Rapha. Cu in l Is q heres, ad fi principij. ſ. de Acqui hæredi quatenus aſtruit primã iſtius l partẽ non eſſe intelligendã

Epithoma reſolutoria.

 gendã

gẽdã in cõditione arbitrij l ſi terti' ar
bitrabit͂,ſed in arbitrij l voluntatis li
berè cõditionẽ tacitã l ſi voluerit ar-
bitrari,quæ etiã ineſt alij cuicũq; cõ
ditioni poſsibili & honeſtę,vt ſi in Ca
pitolium aſcẽderit & ſimili Et ꝙ iſte
tex ſecundum eum velit nõ eſſe dif-
ferentiam an teſtator dicat,ſi Titius
voluerit,an, ſi Capitolium aſcende-
rit nam vtroq; caſu ſecundum eum
conditio ineſt,ſed quoad valorem le
gati differt,quia primo caſu non va-
let,ſecundo autem ſic Hęc ille Quẽ
intell' commẽtus eſt ipſe ex proprio
cerebro,prout ex Iouis cerebro Poe
tę tradunt ortam Mineruam,ad effu
giendum inconueniẽs,ne lex iſta ap
probando conditionem illam, ſi Ti-
tius arbitrabitur,adiectam legato vi
deretur approbare voluntatem ca-
ptatoriam,ac ſi idem importaret cõ-
ditio,ſi arbitrabitur, quod conditio,
ſi voluerit Sed non poſſum mihi per
Aduerſus Rapha Cu ſuadere,quin ipſe Rapha fallat,& fal
latur quia imò ex ſuprà plenè tradi-
ditis in huius materię proceſſu patet
iſtas conditiones eſſe prorſus oppoſi
tas,& inuicem omnino repugnãtes
cùm illa,ſi voluerit,deſignet,atq; im
portet liberam & abſolutam volũta-
tem,id eſt,non ſubnixam, neq; con-
ſtrictã ratione alia autem,ſi arbitre-
tur,importat volũtatẽ ratione regu-
latam,vt in proſequutione materiæ,
ſuprà ſæpe eſt dictũ ac repetitũ,& ſu
prà etiã in textualib' retuli,& ſequu
tus ſum optimã & ſolidã declaratio-
nem Pau de Caſt hic,ad hãc cõditio
nẽ,ſi arbitrabitur,ex qua reſultat ap-
ta & efficax differẽtia inter has duas
conditiones,ad eã meipſum refero
Nõ eſt ergo curãdũ de intell' Rapha
cerebroſo,quũ neq; eliciatur ex lite
ra iſtius l & præſuppoſitum ipſius eſt
contra coĩa nimirũ quia mos ipſius
penè ꝑpetuus eſt velle oĩa inuertere,
& eã obrẽ ſæpenumero ꝑnitioſè er-
rat,vt in ſimili tex ait in l Si ſeruum,
§ ſequitur,ff de Verb ob

His oĩbus hucuſq; in huius l cõmẽ
tario traditis,è re arbitramur fore epi
thomẽ textualiũ & cõcluſionũ gloſ
ſarũ cũ opportunis Bar & Doctorum
crebrioribus interpretationibus in
eundẽ ſcopũ tendẽtibus,in calce ad-
nectere Nã licèt Bar multa ſup gloſ
ſis tradat,quia tamẽ in plurib' loqui-
tur confuſè & ſuperfluè, idem ꝑ idẽ
multoties repetens & inculcans, vt
inquit & rectè Pau Caſtren Idcirco
poſt eũdem aſſertiones reſolutorias
ſubijciendas duxi

Prima, quando in arbitriũ alterius,
ſiue hæredis,ſiue legatarij,ſiue tertij,
ſubſtãtia legati certi cõditionaliter
(ſiue arbitrij, inquã,conditio ſit ex-
preſſa,ſiue tacita)cõmittitur,expreſ-
ſa re,vel quantitate,legatũ mero iu-
re valet,& tenet,ac ſi in quãcũq; aliã
conditionẽ poſsibilẽ & honeſtã id ſu
ſpenderet͂ tali itaq; cõmiſſario arbi-
trante,ſicq; purificata cõditione le-
gatũ efficaciter valet ſed interim pẽ
det,& eſt intranſmiſsibile Et ita loq
tur primũ iſti' l rñſum ſcd̃m coẽm

Secũda,quãdo declaratio quãtita-
tis vel rei legatę arbitrio alicuius re-
mittitur abſq; aliqua rei vel quãtita-
tis expreſsione,eo caſu legatũ nõ cẽ-
ſet eſſe conditionale, quin potiùs pu
rũ & tranſmiſsibile,vt in ſecũdo iſti'
l reſponſo ſecũdũ cõmunẽ

Tertia,ſi electio pſonę legatarij cõ
mittat͂ alicui', valet cõmiſsio,vt in l
Vtrũ,§ Cũ quidã,ff de Reb' dub & l
Cũ quidã,ſecũd i,in primo rñ & in l
Vnũ ex familia,in prin & in § Rogo,
ff eo quarũ legũ iſta eſt propria mate
ria,quãq; ipſi' legati ſubſtãtia in alie-
nã volũtatẽ cõmitti non poſsit, quia
eſſet diſpoſitio captatoria, ac proin-
de inualida ſecundum cõmunem

Quarta,

Quarta, quando reſolutio legati cõmittitur in alterius voluntatẽ prę poſita dictione exceptiua, niſi, vt puta, legô cuiuis, niſi hæres, aut terti⁹ vel ipſe legatarius noluerit, tale legatum non eſt abſolutè conditionale, imò cenſetur purũ quanquã in euẽtum vel purificationem voluntatis veniat reſoluendũ Ita procedit deciſio § Sic fideicõmiſſum, l Fideicõmiſſa ℥ tit 1 non tamen eſt tranſmiſſibile legatario mortuo pẽdente declaratione voluntatis hæredis, vel tertij, vel ipſiuſmet legatarij

Quinta, quãdo legatum vel fideicommiſſum ponitur in conditionẽ ſecundariam, hoc eſt, concipitur prę poſita dictione, cùm, quæ principaliter deſignat tempus, ſecũdariò autẽ conditionem, ſi talis conditio deſignata per illam dictionem, cùm, referatur ad legatarium, vt cùm voluerit legatarius, tale legatum cenſetur eſſe purum ſecũdum veriorem opi. Alex hic, col 4 poſt Raphae Cu cõtra Bart Si verò adijciatur hæredi, valet ſed differtur exequutio ſeu petitio legati per totum tempus vitæ ipſius hæredis non declarantis eo autem abſq; declaratione mortuo, hæres eius tenetur confeſtim reddere legatum ipſi legatario, vt in d l. Fideicommiſſa, § Hoc autem vbi eſt text no & rationem differentiæ inter verba, ſi voluerit, & cùm voluerit, ponit Ioan de Imo hic, col 3 in verſ. Sed mirum videtur

Sexta, quando legatum vel fideicommiſſum relinquitur ſub conditione prædicta, cũ extraneus voluerit, idem iuris eſt, prout quando relinquitur ab hærede, cùm hæres ipſe voluerit & ita etiã poteſt procedere tex in prædicto verſi Hoc autẽ, eiuſdẽ l Fideicõmiſſa, ſcd̃m Bart in prin. col 2 quẽ Alex ſequitur reprehẽdẽs Ioan de Imo tenentem contra Bar. Et hoc debet ſubintelligi, prout in præcedente concluſione, in verſicu Si verò, fuit explicatum

Septima, ſiue legatum remittatur in arbitrium, ſiue in voluntatem legatarij, & ſic per quæcunque verba, modò voluntatem, modò arbitrium importantia, ſemper & indiſtinctè valet, conditionaliter tamen, id eſt, ſi declarauerit ſe velle, vel ſi arbitretur ſibi deberi, vt in. § Illi ſi volet. l Si ita legatum, de Lega. 1

Octaua concluſio, licèt quoad legati validitatem non interſit inter commiſſionem in arbitrium hæredis & tertij, tamen quoad effectum recurſus ad bonum virum bene intereſt habita, inquam, diſtinctione, an in arbitrium commiſſum ſit conditionaliter, necne vt eleganter declarat Pau de Caſt hìc, in glo mag

Nona & vltima, ſicuti nihil refert an legatum relinquatur in arbitriũ hæredis, vel tertij, vt eſt proximè dictum, quia vtroq; caſu valet, ſic etiã per contrarium, vt legatum non valeat, parui aut nihil refert, an legatum conferatur in voluntatem hæredis vel tertij, quia vtroque caſu legatum eſt captatorium & inualidũ ſecundum glo. ſecundam hìc, & declarat Ioan de Imo ſuper glo. ſi. taxans illam non bene ſentientem in hoc Quid autem de his tenendum ſit attento iure hodierno, id eſt, huius regni, vide quæ tradidi ſ. in glo. prima, verſicu Hodie autem, ad ibi dicta me refero

Et in prædictarum concluſionum tractatione ac reſolutione extat potiſſimum fundamẽtũ materiæ iſtius l genuinæ, vt ſic dicam, cardinale Cætera ſuppleantur ex dictis Pau de Caſt Et de huius l interpretatione ſ. ſcripta ſufficiant.

## Summarium.

1 *RATIO primi reſponſi iſtius l. ſtat in dinumeratione rerum diſcreta & ſeparata cuiuſque earum, quæ cẽſeri debet, ac ſi in diuerſis diſpoſitionibus facta eſſet, prout in ſimili dicitur in perſonarum enumeratione.*

2 *Conſequentia de rebus ad perſonas, & econtra eſt probabilis, & iuridica*

3 *Ratio præfatæ rationis eſt, quia talis dinumeratio, uel denominatio fit ac neceſſario facienda eſt per copulam, uel in oratione ſoluta, in qua punctus habet uim copulæ.*

4 *Inductio tex. in § His ita, l Vnic. C de Cadu. tollen.*

5 *Datio in ſolutum uitiatur in totum, ſi res ita data excedat quo ad ualorem ipſum debitum, pro quo fuit data.*

6 *Leges reg. permittentes emptori retractum rerũ uenditarum habent etiam locum in rebus datis in ſolutum, ut eadem ex cauſa, uidelicet proximitatis retrahi poſſint intra nouendium*

7 *Verbum uenditionis in dubio regulariter continet omnem alienationis ſpeciem*

8 *Ad l. Dudum reſponſio, & uerus intellectus. omnino Tiraque in prædicto opere retractus, in præfatione 4 char nu 16 cum multis ſequen Vbi in nu 21 Allegat Ioan Fa quem infra ſtatim adduco, & cum eo etiam citat plures Docto poſtea autem nu 31 uidetur ſubdubitare tandem tamen uidetur in idem inclinare, ſcilicet, quod illius diſpoſitio non ſit contra, ſed potius præter ius commune, prout infrà teneo, & arbitror id eſſe uerũ, & placuit mihi poſtquam iſtud ſcripſeram, illum uidere*

9 *In materia limitatoria licita eſt extenſio regulariter de uno caſu ad alium, in quo ſit eadem ratio, uel ſimilis.*

## Lex ij.

QVOTIES nominatim plures res in legato exprimũtur, plura legata ſunt Si autem ſuppellex, aut argẽtum, aut peculium, aut inſtrumentũ legatum ſit, vnum legatum.

LEX iſta ſummatur vt per Barto Si plures res nominẽtur plura ſunt legata, ſecùs ſi vno vniuerſali nomine cõprehẽdãtur debuiſſet addere, vel generali, vt ſummat Bald poſt Dy. vel cõplexiuo ſeu collectiuo, prout ſummat Pau de Caſt Nam de his omnibus loquitᵉ litera iſtius leg in effectu inquam, & re ipſa quoad iuris efficaciam

Ex hac l primò colligitur differentia inter legatum factum nominatim ſeu diſcretim de pluribus rebus, & factum coniunctim, ſub nomine vniuerſali, aut generali, aut collectiuo ſeu complexiuo Nam primo caſu cenſentur plura, & diuerſa legata ſecundo cenſetur vnum legatum Et omiſſis alijs declarationibus per Doctor traditis, in l Neminem, quæ proximè ſe-
1 quitur † Ratio primi reſponſi iſtius l poteſt eſſe, quia ſicut enumeratio diſcretiua plurium perſonarum operatur, & inducit, vt onus eis iniunctum ſubire cogantur pro virilibus, ſiue æqualibus portionibus, acſi in diuerſis diſpoſitionibus ſeparatim grauarentur vt in l Si hæredes nominatim s̃ titulo 1. vlti char ex qua iſtud clariùs probatur, quàm alibi ſecundum Bal ibi, licèt glo ibidem citet alias concordãtes Ita etiam dinumeratio plurium rerum ſeu ſpecierum diſcretim facta per teſtatorem in legando, ſeu in diſponẽdo, cenſeri debet fieri diuiſim, & ſic cẽſentur eſſe plures diſpoſitiones ſeu plura legata conſequentia
2 ducta † à rebus ad perſonas, & econtra, quæ eſt iuridica, & probabilis. l Si quis inquilinos § Si ita s̃ titu 1. & l. Si quis filio exhæredato, ante fi.

in

in verſ Quatenus ſ de Iniuſto rup & l Qui furere ff de Sta hominum, vbi Bal & Albe notant,& glo & Docto in [illegible] ff Si cert peta & Bart in l Miles ita § 1 de Mili teſt qui tamen non allegat ad id aliquam bonam l.

3 † Et huius rationis ratio ſubiũgi poteſt quia denominatio plurium rerum vel perſonarum, fit per copulã, vel per punctum, quod eſt vice copulæ, cuius copulæ natura eſt diſtribuere æqualiter vim verbi inter extrema copulata l Reos, §. Cùm in tabulis, ff de Duob re l 1 2. C Si plures vna ſenten cõde fue Facit quod notat glo in Auth. Cauſa quę fit cũ monacho C de Epiſcopis, & cle. & conſequenter videtur diſponens facere duas diſpoſitiones ſeparatim, vel ſeparatas Ratio ad ſecundum huius l reſponſum, & ſic ad ſecũdam iſtius primi notabilis partem, poteſt deduci ex l Vna † § His ita, verſi Si autem

Ratio ſecũdi reſpo huius l

4 ex his, C de Caducis tollẽ dum text. ad verbum inquit, [*Propter vnitatem ſermonis, quaſi in vnum corpus redacti ſunt*] Quẽ tex in propoſito iuris accreſcendi de quo ipſe loquitur, dicit Bart ibi eſſe optimum alio qui ſit in iure, & eum ad rem de qua agimus ita induco. Nam quemadmodum plures legatarij poſiti in eadem oratione cẽſentur (vt ibi dicitur) adeò copulati, vt videantur redacti in vnum corpus & dicantur verbis coniuncti, vt ibidem dicitur ſic etiã plures res ſimul prolatæ, ſeu enuntiatę vniuerſaliter, aut generaliter, aut complexiuè, ſeu collectiuè, cenſeri debent vnum corpus quo ad effectum prædictum, vt ſcilicet cenſeatur vna diſpoſitio, nõ autem plures, eodem argumẽto deſumpto de perſonis ad res per iura ſ deducta Et quia inueſtigatio quę fit ad dignoſcendum, an diſpoſitio ſit vna vel plures, eſt quoad multa ſatis importans, ſubijciam ſummatim, & velut per epithomen nonnullas vtilitates ex eiuſcemodi diſquiſitione reſultantes, tam contractus, quàm vltimas voluntates, necnon alios actus concernentes.

Prima ſiquidem vtilitas elicitur ex l Scire debemus, in prin. verſic. Secundumq́, ff de Verbo. obliga. ſcilicet circa nouationem, aliæ quinque colliguntur, ex gloſſis & dictis Bart. ibi videantur cùm expedierit & ſic ſunt ſex.

Vtilitates reſultantes ex inueſtigatione, vel cognitione an diſpoſitio ſit vna vel plures numero, & hic includuntur ſex.

Septima vtilitas, ſiue effectus inſurgit ex cognitione, an diſpoſitio ſit vna, vel plures, vt ſi ſtatutum diſponat, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella & res fuerint in tali cõtractu ſpeciatim nominatæ, gabella ſoluenda erit de qualibet re, aliâs ſufficiet vnam gabellam pro omnibus ſolui. Ad hoc ſolet allegari Bal in l. ſi. §. Præterea, C de iure dot. ſub intelligendo iſtud, vt ibi per eum, an ſit vnum pretium, vel plura. Quam deciſionem fertur commendare Are. in ea l Scire debemus, ſ. cof. Sed Bal in mea impreſſione id nõ dicit, & Are. in mea lect. non allegat Bald ad hoc, licèt aliâs reperierim iſtud relatum in ſcriptis cuiuſdam Doctoris Hiſpani & antiqui, quem honoris ſui cauſa nõ nomino. Et eſto quòd Bal illud diceret, tamen talis deciſio vel cautela nõ poſſet hodie adaptari ad gabellam, quæ eſt ſoluenda ex re vẽdita ſecundum formam ll Quaterni gabellarum quum ibi iubeatur ſolui vnum pro quolibet decemnario pretij conuenti in ipſa venditione, ſiue ipſo contractu venditionis: non autem pro quolibet contractu, vt ille falsò referebat Bald dicere Et ſic hodie non eſt vis, an ſit vnus contractus vel plures, vel vnum pretium aut plura, quo ad materiam gabellarum,

rum,quia non habetur in ſolutione gabellæ conſideratio niſi ad id quod prædixi & illo attento ceſſat in illa materia diſquiſitio vel inueſtigatio vnitatis vel pluralitatis contractus, vel pretij

Quo ad validitatem cõtractus

Octaua vtilitas ponitur per Bal in eodem § Præterea, col 2 quoad deceptionem vltra dimidium iuſti pretij,quia ſi ſunt plures contractus, poterit remedium illius habere locũ reſpectu vnius,in quo ſolo reperitur interueniſſe talis deceptio, licèt ex pretijs aliarũ rerũ poſſet ſuppleri iuſtum pretium. Nam quando venditio plurium rerum reputatur vt plures, vt quando quælibet habet proprium pretium deſignatum,non poteſt fieri ſupplementum iuſti pretij, ex aliarum rerum pretijs ſed diuiſio pretiorũ appropriata cuilibet rei facit ſeparatum contractum de per ſe duntaxat cõſiderabilẽ Sed quando pro omnibus rebus deſignatur vnum pretium,non eſt opus hac conſideratione,quia ad cognoſcendum an habeat locum remedium l 2 de Reſ vẽ debet fieri relatio totius pretij ad omnes res an ſit iuſtum, id eſt, intra dimidium nec ne, id eſt,an ſit vltra,quod eſt cordi mandandum

Nona reſultat vtilitas ex eadem indagatione,an actus cẽſeatur vnus, vel plures ex l Si duos,ff de Contrahen emp quoad validitatem videlicet contractus nam ſi plures res deducantur in contractum diuerſimo dè appretiatæ,etiamſi reſpectu vni⁹ ex eis contractus nõ teneat, valebit nihilominus tamen quoad alias res, quum ſint plures cõtractus eſſentialiter diſtincti, vt putà pro vnaquaq; re pretium ſeparatim cõuentum, & appropriatum, ſecùs ſi vnum pretiũ pro omnibus ſimile eſſet aſſignatũ, tunc enim vel in totum contractus venditionis eſſet validus, vel inualidus cùm ius ex contractu reſultãs ſit indiuiduum

De l Si duorum

Decima ſubſultat ex l Si duorum fundorum,ff de Act emp vbi videndi ſunt Bal Rapha Fulgo & Paul de Caſt quam l ſuo caſu, qui pulcherrimus eſt,dicit Bal non eſſe alibi,in l ſicut C eo

De l Nemi nem

Vndecima deſumitur ex l Neminem, quæ proximè ſequitur, videlicet,quoad agnitionem, & repudiationem legati, iuncta l. Grege, quæ ſtatim ſequitur Inde eſt, quòd ſi pater hodie melioraſſet vnum ex filijs in quinta bonorum ſuorum parte, non poſſet talis filius melioratus vnam rem ex tali melioratione acceptare, & aliam repudiare, quum ſit vnum prælegatum ſecùs ſi prælegatum fieret de pluribus rebus cum earum ſpecificatione ſeparatim facta,etiã ſi tales æquiualerent quinto bonorum, non loquor eo caſu, quo facta melioratione in quinta bonorum parte, deſignaſſet ſiue aſſignaſſet eam in certis rebus quia talis deſignatio tunc videtur facta potiùs, cauſa demonſtrationis,quàm ad aliũ finem vel effectum l Quidam teſta vbi Bal Bart Paul de Caſt & Rapha de hac re notant ſ tit 1 imouero loquor in caſu, vbi ſimpliciter melioraſſet vnũ vel plures ex filijs in quibuſdam rebus æquiualentibus prædictæ quintæ parti bonorum,non facta denominatione ipſius quintæ partis,vel facta,tamen minus principaliter,vt putà dicendo,quòd meliorabat in tali, & tali re,æquiualentib⁹ quintæ bonorum parti, & ſic quòd melioratio fieret de rebus principaliter,& diuiſim,ſiue diſcretim per copulam, vel copulatiuè ſicque eſſet multiplex diſpoſitio, vel plures diſpoſitiones quo caſu (vt dixi) bene

Ad materiã meliorationis hodiernæ

poſſet

poſſet per talem melioratum, vna ex illis rebus acceptari, alia, vel alijs reiectis, quum cenſeantur diuerſæ diſpoſitiones

De l Damnas eſto, in prin iunctis alijs legibus

Duodecima poteſt vtilitas deſumi ex l Damnas eſto, in prin ff de Vſufructu lega iuncta l Habitationis, cum glo & l In ſingulis, de Ann. lega Quibus dicitur, quòd ſi alicui legetur habitatio quo ad viuet, eſt vnũ legatum, vt in caſu dictæ l Damnas eſto, in prin ſed ſi legetur in ſingulos annos, ſunt plura legata, vt in caſib' aliarum ll in quib' ponitur effectus huius differentiæ, quòd in primo caſu per mortem legatarij, legatum perit in totum, ipſoque iure ſed in ſecundo caſu nõ, ſed tranſmittitur ad hæredem legatarij decedentis pro reſidua parte anni inchoati, cui effectui poteſt adaptari alius, de quo in d.l Neminem nam ſi legatum habitationis fuit factũ ſimpliciter & indefinitè quoad vitam legatarij, non poſſet fieri repudiatio pro parte temporis & pro alia parte agnitio ſed alio caſu, id eſt, quando fieret in ſingulos annos, vel pro ſingulis annis, ſic.

Quo ad agnitionem, partis legati, an trahat ad alia partem, vel nõ

Tertiadecima, quòd ſi eſt vnum legatum, legatarius agnoſcens partẽ illius videtur totũ illud agnoſcere. l Si cui res ĩ iſto titu ſecùs ſi eſſent plura legata, argumento l Sub conditione, ff Quibus modis vſufructus amittitur, & l Sed cum patrono, ff de Bono poſſe tit generali eſt enim idem iuris in pluribus legatis eodem teſta relictis quod in pluribus hæreditatibus diuerſorum teſtatorũ, quia omnes ſunt diſtinctæ & diſcretæ, & hoc apertè deducitur ex intentione earundem legum, Si cui res, & Neminem vi glo & Doctor in l Quidam cologio, C de Iure deli quæ tamen principaliter loquit̃ in hæreditate ſed incidenter in propoſito noſtro, id eſt, in legato

Quo ad ius & facultatẽ retrahendi res pro eodem pretio pro quo fuit vendita

Decimaquarta, & vltima, ex præmiſſis (præſertim in nono effectu traditis) emergit vtilitas adaptabilis ad leges iſtius regni, loquẽtes in retractu vẽditionis per propinquiorẽ de agnatione vel ſtipite faciendo per oblationem pretij, quo res fuit vendita Nam ſi ſint plures venditiones, poterit talis agnatus vnam ex his rebus venditis retrahere ſin autem eſt vna venditio, non poterit per talem agnatum retrahentem, vna ex rebus præfatis retrahi, ſed omnes retrahere debet, vel omnes apud emptorem dimittere Vnde effluxit hodie lex regni, idem diſpõnens inter deciſiones Tau 17 in ordine Iuxta quam annotandum occurrit, nec intempeſtiuè, quòd licèt datio inſolutum vicem obſtineat venditionis. l pe C de Solu & l. Litis æſtimatio, ff. pro Emp & l ſi ff Quib ex cau in poſſeſ. eatur, & l Si prædium, C. de Edict. & l. Eleganter, in prin cum glo in parte, Pro ſolu ff de Pig. act quam Bald. citat in l Libera, col 1. C de Senten. & interlocu omnium iudi & bonus tex: in l fi eod. tit Item & venditionis appellatio ſimplex omnem alienationem continet. l Statu liber à cæteris § vlti ff de Sta libe quem tex. in id glo citat, in l 2. C de Vſuca pro emp tamen ſi plures res debitoris fuerint datæ creditori in ſolutum, puta duo fundi patrimoniales vel auiti, etiam ſeparatim ac diuerſis pretijs æſtimati, proximior agnatus debitoris non poterit redimere à creditore vnum ex dictis fundis, quanquam ob pretiorum diuerſitatem videren tur prima inſpectione, dici poſſe diuerſæ dationes inſolutũ, & ſic diuerſæ quaſi vẽditiones, & alienationes Ratio eſt, quia primitiua cauſa conſiderata vnum ſolũ erat debitũ, quod

Ad l. 17. Tau

& numeratu

ab initio debitor non potuiſſet pro parte ſoluere, creditore inuito l 2 § 1 ff Si cert peta & l Tutor, § Lucius ff de Vſu & l Planè, eademque 2 ff Fami her ſ allega. ergo neq, ex poſt facto admitti debet ad effectum retractus particularis redemptio propinquioris agnati offerentis, quum datio in ſolutum ſubrogetur in locū ſolutionis quę ab ipſo principio eſſet facienda de tali debito ita decidit Iaſo referēs Pet de Beſu. idē alibi priùs tenentem, in l Stipulationes non diuiduntur, in prin col 13 ff de Verbo, obliga vbi affert duo iura in fauorem iſtius deciſionis, quod eſt admodum ſingu. & alibi non recolo me legiſſe tactum Cui deciſioni cōſonat in ſimili quod Barto tenet, in eodem §. Si centum, per illum text

5 dum inquit, † quòd dationes in ſolutum, quę quotidie fiunt, vitiantur in totum, ſi fiant plus debito, in parte aliqua etiā minima, hoc eſt, ſi detur in ſolutum res maioris pretij, quā ſit ipſum debitū, quod dictū, Iaſo putat eſſe ſing no in l Si is ad quem, col 3 poſt Rapha. & Alexā ibi, ff de Acquiren hære & idem Iaſo, in eodem § Si centum. Vbi plenè de hac re ediſſerit, & notat Dec poſt Bal in l Certi condictio, § Quoniam 3 notabili ff Si cert peta & iſtud ibi reſtringit ad dationes in ſolutum, quæ fierent autoritate iudicis propter indiuiduitatem decreti ſecùs dicit eſſe, in datione in ſolutum facta ex partium conuentione, vt ibi per eū adducentem Are in conſi Quæ reſtrictio non cadit in caſu prædictæ deciſionis Petri de Beſu & Iaſo ſ relatæ quo caſu cōſideratur indiuiduitas ratione naturæ primitiuę ſeu originariæ ipſius debiti ab initio contracti, quod in ſe ipſo erat vnū, & datio in ſolutum de diuerſis reb' facta, ſequitur illius naturam primitiuam, quæ ex ſe eſt indiuidua, ſed Bart loquitur diuerſis reſpectibus ſ deceptionis quoad rei valorem, & indiuiduitatis decreti, & ad p̄dicta vide deciſio Neapo 218 incipien Petita per totam, in cuius fine, declaratur poſt Bart in d. l Scire debemus, id quod ſ traditum

6 eſt de decreto † Obſeruandum eſt præterea, circa deciſionē prænotatam Pet de Beſu & Iaſ quòd illa deciſio præſupponit, quòd lex permittēs retractum poſſe fieri intra certum tempus, p conſanguineū proximiorem ipſi venditori, habeat etiam locū in datione in ſolutum, vt talis datio poſſit etiam retractari, & eſt verū præſuppoſitū per prædictā l Statu liberi, in § vlti iūctis iuribus ſ in idē adductis, & l Sicut, § Venditionis, ff Quib. mo pig vel hyppo ſol & tex. in c. 2. finalibus verbis de cōtrouer inter Do & emptorē feudi, in vſib' ſeu quanq̄ Specul in titu de Empt. & vēdi § Nūc dicendū, verſi Sed pone, tenuit cōtrariū dicēs, ita fuiſſe p̄nunciatum, & alij complures, quos pro hac parte, necnon pro contraria refert nouiſſimè And Tiraqu in opere retractus, char 121 in glo 14 Mouetur potiſſimum Spe ratione vulgari, ac propè friuola, quia verba l permittentis retractum, prædicto caſu deficiunt, &c Sed in vero, neque verba l neq, ratio, hoc caſu deficiūt Ratio ſiquidem non deficit, imò eadem extat in vna retractatione, ſcilicet dationis in ſolutum, quæ in alia, ſcilicet venditionis, vt ex pręmiſſis liquidò apparet, quum vtroque caſu res tranſeat in totū, id eſt quoad plenum dominium in exteram familiā. Verba etiam nō deſunt, quia (vt dixi)

7 ſub † verbo venditionis omnis alienatio comprehenditur, vt in dicto §. Venditionis, quem eo modo Barto

ſummat

Temperamentum reſtrictiuum

Speculator, & nonnulli ſequaces cōtra eum.

ſummat ibi, dicens ad hoc allegari,
& in d § vlti l Satuliber Tamen pro
opi Spe & ſequacium facit gloſſ no
in l ſi in parte, Permittimus, C de
Præd Curia lib 10 probans, quòd ſi
verbum venditionis proferatur in
materia ſingulari, id eſt, contra ius
commune, ſub eius appellatione nõ
continentur alij contractus, quanq̃
alias ſic Ad quod glo illam commẽ-
dat Bald in c 1 ad fi de Alie ſeu lib
Feudo ſed ita eſt, quòd iure commu-
ni de quo in d l Dudum, C de Con-
trahen empt & in c Conſtitutus, de
In integrum reſti apertè diſponitur,
quod quilibet poſſit liberè vendere
rem ſuam cui volet, & non tenetur
vendere conſanguineis, vel conſor-
tibus, ergo videtur, quod in hac
materia appellatio venditionis non
comprehendat dationem in ſolutũ
Sed tenendo aliam opi contra Spe
vt veriorem & communiorem, po-
8 teſt reſponderi, † quòd imò in d l Du
dum, non prohibetur, quin poſt ven
ditionem fiat retractus, ſed tantùm
diſponitur ibi, quòd venditio à prin-
cipio ſit libera, & ſic, quòd poſſit quis
vendere rem ſuam liberè cui volet,
vt dixi, & quòd talis venditio valet
irretractabiliter contra ipſum vendi
torem, id eſt, in eiuſdem præiuditiũ
tamen ſi proximior iure proximita-
tis velit rem euincere ab emptore p
modum retractus, oblato pretio, cæ-
teriſque requiſitis per ll regni, ſerua
tis, intra tempus ab eis præſtitutum,
vel etiam à conſuetudine, vt in iuri-
bus prædictis, poterit id facere & ſic
talis conſuetudo, & leges regni, quæ
de retractu loquuntur, non ſunt cõ-
tra ius commune, ſed præter illud, &
poſtquam iſtam reſpõſionem exco-
gitaueram, & inter auditores meos
enuntiaueram, offendi Ioan Fa ob-
ſcurè ac ſuccinctè eam ſentientẽ in

Tenet contra Spec cõtra quem eſt verior ac cõmunior opi

eidem l Dudum, dum inquit, [Et hic
pmiſit uendi cuilibet, qd conſuetudo non ꝓhibet]
ſcilicet prædicta, de qua in c Conſti
tutus, quę loquitur in caſu retractus,
prout, & ll iſti⁹ reg Ord & Tau quę
eam imitatæ ſunt approbantes l Fo.
quæ non eſt aliud quàm cõſuetudo
quædam ſeparata imitatoria decre-
talis Cõſtitut⁹ Et ſi fortè adhuc obij
ciatur, quòd imò dicta conſuetudo,
cum iuribus prędictis, videntur iura
ſingularia, & contra ius commune,
vt pote, cõtra titulũ, Quando lic ab
empt diſce & cõtra l Ab emptione,
ff de Pactis, cum ſi Ad hoc reſpondẽ
dum eſt, quòd cum per ea retractus
concedatur, ſiue permittatur fauore
conſeruandę agnationis vel familię,
potiùs dicenda ſunt limitatoria iuris
communis, quàm eiuſdem correcto
ria, vt ſ. eſt tactum, in qua quidem
9 materia limitatoria, † eſt licita exten
ſio, vt probatur ex c Cùm dilecta, §
Nos igitur, vbi id notat Panormi de
Confir vti vel inuti & idem no ipſe
met Panor per eundem tex in c Ad
audientiam, de Cleri non reſiden &
in c Poſt trãſlationem, § Quanquã,
de Renun vbi hoc etiam no Bald
Imò penitius hac re conſiderata, po
teſt dici, quòd in hac materia non fit
extenſio de venditione ad dationẽ
in ſolutum, quum prędicta l Statuli-
beri à cęteris, § ſi quam poſt glo Bal.
commendat, in d l 2 C de Vſucap
pro emp dicat, lege 12 Tab omnem
alienationem emptionis verbo com
prehendi, ſeu complecti, & ſic non p
extẽſionem, ſed vi quadam compre-
henſiua, ſeu incluſiua, ſed ex quo lo-
quitur per verbum videtur, fictionẽ
ſua natura importãs, ſubſiſto in hoc
vlti & teneo præcedentem reſpon-
ſionem, vt pote tutiorem. Declara ta
men & limita hanc concluſionem
contra Specul. vt per And Tiraque.
vbi.

vbi ſ qui tamen in defenſatione cõmunis opi cõtra Spe non inſiſtit,q̃a (vt ipſe inquit) clarè decidit̃ legibus & cõſuetu Frãcigenis, ſup quarũ interpretatione in illo opere principaliter ipſe verſatur Sed quia apud nos iſtud non eſt apertè deciſum per leges huius reg de eiuſmodi retractibus loquentes idcirco prædicta, quę ſunt notanda deduxi. His decurſis, iſte tex inducitur per Bal hic, & Ange de Peri in argumentum ad materiam excommunicationis Quòd abſolutio alicui conceſſa ab omnibus excommunicationibus, quibus ipſe excommunicatus tenebatur, ex quo eſt facta ſimul & ſemel, cẽſeatur vna & non plures Quod declarat ipſe Ang ſic procedendo, vt vna abſolutio à pluribus excommunicationib⁹ ſufficiat, quando omnes oriebantur ex eodem facto, vel fonte ſecùs ſi ex diuerſis argumento l De pupillo, § Si in pluribus, ff de no ope nun Miror eum omiſſe allegare glo ſing & ordi in c Cum pro cauſa, de Sentẽ excommu ſecundum quam iſte articulus reſolui debet Vbi ſpeciatim videndus eſt Feli poſt alios ſcriptores ibidem, qui tamẽ multa videtur decerpſiſſe ex Alex remiſſionibus in d. § Si in pluribus, vbi quamplures in hanc rem congeſtas reperies Et hæc quo ad l iſtam ſufficiant Cætera autem quæ hîc omittuntur tradam in l Neminem, quam ſtatim ſubijcio.

Inductio l iſtiu tex ad mat ria extra natu a abſolutionis ab excommunicatione

## *Summarium.*

1 *Poſt ius quæſitum tertiò inconſtantia uel uariatio non admittitur, quando irreuocabiliter inquam eſt quæſitum*

2 *Legatarius in re ſibi legata dicitur eſſe hæres impropriſſimè*

3 *Neq, unitas diſpoſitionis, ſeu uoluntatis, neq, unitas iuris indiuiſibilis ſcindi poſſunt p hæredem uel legatarium*

4 *Parte unius rei legatæ agnita, cenſetur etiam alia pars agnita*

5 *Prima reſtrictio ad regulam huius tex ut non pcedat, quãdo una et eadẽ res eſſet relicta pluribus*

6 *Traditur ab hinc pleniſſime de intellectu l Cui fundus, ulti reſpõ. infra de Condi et demonſtra.*

7 *Notabilis ac noua interpretatio reſtrictiua ad d l Legatarius 2 reſpõ ut nõ procedat in caſu, ubi hæredes legatarij fuiſſent per teſtatore uocati poſt mortem ipſius legatarij principalis*

8 *Conditio per ll appoſita cenſetur eſſe de forma.*

9 *Idẽ in cõditione uolũtaria p teſtatorẽ appoſita*

10 *Cõditionis ſignificatio ſumitur ex uniuerſo, non autem ex quibuſdam uel quodam ex particularibus ſub uniuerſo comprehenſis ideoq, uerificanda eſt in totum, ſeu plene*

11 *Conditioni tempus regulariter ineſt*

12 *Conditionis natura abhorret ab implemento ipſius per partes.*

## L Neminem.

NEMINEM eiuſdẽ rei legatæ ſibi partem velle, & partem nolle, verius eſt.

EX l Neminem notandum eſt, quòd quando legatum eſt vnum, ſiue ſit plurium rerum, ſiue vnius rei, non poteſt pro parte acceptari, & pro parte renui Ratio eſt quia ob vnitatem diſpoſitionis ipſius teſtantis, non eſt locus diuiſioni per acceptationem vel repudiationem particularem, vt colligitur ex intentione l Eum qui, § Pro parte, ad fi ſ de His qui vt indig & l Quidam elogio, C de Iure deli & l Nam abſurdum, ff de Bo liber & per hanc l poſteriorem, quam ſolam allegat vnico verbo Raphael hîc, ſentit prædictam rationem eſſe reddendam ad hanc l quam aſſignaueram & legendo & ſcribẽdo priuſquam eum viderem, & iſta etiam eſt ratio

ratio l Legatarius,primo reſpon ꝟ ti i quæ cum hac l concordat Vbi Iaſ nõ allegans Rapha hic aſſignat etiã eandem rationem per eãdem l Nã abſurdum,& præfatum § Pro parte Eſt etiam alia ratio, quam ad dictam l Legatarius, primo reſpon aſſignat Pau de Caſt ibi poſt Petrum,ſcilicet de inconſtantia Et idẽ Pau de Caſt repetit prædictam rationem quoad iſtam l Et vltra Pau de Caſt prędicta ratio inconſtantiæ poteſt aliter ſu-
1 mi,videlicet, quia † poſt ius quæſitũ alicui,inconſtantia vel variatio non eſt licita,vt eſt doctrina Inno in cap. Noſti,de Elect & Ioan And in regula Mutare,de Regu iuris,lib 6 & Panor in cap Bone,el 2 col 4 de Poſtu Pręla & tradit Feli in c Pręſentata, 2 col de Teſti qui tamẽ nõ allegat tex iſtud bene probantem,ſed eſt optimus tex in l Nonnunquam,ad fi ff de Colla bo quem ad id ſoleo expendere Sed neque quoad iſtam l, neque quoad illam iſta ratio bene adaptatur,ex quo iſta acquiſitio, quæ erat facta legatario de ipſa re legata, erat reuocabilis, & velut ſub tacita conditione reſolutiua facta, videlicet niſi legatarius repudiaſſet legatũ,vt in l Si tibi hoc,§ Cùm ſeruus, ꝟ titu i Nam Inno & Docto loquũtur de iure irreuocabiliter quæſito alteri,cui non poteſt quis præiudicare propter ſuam incõſtantiã & varietatem non autem de iure quæſito reuocabiliter eidem varianti,prout eſt in caſu iſtius l Præcedẽs ergo prima ratio eſt vera & tenenda Et pro ſimili ad hanc l Neminem,adducit Ange de Perug hic l i cum 2 ꝟ de Acquiren hære Quod ſimile videtur probari fictꝰ collatione legatarij ad hæredem Nam legatarius in re legata cenſetur eſſe hæres,vt in l Id tempus,§ i ff de Vſucap cum alijs Sed re vera hæc aſſimilatio, quam facit Angel alleg ins (vt dixi) in ſimili ad hanc l prædictam l i cum ſequen ꝟ de Acquiren hære non vſquequaq,
7 iectionis ſolutione, videlicet † ꝙ nõ eſt veriſimile, hanc conditionem legitimationis defecturam, quin poti⁹ eam fore extiturã, quia legitimatio ordinaria, & quę ſolet concedi in forma cõmuni, cõſueuit faciliter impetrari ſecùs in conceſsionibus legitimationum exorbitantibus, & inconſuetis concedi, prout ſunt legitimationes inceſtuoſorum, adulterinorũ, & nephariorum Aliæ autem legitimationes filiorum naturaliũ vel ſpuriorum ſimplicium conſueuerunt faciliter concedi Itaq, in legitimationibus ſolitis concedi, quæ paſsim nõ cenſentur impoſſibiles, procedit exẽplum Pau de Caſt ſecùs in alijs, vt de vtriſq, ſuprà exemplificaui, necnõ in legitimationibus filiorũ inceſtuoſorũ, nephariorũ, & adulterinorũ, quæ ſolent difficulter, & cũ cauſæ legitimæ examinatione cõcedi, eſt diſtinguendum, an nihilo minus regulariter concedi conſueuerunt, licèt cum difficultate, an verò minimè, vel vix aut pe͡rq̃ rarò, q̃a primo caſu erit idẽ quod in alijs, licèt non in ſecũdo, ꝓut clarè præſupponit Pau de Caſt in d § Cùm quis Et ſic exemplum, quod ipſe ponit in hanc l poteſt in duobus caſibus ſaluari, de quib⁹ proximè eſt dictum Retenta itaq, lectura ſeu exẽplo Pau de Caſt ſecundum prędictas ſaluationes, videtur per eas declaranda deciſio Bar in l 1 ad fi ſ de Iniuſto rup irri facto teſtamento, dum tenet
8 ꝙ ſecundum teſtamentum † in quo ſpurius vel deportatus inſtituũtur nõ tollit primum Quod etiã tenet poſt Doct ibi Iaſ in d l Apud Iul § ſi col 3 & Bñs de Pliũ in d l 4 § 1 vt illud non procedat, vbi teſtator inſtituiſſet expreſſè ſpurium in ſecũdo teſtamento ſub conditione, ſi legitimaretur, & legitimatio eſſet talis qualitatis, ꝙ de facili eſſet impetrabilis, vel ſi difficulter, tamen eſſet conſueta cõcedi Idemq́, eſſet, ſi poſtea effectualiter ſequeretur legitimatio, quantuncunq, videretur à principio eſſe difficilis conceſsionis, & inſueta obtine-
9 ri Nam † illud quod vulgo dicitur, ꝙ id quod poteſt euenire de iure ſpeciali, non eſt hãbẽdum in conſideratione, intelligitur inſpecto præſenti ſtatu, id eſt, quoad effectũ præſentaneũ anteq̃ actus ſequatur ſecùs poſt rem ſubſequutam cum effectu, quia tunc bene conſideratur euẽtus de ſolo iure ſpeciali à principio poſſibilis, poſtq̃ euenerit de facto, & effectus ſuos operatur ſi eueniat, vt in l Non quocunq, § Si ex bonis, ſ tit 1 ſecundum Iaſ in l 1 col 8 ſ de vulga & pupil & & Decius in l Ea quę rarò, ff de Regu iuris Sed hoc non poteſt adaptari ad caſus in quibus medio tempore eſſet quæſitum ius alteri, vt in hac l ſi referatur exemplum Pau ad caſum inſolitum concedi, & ſic ab initio impoſſibilẽ in caſu dictæ l 4 § 1 Tuti⁹ † eſt igitur, intelligere iſtum textũ in eo qui

qui propter indignitatem nõ capit, vt hic intelligit Bar & in d § ſi Titio, vbi iſtud bis tenet, & inquit Rapha Cu ibi quòd omnes ita tenent, & quod licèt ſit contra mentem iſtius l tamẽ quòd oportet ita tenere, forte id dixit Raph Cu quia iſta l loquitur per verbũ, capere, quod intelligitur cũ effectu, vt in l Aliud eſt capere, cum concordantijs ibi per glo traditis, ff de Verb ſigni quæ cap tcitas non cõ-
11 gruit indigno Sed nihilominus† intellectus Bar & communis poteſt ſaluari per l Cepiſſe, eo tit de Verb ſigni vbi tex inquit, [ *Cepiſſe quis intelligitur quantis alijs acquiſiuit* ] ſic in propoſito, cùm indignus acquirat fiſco, ſeu fiſcus acquirat per illum, ex quo propter ipſius indignitatẽ ab eo aufert,
12 & † indignus nõ perdat ipſo iure, ſed per ſententiam, vt eſt glo ordinaria in l His conſequenter, § 1 ff Famil hercíſ ſecundum quòd eam no Bal in l Codicillis, § Matre, ĩ iſto tit & in l Hæreditas, col ſi C de His quib vt indig ergo facit partẽ collegatario Præterea ſi rem ipſam internè conſideremus, non dicitur in hoc tex capere affirmatiuè, ſed negatiuè, non capere, quod congruit etiam indigno & propriè & rectè, ex quo non capit cum effectu, ſed ad commodum fiſci, & ſic cùm non capiat ſibi, non poteſt dici capere in effectu vel cum effectu Sic itaq, lex iſta poteſt exemplificari in omnibus caſibus, in quibus collegatarius ob vitium vel delictũ ſuũ reputaretur indign', qui ponuntur in tit C & ff de His quib vt indig de his loquor qui ad rẽ nſam eſſẽt adaptabiles, vt in l 3 & in l Mulierem, ĩ Quib vt indig & in alijs pleriſq, caſibus, ad hanc l inquã adaptabilibus Addẽdũ eſt tamẽ, quod licèt quã bona auferũtur ab aliquo tanq̃ indi-
13 gno, nõ acq̃rãtur † fiſco ipſo iure, ſed per ſententiã & agnitionẽ ſubſequutam, vt eſt proximè dictũ tamen ſi bona alicuius propria propter delictũ cõfiſcantur ſiue per ſententiã, ſiue ipſo iure, acquirũtur fiſco abſque alia agnitione ſecundũ Bar poſt Dyn in l 1 § An bona, ad ſi ff de Iure fiſci. Quod eſt no ſecundũ Vincen in l Si vir, ĩ ad l Fal Cætera pertinentia ad iſtius materiæ declarationem & amplificationem videnda ſunt per Bar in d § Si Titio, vbi etiã omnes Doct. poſt eum tractant de hoc puncto Et ex ſecunda regula ibi per Bar poſita plura alia exempla poſſent elici ad iſtum tex Vltimò obſeruandũ eſt, quod exemplum poſitum hîc per Bart de deportato nihil penitus valet, quia deportatus eſt prorſus incapax ſecũdum veram & communem Doctorum ſententiam, contra glo ibi in l. 1 C de Hæred inſti præſertim. Pau de Caſt Alex & Iaſo ibidem, & tenet idem Paul in l Si deportati ſeruo, ad fi ĩ tit 1 Niſi velimus ſaluare Bart in caſibus ſpecialibus poſitis per Iaſ in eadem l 1 col 1 Sed non placet hæc ſaluatio, quia in illis caſibus deportatus capit quoad effectum pro ſe, & non pro alio

## *Summarium.*

1 *Communis opinio quòd teſtator legando rem hæredis uel legatarij non transfert dominium in legatarium, ex qua declaratur l Vnum ex familia, § Si rem, infra eo*

2 *Ratio prædictæ communis opi. quia teſtator etſi ſit pleno iure rerum ſuarum dominus, non tamen poteſt aduerſus legum autoritatem diſpenſare ſicq, ipſius teſtamentum uel diſpoſitio ſeruari debet ſolummodo, quatenus lex & natura patitur, & non ultra, neque aliter, neq, alio modo*

3 *Producitur communis ſententia ad caſum quando teſtator legaſſet rem hæredis uel legatarij, etiam de ipſius uoluntate, ut nihilo magis dominium in legatarium transferatur.*

Sub-

4 *Subdeclaratio prædictæ extenſionis reſtrictiua, ut non procedat quando res hæredis, qui conſenſit legato de ipſa facto, reperiretur penes ipſum legatarium ſine culpa & uitio ipſius*

5 *Qui tenetur alicui ad operam præſtandam, tenetur ad ſumptum faciendum in tali opera*

6 *Propter culpam in negligendo commiſſam non tenetur negligẽs actione l Aquil. ad æſtimationem, & cum hoc moderamine procedit titu ff & C & inſt ad l Aquil & ita limitatur & intelligi debet*

7 *Concludit allegationem communem, quæ fit de prædicta L eſſe ueram, & glo non eſſe ueram*

8 *Fuga cenſetur quodammodo caſus fortuitus, quo ad rem quæ non eſt ſolita cuſtodiri*

9 *Aduertentia conſequutiua ex intentione præſuppoſitiua Doctorum hic ad ſubintelligentiam huius caſus, in quo fit mentio de non culpa hæredis*

## L Si quis ſeruum

SI quis ſeruum hæredis vel alienum legauerit, & is fugerit, cautiones interponendæ ſunt de reducendo eo.
2 Sed ſi quidem viuo teſtatore fugerit, expenſis legatarij reducitur ſi poſt mortem, ſumptibus hæredis

LEX iſta in principio non diuiditur per Docto poteſt tamen commodè diuidi in duas partes, in quarum prima deciditur vnum dubium, in ſecunda eadem deciſio declaratur per duos caſus, ad hoc vt reſtringatur ad vnum eorum, ſcilicet ſecundũ, quando poſt mortem teſtatoris, rem legãtis, res ipſa aufugit, vel eſt tranſlata vel trãſportata ad partes lõginquas Secunda ibi, [*Sed ſi quidem*] & iſta ſubdiuiditur in alias duas In quarũ prima ſecundũ Bar. tex loquitur, quando ſeruus vel alia res aufugit, vel in longinquo ponitur poſt teſtamentũ in vita teſtatoris In 2 quando poſt mortem teſtatoris Et quia præter apoſtillas textuales Doct hic nihil dicunt, & examinatione materiæ (quã truncatè tradunt) reſeruant in declaratione gloſſarum, ideo omnia quæ per glo & Doct tanguntur, breuiter, reſolutè, ac ſubſtantialiter reducam, & proſequar, nonnullis additis, caſus gloſſæ quam magiſtrã ibi Bal nuncupat, & meliorem iuris Pau de Caſt in l Cùm ſeruus, § tit 1 Et priuſquam ad caſus è glo eliciendos accedam, expẽdo glo ſi hic, in parte, Neque legatarius dominus fuiſſe videtur, iunctis verbis præceden & iũcto etiã tex velle, quòd dominiũ rei hæredis legatæ per teſtatorem transfertur in legatarium, acſi res legata eſſet propria teſtatoris Idem voluit gloſſ etiam in re legatarij alteri legata, in l ſecunda, in princi in parte, In rem actiones, C Communia de lega poſt prin gloſſ quam Angel ibi dicit non reperiri alibi Et idẽ Ange in l Papinianus, ff de Seruitu titu gene & in l Qui exceptionem, § Si pars, ff de Cõdi. inde Sed vbiq, dicit eam reprobari per Doctor tam in re hæredis, quàm in re legatarij alteri legata In contrariumq, allegatur glo in l Si heredis ſeruus, in glo magna, ante fi ibi Vel dic ſecundum Azo § titu 1 vbi Bart affert glo ſimiles, & iura eas probãtia Eſt etiam glo ſim in d l Papinianus, vbi Ange & Paul ponderant & in l Huiuſmodi, § Qui ſeruum, in glo 1 § titu 1 & in l Per diuerſas, in verſi Seu res, C Manda & glo inſolita ad id allegari in l Quidam ita, § Qui filium, in glo mag in parte, fauore, in verſic Quia illa l hæres, ff ad Trebel & in l Hæreditatum, ff Ad l Falci quam Bar adducit in ea l Si hæredis ſeruus Pro quibus eſt bo-

nus

nus tex in l Si quis inquilinos, § 1 ꝟ titu 1 & in § Si res legata, in verſicu Si verò hæredis, cum ſequenti (qui videtur proceſſiſſe à prædicto § 1) Inſtitu de Lega. vbi hoc idem ex illo tex. notat Christoph Por Ad idē vltra Bar affero text optimū quem ad hoc no ibi Ange in l Paulus reſpondet, ꝟ ad l Falci. Et iſta eſt vera & con
3 cors† omniū ſcribentium ſententia in d l Si hæredis ſeruus, ex qua nota declaratur tex in l Vnū ex familia, § Si rem, ꝟ iſto tit vbi licèt teſtator ſiue ſciat, ſiue ignoret rem eſſe hæredis, poſſit eam tanquā propriam legare, prout ibi diſponitur, vt intelligatur ita demū, quòd illius rei dominiū in legatarium non transferatur, ſiue ſit hæredis, ſiue alteri⁹ legatarij, cui fuerat aliquod legatū factum nam vtroque caſu promiſcuè loquuntur Docto Sed in ſecundo caſu, vbi res eſt alterius primi legatarij, minor dubitatio ſubeſt, quòd teſtator nō poſſit talis rei alteri legatæ dominiū transferre in illū legatariū ſecundū Et reuera in d § Si rem, eſt bonus tex. pro prædicta cōi cōcluſione Itē declatur, vt
4 dixi, per eā Cuius cōis ſententiæ rō† eſt prōpta, quia teſtator nō poteſt diſponere expreſſim, cōtra l Id qđ noſtrum, ꝟ de Regu iuris, vt in l Nemo poteſt, ꝟ tit 1 & in l Codicillis, § vlti ꝟ iſto tit & in l Cerdonem, ꝟ de Ope liber Quē tex allegat Bal in ſuo celebri conſilio Schiſmatis, col 2 ꝙ licèt teſtator ſit dñs pleno iure, tamen nō poteſt cōtra legū autoritatē diſpenſare Itē in l Ea lege, col 1 C de Condi ob cau allegat d l Cerdonem, ad hoc, ꝙ teſtamentum eſt ſeruandum, quatenus l & natura patitur, nō aliter Si enim expreſsè teſtator non poteſt illi regulæ derogare, à fortiori neque poterit derogare tacitè Quæ
5 quidem† cōmunis Doctorū ſentētia procedit, etiā ſi teſtator rem hæredis vel legatarij legaſſet de ipſiuſmet hæredis vel legatarij voluntate & aſſenſu Ad quod ſolet allegari Barto in l Cùm quis decedens, in prin ꝟ titu. 1. ſed non loquitur propriè in iſto caſu. Tñ iſtud poſſet melius deduci ex eo. tex Nā ꝗ ibi fuit factum legatū eidem legatario, & fuit nullū, idcirco ſecundū legatū, de alia re eiuſdē legatarij alteri factū, corruit Si tamen nō corrueret, videret probari ibi qđ ſ. dixi, licèt nō vrgēter ſed ſuppoſita prædicta concluſione cōmunis ſentētiæ
4 limitatiua pro vera, eam declarat† & ſublimitat Bal in l 1. col 5 C cōia de Lega & refert Iaſ in d. l. Qui ſeruum, 2 col & in l 1 nu 123 eo. tit. de Lega 1 ſ niſi res hæredis, quæ per teſtatorem fuerat legata, reperiretur tēpore mortis teſtatoris penès ipſum legatariū, abſq, ipſius vitio & culpa Eo enim caſu ſi legata fuiſſet de hæredis volūtate, eiuſdē rei dñium recta via transferretur in legatariū Qđ etiā ſequit ide Iaſo in d l Si hæredis ſeru⁹, nu 11 Ad qđ eſt text optimus in ratione ſui in l Quædā mulier, in fi cū glo ff de Rei vendi & in l 2 cū gloſſ C de Acquirē poſſe & in l Reſtituta hæreditas, poſt prin ꝟ ad Trebe & eſt bona glo cum tex in l Hæc ſi res, eò. tit de Rei vendi iuncto eo quod no dicit Ang de Peru ibi Vide aliā ſubdeclarationem, quam ponam in l Is cuius, per illum tex ꝟ eo titu 11

Redeundo itaque ad materiam iſtius principij cum reſolutione eorū, quæ per Doct breuiter hic tangūtur ſuper glo & proſequendo caſus glo in ea l Cū ſeruus Primus caſus gloſſ eſt, quem ponit Iurecōſultus in ipſamet l Cùm ſeruus, videlicet, quādo ſeruus legatus teſtamenti tēpore iā fugerat, vel erat iā poſit⁹ in parte longinqua Nā tūc hæres in recuperādo

illum

illum debet operam & ſumptum impendere, vt eſt caſus in ea l Cum ſeruus quia tacitè videtur ad hoc grauatus per teſtatorem, quando in quã teſtator ſciret difficultatem præſtationis ineſſe tunc temporis, ſecundũ Bald ibi Secùs ſi ignoraſſet, ſecundũ Pau de Caſt ibidem Et in hoc caſu non fit diſtinctio inter culpam & nõ culpam hæredis quia in vita teſtatoris non poteſt contra hæredem præſumi culpa ſecundum glo & Docto hìc, licèt ſecũdum Ioan de Imo ante teſtamentum, & poſt in vita teſtatoris bene poteſt committi ab hærede culpa, velut à quolibet extraneo ſed debet intelligi, ſi probetur Glo & Docto loquuntur, quòd in dubio non præſumitur ab hærede commiſſa Et in quantum vlteriùs vult quòd per actionem l Aqui legatarius poſſit ab hærede damnum recuperare, conſiderandum eſt circa hoc, quod Ioan de Imo dicit (eo quòd nemo in præſentiarũ iſtud tangit) quòd cùm hęres teneatur actione l Aquiliç ipſi defuncto, talis actio per aditionẽ hæreditatis ab eo factam videtur fuiſſe confuſa, vt in l Debitori, C de Pactis Niſi ſaluetur Io de Imo in caſu quãdo teſtator ſciens culpam ab hærede fuiſſe commiſſam, reliquit rem legatario Quo caſu videretur reliquiſſe actionem l Aquil aduerſus hæredẽ, quam actionem ad culpam eiuſdem hæredis diluendam contra ipſum teſtator habebat Argumento l Qui actionem, ͠ de Regu iuris Et ex hoc primo caſu prædictæ l Cùm ſeruus

5 patet, quòd qui tenet alicui ad operam præſtandam, tenetur etiam ad ſumptum in tali opera faciendum Ad idem glo & ibi vteiq, Imo in l Stipulationes cõmodiſſimum, ff de Verbo obliga & text in l Suo victu, ff de Ope liber & no Bal cõtra glo ibi in primo dicto in l Quoniam liberi, C de Teſti Et hùnc primum caſum, & ſic dictam l Cùm ſeruus limitat eleganter Bar ibi, & in l Cùm res legata, in prin eo tit quando res legata eſſet in loco valde longinquo, vel ignoraretur vbi eſſet Ita quòd ſi legatarius teneretur facere expenſas in reducendo vel perſequendo tãlẽ rem, legatum redderetur quodammodo inutile, quum eo caſu (vt ſ dictum eſt) incumbit hæredi & operã & ſumptum inpendere Argumento l Si res obligata, ſecundo reſpon. ſ titu 1 alias ſecùs eſſet Quia ad legatarium pertineret, ea id eſt operã & ſumptum præſtare Et ſic non obſtat d l Cùm res, § 1 Neque etiã obſtat l Quod legatur, in prin cũ glo ordi ff de Iudi & in l Si ſeruus legatus, ſecundo reſpon eo tit de Lega primo, prout etiam tenent communiter Docto in d l Cùm ſeruus Ad hoc facit optimè ratio text ſing in l Mediterraneæ C de Anno & tribu. lib 10 & quod per eã tenent ibi Bar & Docto & commendat Panor in c de Appellationib᷒, de Appella & idẽ Bart & Moder in l Pactum curatorum, C de Pactis, commendant l illã vt ſingu Ad idem benefacit in ſimili tex cum glo quam Areti allegat in d l Cùm ſeruus (licèt non alleget d l Mediterraneæ) in l Qui concubinam, § Qui hortos, ͠ tit 1 de Lega 3 cuius meminerunt Bart & Dy in l His verbis, § Idem teſtator, eod titu & dicit ſing idem Are in l Huiuſmodi, ff de Verbo obliga Et circa præmiſſa videndus eſt Are in d l Cùm ſeruus, ad fi vbi ponit quandam declarationem reſtrictiuam ad illam l dũ loquitur de ſeruo, videlicet, quòd in alia re legata, præter ſeruum, fugiente vel exiſtente in longinquo, tenendum ſit quod Bart ibi dicit in fina

ſina verbis, prout etiam tenuerat in præcedente colum. Et idem quod communis Legiſtarum opinio, tenent Ancha Io in de Imo & Panor in capit Indicante, de Teſtamen vbi idem Panormi ante ſi recitat membra glo in d l Cùm ſeruus, quaſi ad verbum.

Secundus caſus illius glo eſt, quando res fugit vel ponitur in parte longinqua poſt teſtamentum, & ante mortem teſtatoris nam eo caſu hæres debet eam perſequi, vt præſtet eo loco, vbi relicta eſt, ſumptu tamen ac periculo legatarij, quia debet ſibi dari, vbi erat teſtamenti cōditi tempore, vt in d l Si ſeruus legatus, primo reſponſo quam allegat gloſſ in ea l Cùm ſeruus, & in hoc prin iſtius l Et in his duobus caſibus prædictis hæres non tenetur, & pari ratione neque cauet de reducendo ſeruum, vt probatur in hac l in princi iuncta declaratione Paul de Caſtr Sed in hoc ſecundo caſu quando res legata ponitur poſt teſtamentum in parte longinqua, eſt hoc plus, quòd cauet, quòd ſi res legata peruenerit ad eum, reddet eam legatario Item quòd perſequetur eam, ſumptu tamen ac periculo legatarij, vt tenet glo in d l Cum ſeruus, quæ approbatur per Doct communiter contra glo hic, quæ voluit contrarium Necnon in prædictis duobus caſibus non attenditur culpa hæredis præſumpta, quia præſupponitur per glo & Doctor hic, vt di-
1 xi, quod non præſumitur, eam in vita teſtatoris commiſiſſe Differentia ergo inter iſtum ſecundum caſum & proximè præcedentem primum, eſt, quòd in caſu præcedente, quando ſeruus legatus aufugit, vel eſt in longinquo ar te teſtamentum, hæres tenetur præſtare operam in perſequendo ſuis ſumptibus. Si autem poſt teſtamentum, & ſic in ſecundo caſu ſumptibus legatarij Tamen neutro prædictorum duorū caſuum hæres debet præſtare cautionem de reducendo eam rem legatam Et ſic patet, quòd hæres eſt deterioris conditionis in primo caſu, quàm in ſecundo non quidem ob culpam ipſius, quia neutro caſu contra ipſum culpa præſumitur ſed quia in primo caſu ſubeſt tacita defuncti voluntas grauandi hæredem, vt dixi ſ in prin caſus præcedentis, & in ſecundo non ſubeſt.

Tertius caſus glo eſt, quando res legata aufugit, vel poſita eſt in longinquo culpa hæredis poſt mortem teſtatoris, ſiue ante aditam, ſiue poſt aditam hæreditatem Tunc enim hæres debet cauere de reducendo eam, vt in hoc text vel præſtare æſtimationem, prout legatarius optare maluerit, vt hic in glo 2 & 3 & eſt communis Doctor concluſio Et iuxta iſtum tertium caſum addendum eſt vltra Docto quòd ſi culpa per hæredem commiſſa, poſt mortem teſtatoris fuit in faciendo, procedit iſte text de plano, quia tunc competit contra hæredem actio l Aquiliæ, ob quam tenetur ad æſtimationem ſecùs ſi culpa
6 † hæredis fuiſſet in omittendo, vel in negligendo, quia eo caſu non teneretur ad æſtimationē, cùm nō habeat eo caſu locum actio l Aquiliæ ad æſtimationē damni, vt in l ſi Vſufructus legatus, ante fin ff. de Vſufruct quam ibi Bart Bald. & Alberi ſummè commendant, dicentes eſſe gloſſam ad totum titulū ad l Aquil & ibidem Angel de Peru ad idem dicit eſſe legem illam meliorem, quàm ſit in mūdo. Sed in quantum Angel ſequitur in ſecunda limitatione glo ibi, & tenet illam

G loqui

l loqui in actione directa, ſecùs in actione vtili Contrarium,& meliùs, tenet ibi Albe reprehendens gloſſ in illo dicto, contra quam etiam eſt communis intentio aliorum Doctorum ibi,& Pauli de Caſtr allegantis illum text in l In rebus, § 1. ff Com Et videtur quòd ſi tex ille intelligeretur prout gloſſ intelligit,& Ange de nihilo deſeruiret, cum inter actionem directam & vtilē nulla penè ſit differentia quoad effectũ, vt in l pe ff de Nego geſt licèt in aliquibus(raris tamē) caſibus ſubſit differentia,vt colligere licet ex dictis ꝑ Bart in l 1 ff de Actio & oblig & per eundem,& Bald & Salice in l 1 C eo Sed vltra Doctor ſcilicet Alberi & Pau de Caſt obſeruandum eſt,an gloſſ habuerit alium ſenſum, ſcilicet,vt voluerit loqui de vtili, ſecundum quòd capitur in materia legis Aquiliæ, non autem reſpectu directæ Nam in illa materia legis Aquiliæ competit vtilis habens vim & efficaciam directę, vbi damnum datur de non corpore in corpus Cuius generalis caſus exempla ponuntur in dict l Si vſufructus legatus,in ſi vide licet in non proſcindente agrum,in non ſubſerente vites, in patiēte corrumpi ductus aquarum Et hoc modo ſumendo actionem l Aquiliæ vtilem,erit ſenſus illius text cum gloſſ quòd illis & ſimilibus caſibus nō tenetur damnũ inferens directa actione legis Aquiliæ ex primo capite,ſed vtili ex tertio Nã 2 caput,hodie eſt 3 quia 2 iã fuit antea abolitũ Sed ad huc magis rē ipſam cōſiderando aduertendũ eſt,ꝙ licèt in prædictis exēplis poſitis in d l Si vſufructus legatus, ad ſi damnum inferatur de non corpore in corpus,tamen non infertur faciendo,ſed duntaxat in negligendo,ſiue patiendo,& ſic in non faciendo Et illud eſt, quod conſiderat illa l & Docto eã allegantes Et quia gloſſæ fuit viſum nimis rigidum his & ſimilibus caſibus non teneri illatorem damni, recurrit ad faciendam differentiam inter vtilem & directã, id eſt, vt non teneretur directo, ſed vtiliter ſic Et ſic glo ibi intellexit de vtili ad differentiã directæ,non autē habito reſpectu ad 3 caput legis Aquil vbi dãnũ dat de non corpore in corpus Nã exēpla illius capitis tendunt ad dãnũ illatũ facto inferētis,vt patet ex tex in § vlt Inſt de l Aquil qđ nō eſt in caſibus d l Si vſufructus, § ſi vbi non interuenit factũ, ſed potiùs negligentia,& ſic nō factum Sic

7 †ergo allegatio cōis de prædict l Si vſufructus,in ſi eſt vera,& no & gloſſ ibi non bene loquitur in concedendo,prout concedit, actionem vtilē l Aquil in illis caſibus Et ad ll quas ꝓ contrarijs affert glo quarũ occaſione illud dixit, reſpōderi debet, quòd loquuntur vel de culpa in omittendo *lata, non leui*,vt loquitur text in d § Ex plauſtro vel de culpa cōmiſſa in faciendo,vt loquitur § Si fornacarius,& ſic nō cōtradicit Et primũ qđ dixi de culpa in omittendo,ꝙ ſi ſit leuis nō punit̃ ꝑ actionē l Aql eſt illud qđ ꝓpriè vult ille tex prout in finalib⁹ verbis ipſius expreſſim intelligit Raph Fulg in ſi etiã verbis ipſius lecturæ Ex quo iuncta cōi allegatione & alijs circa eã dictis reſolutiuè patet,ꝙ culpa leuis in omittēdo non punit̃ ꝑ actionē l Aql qa neq vtilis, neq directa eo caſu cōpetit Vtrũ autē det̃ actio in factũ, vel aliud remediũ ſubſidiariũ ad verũ intereſſe, Docto tenentes prędictã allegationē cōmunē praſupponũt,ꝙ non Et ita videtur tenendũ quia ſi aliqđ remediũ ſubſidiariũ ad reſarciendum damnũ pro intereſſe daretur, parũ aut nihil Reſolutio

deſeruit

deſeruiret allegatio communis de prædicta l prout in ſimili ſupra diximus quoad excluſionem actionis vtilis quam gloſſ dicebat & parum rectè eo caſu competere Qua enim ratione actio vtilis excluditur, eadē & quoduis aliud remedium videtur indubiè explodendum, quia quod vna via prohibetur, non debet alia permitti, vt in regula iuris niſi (vt dixi) adeſſet culpa lata, vel dolus Et redeundo ad præmiſſa in prædicto caſu, vbi culpa fuiſſet per hæredem incurſa in omittendo, negligendo, aut non faciendo, hæres duntaxat teneretur cauere de reducendo rem proprijs ſumptibus, & non ad aliud.

Et quamuis Docto. non tangant, iſta punctuatio eſt vera & iuridica, & valde neceſſaria in hoc articulo Et ad præmiſſa paulò ſuperiùs tradita flectendo ſermonem, ſcilicet, quòd nō ſit facienda differētia inter tempus aditæ & non aditæ hæreditatis, tenet glo & Doctor in ead l Cùm ſeruus, & Docto magis cōmuniter hîc, contra gloſſ quæ contrarium ſenſit hic quāuis Bar videatur eam approbare, necnon Canoniſtę, quos ſ retu lim cap Indicante, de Teſta tenent etiam contra glo hic Eſt tamen addendum ad iſtum tertium caſum, quòd etiam ſi hæres propter culpam in faciendo à ſe commiſſam, vel in non faciendo per dolum aut latam culpam teneatur ad æſtimationem legatario inquam id optante, ſi tamen offerat cautionem de reducendo rem legatam in fuga vel abſentia exiſtentem ſuis ſumptibus, & petat dilationem ad eam perſequendam, non eſt ſibi deneganda, ſecundum Bart in dicta l Cum res legata, & Rapha Cu hic

Quartus caſus eſt, quando talis res legata aufugit, vel eſt poſita in longinquo poſt mortem teſtatoris ſine culpa hæredis Tunc enim ſufficit, quòd hæres caueat de reſtituendo, ſi quo tempore res ad eum peruenerit, vt inquit glo in d l Cū ſeruus Ideo autem ponderatur hoc caſu in hærede nō culpa fugæ ſerui,
8 qa talis fuga † cenſetur quodāmodo caſus fortuitus, ſecundum Barto in l Continuus, § Illud, colum 2 nume 5 ff de Verbo obligat. quem adducit Iaſo in ead l Cùm ſeruus Sed eſt text optimus ad hoc, vbi iſtud reſtringitur ad ſeruos qui non ſolent cuſtodiri, in l In rebus, in prin
9 ff. Commoda Eſt † tamen hîc aduertendum, quòd cùm in iſto caſu & præcedente Doctores loquentes de culpa hæredis circa fugam poſt mortem teſtatoris contingentem, ſemper præſupponant, & præſumāt in hærede culpam, conſequenter id quod dicunt in hoc caſu, ſcilicet, quòd hæres non fuit in culpa, debet intelligi, ſi probetur per hæredem aliqua exculpatio aliâs præſumitur in dubio eſſe in culpa Ex quibus videtur abſolutum iſtud principium.

### §. Si ita.

SI ITA legetur, *Sempronio decem . aut ſi noluerit , Stichum hominem lego*, hoc caſu duo legata ſunt, ſed vno contentus eſſe debet.

ISTE text ſummatur, vt per Barto & Docto ſic. Legatum alternatiuè cenſetur plura, quo ad rerum nominationem vnum, quo ad præſtationem Communis & verus intellectus ad iſtum text contra gloſſ eſt, quòd legatum eo modo relictum, Titio decem, aut ſi noluerit, fundũ do lego, ſit duplex reſpectu nominationis rerum, quia plures res fuerunt nominatæ ſed eſt vnum, quoad præſtationem vnicam, vel vnicam ſolutionem & ſic poteſt legatarius petere vnam ex rebus prædictis, tamen non poteſt petere partem vnius ex illis, & partem illiuſmet rei repudiare, per l Neminem, s̄ eodem Item non poteſt petere partem vnius rei, & partem alterius rei, id eſt quantitatis, vt in l 2 § primo, ff de Verbor obligatio Hæredes autem ipſius legatarij poſſunt primum facere, videlicet vnus poteſt accipere partem vnius rei, & alius repudiare partem eiuſdem rei, vt in l Legatarius, ſecundo reſponſo, s̄ titu, primo, nam de ſecundo non eſt dubium quòd nõ poſſunt & ſic ſi eſſent diſcordes in eligẽdo in caſu huius tex quia vnus legatarij hæres vellet conſequi partem de x & alius vellet partem ſpecie, loco vel in defectum quantitatis legatæ, videretur impediri exercitium legati, & ipſius effectus, ſeu exequutio, quouſque concordarent An autem, & quo pacto adigantur ad concordiam, videnda ſunt quæ traduntur in ſimili per Alexan Iaſo & Moder in d l.2 § Ex his, ff de Verbo obliga. poſt glo ibi & per Anto & Ioan de Imo in capit 1 de Mutu peti & per Alexan & Iaſ in l Huiuſmodi, § fin s̄ titu 1 Reliqua ad hunc Paragraphum pertinentia tangentur in l Si illud, ĩ iſto titu.

*Summarium.*

1 *Punctuatio reſponſiua ad tex in d l 1. ad ſi qui prima fronte aduerſari gloſſæ prædictæ uidebatur*

2 *Saluatur Bar. in l. Quidam teſta ſuprà tit 1 in æquiparatione quam fecit duorum caſuum ibi per eum poſitorum.*

3 *Saluatur communis intellectus Docto ad prædictam l & ab eo non eſt recedendum tamen intellectus uel ſubintelligentia Bart non eſt ſolida.*

4 *Alberici conſideratio ad illam l tenetur, quæ fuit Docto. antiquorum, & Bart in l Talis ſcriptura, ſu pra titu. 1.*

5 *Prima differentia inter legatum quantitatis, ut quantitatis, & ut ſpeciei*

6 *Relatiuum quis uel qui importat conditionem tacitam*

7 *Conditiones tacitæ uel ſubintellectæ regulariter ſunt eiuſdem effectus cum expreſsis*

8 *Aduerte ad deciſionem Doctan l Nulla, ff de ll. innixam l. Ea lege, in prin ff Locati nam hic (ultra eos) eleganter & appoſitè declaratur*

9 *Moderamen prædictorum reſpectu unius præſtationis, nam ſecùs in annua dicendum, quia quod uno deeſt anno ſuppletur ex reliquis*

10 *Secunda differentia inter pecuniam legatam ut quantitatem, & ut ſpeciem uerſatur circa ſolutionẽ diuerſimode, de una uel altera faciendam*

11 *Attende contra glo. in d l 1. § penul ff de Dote. prælega & pro illa*

12 *Reſolutio in intellectu eorũ quæ ſuprà dicta fuerunt circa glo l. 1. § pe ff de Dote prælega*

13 *Alia differentia extra terminos huius l in materia contractus uenditionis*

14 *Alia differentia in materia moræ quoad rei, id eſt pecuniæ interitum.*

## § Si quis legauerit.

SI quis legauerit, Ex illo dolio amphoras. x. & ſi non. x. ſed pauciores inueniri poſsint, non extinguitur legatum ſed hoc tantummodo accipit, quod inuenitur.

Summari

SVmmatur iſte text aliter & expeditiùs q̃ Bar & Doćto ſumment, hoc modo Quando legatur quātitas vt certū corpus, ſeu vt certa ſpecies, perēpta vel non exiſtente parte quā titatis, legatum ſubſiſtit duntaxat in parte ſubſiſtente Notandum eſt ex hoc § quòd ſi quantitas relinquitur vt certū corpus, vel vt certa ſpecies, cenſetur legatum corporis vel ſpeciei, & demonſtratio falſa ſolùm officit, vt non debeatur nihil duntaxat, quod de illa quātitate reperitur & ſi aliquid nō reperiatur, nihil debeatur Ad quod cōcordat tex § Qui quinque, hic in glo allegatus, & tex in l In ratione, la 2 § Certis verò, ꝟ ad l Falci Quod intelligitur primò, quando quantitatis deſignatio refertur ad certum locum determinatum, putà quæ eſt in tali arca Secùs ſi teſtator ſolummodo diceret quòd legabat quantitatem, quæ eſt in arca generaliter nominata vel deſignata vel legaret quantitatem apud ſe, vel apud alium depoſitam, vel quā in dotem receperat & ſic non facta relatione ad certum locum deſignatum & circumſcriptum Quia tunc etiam ſi eam no recepiſſet, neque eſſet depoſita, neque apud eum extaret, nihilo minus deberetur legatario quia cenſeretur relicta vt genus, non autem vt ſpecies glo eſt ordinaria de hoc in l 1 § pen ꝟ de Dote prælegata, in parte, deberi, prope fin quam ibi notant & approbant Bart & Albe poſt Oldra & notat Pau de Caſtr in l Si ſeruus plurium, § fina s̃ titu 1 & in l Si ſeruus legatus, § Qui quinque, eod titu & Alexand in l Talis ſcriptura, colum 2 vbi etiam Iaſo eod titu quod eſt valde ſignandum ad plurium iurium declarationem Et hunc caſum habui de facto proximis diebus Et ad expeditiorem declarationem & exemplificationem illius gloſſ vi quæ. ꝟ. trado in ſecūda differentia inter hos duos modos legandi pecuniam, vt pecuniam, & vt ſpeciem Aduertendum tamen, quòd licèt gloſſ illa communiter approbetur in exemplo per eā poſito, vt declarat Barto tamen ex quo in illo text alius caſus illi æquiparatur, videlicet, quando pecunia quæ erat in arca fuit relicta: & ceſſante probatione erroris legatum remanet validum, tam in caſu prædicto, quàm etiam in alio, vbi quantitas fuit legata, quæ erat apud ſe, vel apud alium, etiam ſi non reperiretur, patet quòd Barto non ſatiſfacit illi textui quo ad illum caſum

Prima ad caſum huius text reſtrictio

1 Quamobrem † crederem, quòd in quantum ille text facit mentionem de pecunia relicta in arca, ſit intelligendus, quando arca eſt deſignata, vel demōſtrata aliqua certa & infallibili deſignatione, vel demonſtratione Aliâs ſi teſtator haberet plures arcas, & non fieret talis demonſtratio, legatum quantitatis remaneret generale, prout & text in dicto § Qui quinque, loquitur vbi teſtator legauit decem, quæ erant in tali arca deſignatiuè, ſicque taxatiuè ſiue reſtrictiuè & conſequenter conditionaliter Et hoc eſt de intentione Pauli de Caſt. in eodem § Qui quinque, & clariùs in l Sed ſi certos numos, quam legit ſub § vltimo, l Si ſeruus plurium, immediatè illam præcedentis s̃ tit 1 Neq, id Bart negaſſet, ſi ad id aduertiſſet, quāuis aliud ipſemet ſentire videatur in quadam æquiparatione, quā facit in l Quidam teſtamento, eo titu

2 Sed † reducendo eam ad bonum ſenſum, crederem quòd illa æquiparatio, quam Barto facit de illis

lis duobus caſibus, non fit niſi quoad valorem legati, quatenus reperitur in arca. Item quatenus reperitur debitũ, non autem vt quantitas debita habeatur tanquã ſpecies necne Vel clarius dicendũ eſt, ꝗ cùm nõ ſit deſignatio certa ipſius arcæ vterq, caſus, ſcilicet, decẽ quę ſunt in arca, & decẽ quæ mihi debẽtur, bene adæquatur per Bart quia vtrunque legatum remanet generale Neque ſi de hoc Barto (vt prædixi) perpendiſſet, illud inficiatus fuiſſet Si enim in vtroque illorum exemplorum deſignatio fieret ſpecialiter, idem iuris econtra eſſet quia vtrobique cenſeretur legata ſpecies Sed ſi non fiat, remanet (vt dixi) vtrunque legatum generale, & velut legatum generis regulandum Cogita, quia Doctor non declarant, tamen iſta ſunt vera, & ita exemplificaui ſuperiùs illam gloſſ præcauens iſta inconuenientia Et ſic text in dicta l 1 § penul de Dote prælega nihil facit contra gloſſ ibi vi ad eandem gloſſ reſolutionem, quæ ſ ponitur nume 12 vbi omnino

Reſtrictio 2 Secundò declaratur iſte text ex quadam ſolutione, quam Barto hic tradit ad dictam l. Quidam teſtamẽto, ſ titu 1 ſcilicet, niſi teſtator legaret quantitatem ſimpliciter & in genere, & poſtea, id eſt poſt legatum perfectum deſignaſſet locum, vnde ſolueretur quia tunc legatum deberetur, licèt tota pecunia illius loci periret, & ſic Barto & Bald qui idem tenet, & Pau de Caſt in dicta l Talis ſcriptura, in ſi verbis faciunt differentiam, an deſignatio loci fiat in eadem conceptione verborum, & ſic in eadem oratione, an in diuerſa Sed conſiderandum eſt, quòd attenta theorica gloſſ & Docto in dicta l 1 § vlt aliâs penul de Dote prę-lega non videtur bene poſſe colligi ex dict l Quidam teſta in prin quod ibi fuerit legata ſumma præſtãda ex pecunia in loco certo ac determinato exiſtens quia ex illis verbis, [*Quod in caſtris habeo*] hoc non colligitur, ex quo non eſt locus certus & determinatus, quem locũ loci dicimus, prout ibi requiritur, vt prædicta gloſſ & Docto ſentiunt, & ſ fuit declaratũ in præcedenti textuali Et ſic videtur, quòd ille text non debuerit per Bart hîc pro contrario adduci, cum non loquatur in loco loci, id eſt in loco certo & determinato ſeu deſignato, prout in hac materia requiritur, vt dixi, niſi fortè dicam' colligi ex illa litera, dum dicit, [*Et in numerato*] quaſi velit dicere ponendo contentum præſuppoſito tacitè continente, quòd habebat pecuniam numeratam, quæ non ſolet dici haberi in numerato, vel numerata, niſi quãdo habet' in ſaculo vel marſupio conſignata, & ſeparatim adſeruata acſi dixiſſet, lego pecuniã, quã tali loco, vel tali arca, aut tali crumena recluſam & numeratã habeo Arg l Acceptã, C de Vſuris, quatenus de cõſignatione loquit', vt ſic ſaluetur cõis Docto intellectus illã l Quidã teſtamento, intelligentium in ſumma illa legata præſtanda ex pecunia certi & determinati loci, à quo non eſt diſcedẽdũ

3 Sed † reuera ſubintelligẽtia Bar (licèt ille tex loquatur de loco certo) non videt' bene procedere, vt ibi etiã dicit Raph Quapropter rectiùs videt' tenẽdũ ad illũ text & gñaliùs in materia

4 iſta, id qđ tenet † Albe in d l Si certos numos, de Verb obli qđ etiã Bart & Doct ponũt in d l Talis ſcriptura, ſ ti 1 ſ ꝗ vis & differẽtia ſtet in hoc, an deſignatio certi & determinati loci ponatur ad verbum diſpoſitiuum, vt hîc, puta lego pecuniã vel decẽ mẽſu

ras vini,quæ eſt in tali arca, vel ſunt ĩ tali dolio an ad verbũ exequutiuũ, vt puta lego pecuniam ſoluendã ex tali arca,vel tot vini menſuras ſoluẽdas vel metiendas ex tali dolio, vt primo caſu cenſeatur legata quantitas tanquam ſpecies, ſecũdo caſu vt genus etiã ſi in eadem oratione eſſet facta deſignatio, vt in exemplis prædictis Quod etiam (licèt conciſis & imperfectis verbis) videtur voluiſſe Rapha Cu.ibi, & in d l Quidam teſtamento,qui ſi vidiſſet Albe in d l Si certos,clariùs eſſet loquutus, neq, adeò laboraſſet Et in eũdem ſenſum videtur poſuiſſe exemplum ad d l Quidam teſtamento, Ange.de Peru quem nõ inuenio alicubi ab aliquo relatum,in l Sic fideicommiſſum,§. Tractatum,ff de Iudi in illis verbis, Exemplum,ſi dico,lego decem, quę volo pręſtari ex nomine talis debitoris mei,vel ex talibus fructibus licèt in trãſcurſu illud dicat, neq, aliquid ex prædictis tangat Inde eſt, quòd etiam ſi in diuerſis orationibus deſignatio loci apponeretur ad ſubſtantiam legati,cenſeretur quantitas legata vt ſpecies, vt ſi dixiſſet, lego Titio pecuniam,& volo q̃ ſit ea penia, quæ ſtat in illa arca, vt ſic explodatur opinio Bart.Bal & Paul.de Caſt quam in prin iſtius declarationis retuli eos tenere in d l Talis ſcriptura, quatenus faciunt illam differentiã, quam.ff dixi eos facere, ſed non ſat rectè.

De eadẽ re.

5 Patet ergo † ex hoc text relictum quantitatis vt quantitatis, à relicto quantitatis vt ſpeciei differre Primùm,quia primo caſu,etiam ſi quantitas conſumatur, vel nõ reperiatur, vel ſaltem non tanta prout per teſtatorem fuit relicta,nihilo minus tota debetur legatario Secundo autem caſu non debetur, niſi quatenus reperitur, aut ſi nihil reperitur, nihil debetur Tex eſt hic iuncta l Si pecunia,ff iſto titu & iuncto eodẽ. § Quinque,l Si ſeruus,ff titu 1.& l.Sed ſi certos numos, eodem titu cũ alijs. Ex quo deducitur, quòd ſi quis legauit certos fruct' ex aliquo certo fundo,& ſic eo caſu,quo cẽſentur legati vt ſpecies,vt quia dixit, lego tot fructus,qui ex tali fundo colligentur, ſi nulli fructus ex eo fundo colligãtur, aut non colligãtur tot fructus, quot teſtator deſignauit,vel non debẽtur in totum,vel debentur duntaxat illi,qui colligentur Text eſt nota in l Cùm certus,ff de Vino triti oleoque lega vbi dicitur, quòd illa verba habent vim taxationis Ratio eſt, quia legatum in caſu & exẽplo illius tex. fuit relictum per relatiuum, & ſic cõditionaliter Nam ibi in tex. dicitur, [*Fructus qui ex eo fundo colligentur*] Quæ verba ſunt propriè limitatiua, cùm ſint conditionalia,vt in l.Nuper,ff titu 1 & l Stichum qui meus erit,ff de Lega 1.vbi glo dicit,illam conditionem eſſe tacitam Quã glo.no.Bart. ibi,& in l 1.col 7.nu 30.ff.de Condi
6 & demonſt † & pro eã ponderat tex ibi ad ſi Et eandem glo dicit eſſe ſingul Ioan de Imo in l Cùm quidam,
7 la.2.col 2.pe no ff.eo Quæ quidem † conditi[o]nes tacitæ regulariter idem operantur,quod operãtur expreſſæ. glo eſt ordinaria ſecundum Doctor. ibi in l Itẽ quia,in prin ff.de Pactis. Sed circa hoc eſt inueſtigãdũ, Quid ſi teſtator legaſſet certos fructus ex certo fundo, & dixiſſet, quòd ſi fundus non tuliſſet tot fructus, quòd iubebat,hæredem ſupplerẽ vſque ad illam quãtitatem. An ſi plures fructus vltra illam quantitatem colligãtur, pertinere debeant tales fructus ſupabundantes ad hæredem:an verò ad legatarium?Et videtur quòd ad hæredem,

Vtilis inueſtigatio.

redem, quia teſtator taxauit numerum vel quantitatẽ fructuum, quos voluit legatarium habere, & non vltra per illam l Et ſic non obſtat deciſio elegans Alberici poſt Guiller de Cu in l Nulla, ff de ll. quã etiam ibi ponit Angel. & ſequuntur Alexã & Iaſ in l Legata inutiliter, ſ titu 1 per tex ſingu in l Ea lege, in prin ff Lo- 10

8 ca nam † deciſio illa procedit, quando legãtur reditus alicuius fundi in totum, etſi non aſcenderint ad tantam quantitatẽ, ſuppleantur per hæredem. Eo enim caſu ſi plures fruct⁹ colligantur pertinebũt ad legatariũ, ad quem teſtator voluit omnes fructus pertinere & nõ fecit circa illos taxationem aliquam Secùs in caſu 11 ſ quo ſ vbi fuit legata certa fructuũ quantitas. Eo enim caſu intentio legantis fuit, legatarium non debere vltra illam quantitatem aliquid conſequi, ideoq; id quod ſupereſt debet ad hæredem pertinere: Quæ eſt not declaratio ad prædictam Doctorum communem deciſionem, & quidem neceſſaria.

Sing ligaan dum.

9 Prædicta † procedunt in vnica præſtatione fructuum facienda ſed ſi eſſent legati fructus plurium annorũ præſtandi annuatim ex certo fundo, & ex eo nulli fructus, vel nõ tot quot teſtator legauit, colligerentur vno anno, eo caſu ſupplerentur ex abundantia fructuum anni vel annorum ſequentium l Legatum, § Vini Falerni, ſ de Ann leg 1 & in l Ex eo ſ. de Vino tri. & oleo lega quæ iura ad id allegat Bar in l Inter ſtipulantem, §. Sacram, pe col nu 6. ff de Verb. obli & ibi Albe 11 oppo Et per prædicta iura eſt intelligendũ & declarandũ id quod dicit Panor in c Niſi eſſent, ſuper glo fi de Præben. & illud idem eſt de ipſius intentione, in quantum allegat d l Legatum, vi cum ibi.

Differunt † etiã ſecundò prædicta duo legata inter ſe (vt ad præcedentia regrediar) quia vbi legatur quãtitas vt ſpecies, non poteſt ſolui aliud pro alio, inuito creditore, vt in l. Sed & ſi certos, cum glõ ſ tit 1 iuncta l. 2 §. 1. ff Si cert pet. aliàs ſecùs ſi legetur vt genus, vt ibi Et in hoc fundãtur deciſiones no quas ſ retuli Bar ponere in d l Talis ſcriptura, & Alberi poſt antiquos in d. l Si certos, de Verb ob. quæ deciſiones ſunt veræ, & approbantur. licet Iaſo in d. l Talis ſcriptura, nitatur tenere contra Bar Sed nihil vrgens (mea ſententia) contra eũ affert Tamen generaliter conſiderata deciſio illa Bar in terminis in quibus loquitur, videtur contra † prædictam glo in d l 1 § pe de Dote prælega niſi deciſio glo reſtringatur ad pecuniam, quæ erat in tali arca talis campſoris, vt ſpecies depoſita & conſignata Quo caſu Docto communiter dicunt prædictam deciſionẽ Bar. procedere & nõ aliter, ergo illo modo illa deciſio ſuppleri debet. Et ita intelligit, & reſtringit illam Rapha Cu in d l Sed & ſi certos, ſ titu 1 & ſubdit, q; eſt determinatio rigoroſa & cõtra omnẽ æquitatẽ, tamẽ q; Docto cõiter ita tenẽt Et idẽ q; ſit deciſio rigoroſa dicit ipſemet Rapha in ead l Talis ſcriptura 2 lectu quã l dicit parũ facere ad hãc quæſtionem. Sed d l Sed & ſi certos, multũ facere Et vtrobiq, intelligit hãc quæſtionẽ, quãdo pecunia fuiſſet depoſita apud cãpſorẽ tanq̃ ſpecies, & ſic in capſula vel ſaculo cõſignata q. niſi (vt dixi) pecunia eſſet priùs depoſita, quid proſſet eã (vt iã dictũ eſt) legare, videlicet pecuniã quæ in tali arca eſt nam poſſet eſſe alia pecunia in capſa tempore mortis, quæ nõ fuiſſet tẽpore teſtamẽti, & ſic nõ veniret in legato, vt tenet Rapha in d §. Qui quinq,, ad fi.

ſi.allegans Bar in l Si ita, de Auro &
argen.lega.in eo quod ibi dicit de ve
12 ſtimentis,&c Omnia†ergo quæ præ
dicta fuēre in intellectu glo l 1 § pe
de Dote prælega debent ſubintelli-
gi,referendo inq̃ ſingula ſingulis,qñ
teſtator legaſſet pecuniã exiſtētem
in tali arca,& illa eadē pecunia, quæ
reperiret́ poſt mortē teſtatoris, erat
in arca etiã tēpore teſtamenti,vel cõ
tractæ obligationis, ſi fuit promiſſa,
vel etiã erat depoſita apud cãpſorem
in ſpecie 1 tanq̃ ſpecies in capſa con
ſignata nã his caſibus & nõ aliter cē
ſenda eſt vt ſpecies, nõ vt quantitas.
Quæ no ad præmiſſorũ ſubdeclara-
tionē,& vide quæ dicã in l Si pecu-
13 nia.1.char ̃j iſto tit Deniq,†vt id nõ
omittã etſi extra materiã noſtrã,pe-
cunia cõſiderata vt quãtitas differt à
pecunia cõſiderata vt ſpecies,q̃a hęc
non eſt pretiũ rei, licèt alia ſic ſcd̃m
glo ſing in l Hæc vēditio,§ 1 in ver
Quanti,ff de Contrah.empt quam
Aret.cõmē in d l Si certos,ff de Ver-
bo oblig & ſic non valeret venditio
facta pro prædicta quantitate velut
ſpecie promiſſa,cũ in ea requirat́ pre
tiũ,qđ nõ poteſt cõſiſtere,niſi in quã
titate præciſè& propriè ſumpta,quę
eſt quãdo eſt numerata,vt in § Pre-
tiũ,& in § Itē pretiũ,Inſt de Emptio
& vendi & in l 1 ff eo Erit ergo con
tractus innoĩatus, vt p Are vbi ſ̃ qui
14 in hoc eſt vidēdus Differt†etiã vnũ
ab altero 1 pecunia relicta vt ſpecies
à pecunia relicta vt quantitas in alia
materia,q̃a ſicut debitor ſpeciei perē
pta ſpecie abſq, culpa & mora ipſius
liberat́ l Qđ te,ff Si cert pet ita etiã
debitor pecuniæ exiſtentis in loco
certo,tēpore inquã obligationis per
empta tali pecunia abſque culpa &
mora ipſius, liberatur vt eſt caſus in
d l Si certos,de Verbo obli Secùs in
debitore quãtitatis propriè ſumptę,
vt l Incendiũ,C Si cert peta.Et hæc
ſufficiant in hoc puncto Reliqua au
tem quæ hîc poſſent deſiderari, pe-
tenda ſunt ex his quæ dicentur in L
Si pecunia ̃j eo.

*Summarium.*

1 *Communis intellectus, de cuius verifica tione agitur hic uſq; ad verſ. Ponit etiam Raphae. ſequentis folij prima facie eiuſdem prope finem*

2 *Probationes factæ ab utraq; parte legatariorum inuicem repugnantes quando alterutra pars de per ſe agit contra hæredem in ſolidum ad idem legatũ, & uterq; pariter probat, colliduntur adinuicem ſi interueniat cautela, de qua infra ſtatim & eo caſu non nocent hæredi, alias ſic*

3 *Solæ probationes citra ſententiam factæ ab una parte contra aliam non inducunt obligationem paſ ſiuam, ut pars contra quam fuerant factæ ob eas ſit obligata alteri parti, quæ eas fecit.*

4 *Hæres poteſt declarare uoluntatem defuncti dubiam in iudicialibus, ſecùs in uoluntatibus ultimis, ſi ex tali declaratione nullus incurreret damnum, quanquam ſubiret lucri amiſſionem.*

5 *Quod uulgò dicitur, eum qui amittit lucrum nõ ſubire uel non incurrere damnum, intelligendum eſt de lucro nondum radicato neque acceptato, quo tempore amittitur aliter atque dicendum eſt ſi tale lucrum fuerit radicatũ & acceptatum, ſiue ut aliâs dicitur incorporatum*

6 *Ad l. Non idcirco, C de Iuris & facti igno. intelligentia*

7 *Plures caſus in quibus ſit locus gratificationis.*

8 *Si in teſtamento relictum ſit diſtribuendum inter pauperes & inter exequutores eſt contentio ſuper electione pauperum data omnimoda & æquali paupertate, inter eos quos alteruter eorũ uult eligere, & ſic unus elegit unum alium, electio unius ex his per modum adhæſionis deuoluitur ad Epiſcopũ.*

9 *Cæteris paribus magis fauendum eſt monaſterio monialium quam monachorum*

10 *Subdiuiditur quæſtio illa an, & quando locum habeat gratificatio in quatuor puncta, primum uidelicet, quando iura ſunt paria, an ſit locus gratificationi Secundum uel an iudicium ſortis locum habeat Tertium, uel an talis actus propter incertitudinem annulletur Quartum, uel an res ſit diuidenda inter contendentes ſuper illa*

11 *Regula præcipua & anteſignana, quod omnis actus conſumens ſit qualitatis & naturæ initiatæ propter incertitudinem omnimodam.*

12 *In re omnino dubia ita demum recurritur ad Iudiciũ Sortis, ſi eo caſu ſit in iure expreſſum, quòd recurratur, & non aliter.*

13 *Gratificatio in re dubia non poteſt fieri niſi id iure cautum eo caſu reperiatur*

14 *Notanda declaratio in materia iuris accreſcendi, & adaptatio ſingularis ad hunc tex. ut ſi alter Titiorum renuntiaſſet legato, priuſquam conſtaret de certitudine alterutrius illorum, nõ tranſiret ad aliũ Titium legatum in totum, prout neq; pars ad ipſum pertineret, etiam ſi eam agnoſceret*

## §. Si inter duos.

SI inter duos dubitetur de eodẽ legato, cui potiùs dari oportet vt puta ſi Titio relictum eſt, & duo eiuſdem nominis amici teſtatoris veniant, & legatum petant, & hæres ſoluere paratus ſit, deinde ambo defendere hęredem parati ſint eligere debere hęredem cui ſoluat, vt ab eo defendatur, conſtat.

ISTE § Si inter duos, ſummatur per Rapha hoc modo Vbi dubitatᷣ inter duos legatarios, de quo illorum teſtator ſenſerit, hęres poteſt vni gratificare recepta ab eodem cautione Hoc dicit, & eſt tex no & iſtud ſummarium cõprehẽdit etiam caſum ſequentis § ſecundum eundem Rapha ſecundum quem ille tex eſt ſimilis huic, quoad liberam voluntatem hæredis in gratificando Et ita exponit illum text Ioan de Imo ibi, prout glo Bart & Docto exponunt iſtum Sed gratificatio, de qua in hoc text. differt ab illa, quia iſta fit ꝓpter dubium emanans a verbis teſtatoris obſcuris vel ambiguis, illa verò propter dubium cauſatum, vel ambiguitatem ſuperuenientẽ ex pòſt facto, videlicet ex allegatione fideicommiſſarij contra legatarium de cauſa iuſta dubitationis ipſius legatarij. Et ſic vtrobique eſt locus gratificationi ſed aliter, & aliter, quia ob aliam cauſam ſeu rationem (vt dixi) in vno, & ob aliam in alio gratificatio debet fieri

1 Cõmũnis † intellectus glo & Docto ad hũc tex eſt, quòd hæres in caſu iſto non teneatur neceſſariò gratificare vni ex his duobus Titijs, ſed ita demum, ſi voluerit Bal. autem tenet quòd iſte communis intellectus procederet non facta aliqua probatione per legatarios, ſed quòd de iſto caſu non loquitur iſte tex fortè hoc ideo dicit Bald. qa iſte text videtur præſupponere, quòd iſtorum legatariorum petitio erat cum effectu, & ſic quòd ambo, probabant Sed certè æquè bene poteſt text loqui de ſimplici, id eſt actuali petitione iudiciali vel extraiudiciali abſq, probatione, & tunc erit gratificatio voluntaria, vt dicunt prædicti Docto. Sed ſi vterque ꝓbaſſet, quòd teſtator de ſe ſenſit, qui videtur proprius caſus huius text intelligendo eum de petitione actuali & effectuali, hæres deberet neceſſariò eligere, quia tenetur vtrique legatario in ſolidum ſecundum eum Quod patet ex verbo, [*Debere*] in text poſito, ſui natura neceſſitatẽ importante Sed hoc impugnat Pau de Caſt allegans Cy ea ratione quia

2 probationes † tũc temporis inuicem ſibi ipſis derogãt, & ſe ipſas adinuicẽ propter mutuam repugnãtiam collidunt, & frangunt, vt in l Scripturę, C de Fide inſtru Ad hoc tamen ſatiſ

facit

facit Ioan de Imo hîc,licèt non referat Paulum,inquiēs quòd cum quilibet legatarius agat contra hæredē quoad ipſos legatarios inter ſe, dicitur res inter alios agi, & ſic eis non præiudicat talis contrarietas,vt in l 2 C Quibus res iudi non no & in rubrica C Res inter alios acta, &c Et ideo hæres debet eſſe cautus quod acta & probationes producantur,ſeu notificentur alteri legatario, quæ fuerint factæ ab vno eorum & econtra, & tunc probationes derogabunt inuicem ſibi ipſis,& ipſe nō tenebitur neceſſariò gratificari, niſi voluerit ſua ſponte id facere,ſecundum Imo & Raph qui etiam ſequitur Bald & reſpondet ad l Is à quo fundus, ff de Rei vendi & ad l penul ff de Pe hæ quæ prima fronte videbatur aduerſari prædictæ declarationi Bald Et hæc tradit Raph in meæ lecturæ impreſſione,quanuis aliter eum referat Ange de Perigl hîc Sed ex alio non videtur procedere id quod Bald dicit,in quantum vult,quòd ex probatione vtriuſq, legatarij hæres obligatur vnum ex ipſis legatarijs neceſſariò eligere,ſi nō daretur copia probationis factæ ab vno alteri (quo caſu prout dixi, Bald declaratio excuſatur per Ioan de Imol & Raphae)
3 quia ſola † probatio non eſt ſufficiens ad obligationem inducendā gloſſ eſt ſingul in l Sed & ſi poſſeſſori, in § Vel, verſicul Si cum de hæreditate, ff de Iure iuran quam in varijs locis Bald notat, de quibus per Iaſo ibi 1 nota eiuſdem gloſſ Et vltra illa loca commendat etiam eandem gloſſ Bald conſilio 481 ad fin volumine 4 niſi (vt gloſſ ibi dicit) ſubſequeretur ſententia pro altercutro ex legatarijs, ex qua ſententia oriretur obligatio & actio in factū ſeu iudicati, vt in l 4 § condēnatū, ff de Re iudi Et hoc etiam caſu, ſaluari poteſt qđ dicit Bal & hic aduertentiùs loquitur Ioan de Imo dū dicit de cōdēnatione,& non dicit de probatione,& nō eſt credendū Bal aliter intellexiſſe Ponit etiā Raph Cu hic nouū intellectū ad iſtū tex quē declarans ſequitur Ange de Peri hic,& ex omnibus tribus intellectibus, primo videlicet glo Bar & cōi itē 2 Bal item 3.eiuſmet Raph deducit ipſe Ange tres limitationes ad l Si fuerit, ff de Reb dub Et ex hoc text ſic declarato po-
4 teſt euinci corollariè, quòd hæres † poteſt declarare voluntatem defuncti, quando conſtat defunctum ſenſiſſe de vno certo,ſed non apparet de quo ſenſerit Cōtra hoc tamen videtur tex ſing cū glo in l Idē Pomponius ſcribit ſi frumentum,§ vlt ff de Rei ven quem glo allegat in l Inter ſtipulantē,§ 1 ī de Verb obli & eundem tex in eodem § ſi iuncta vna lectura ibi, quæ dicit actorē deceſſiſſe Commendat pro non alibi Bald in capit 1 colum penulti de Conſti in quantum probatur ibi, quòd hæres non poteſt declarare voluntatē defuncti Sed reſpon quod ille tex procedit in iudicijs, iſte autem text loquitur in vltimis voluntatibus, ſecundum glo ordina in l.Si quis à filio,§ Si quis plures,ī titu primo, vbi Barto reddit rationem diuerſitatis, & declarat l Duo ſunt Titij,ī de Teſtamē tute Et ſubdit nota & generalem doctrinam,quę eſt,quòd tunc hæredi permittitur vel committitur declaratio voluntatis defuncti, quādo nullus ex hoc damnificari poteſt, quanuis ex hoc lucrū perderet,vt in caſu illius § Qui plures Et per hanc doctrinā videtur intelligendus iſte text & ſic quòd ideo in iſto caſu per electionem hæredis de vno ex legatarijs factam, alter amittit legatū &

perpetuò excluditur quia talis legatarius excluſus non incurrit damnũ, ſed duntaxat non acquirit legatum, quod eſt lucrum merum l Si hæreditatem, ff Mandati, quo caſu nõ videtur tantùm incõueniens ſubeſſe, vt in l fi prope fin C de Codicil Sed re vera intentio Barto non eſt loqui vbi præiudicatur legatario in toto, ſed in tanto, id eſt in parte Quamob rem ad iſtum tex videtur aliter dicẽdum, quòd ideo hic permittitur hæredi declaratio voluntatis defuncti, quia per declarationem ipſius ex electione alterutrius ex legatarijs ab eodem facienda, illa ſubſequuta nõ fit præiudicium alteri legatario incommutabiliter, ſed duntaxat eo medio tempore priuſquam probet, teſtatorem de eo ſenſiſſe quod ſi probatum fuerit talis declaratio facta ab hærede, de alio legatario reſoluit Ex quo reſultat conclu vltra Bart & Docto quòd hæres poteſt declarare voluntatem defuncti, ſiue ex declaratione reſultet alteri damnum, ſiue lucri amiſſio etiam totalis ſi tamen talis illatio damni vel cõmodi amiſſio non eſt perpetua & incommutabilis, ſed eſt reuocabilis ex pòſt facto Ad qđ poteſt põderari ſingulariter iſte tex Verùm ſi rem ipſam vlteriùs intueamur, videtur quòd iſte legatarius omiſſus per hæredem qui alium legatarium elegit, incurrit damnum perdendo lucrum ex tali electione vel declaratione, quod patet Nam ſi poſtea probet teſtatorẽ de eo ſenſiſſe, apparebit quòd ipſe fuerit à principio ipſo iure dominus eiuſdem rei legatæ, & quòd de hoc lex erat certa, vt hic per glo & ita eſt, quòd perdẽs lucrum ſemel quæſitum dicitur incurrere damnum, acſi aliquid ex ſuo perdidiſſet glo eſt ordinaria in l 1 § Si quis propter inundationem, ff de Itine actuque pri in parte, Per in integrum reſtitutionem quam gloſſ commendat Iaſ in l fi § In computatione, C de Iure deli & eſt glo ſimilis in l Si cùm dotem, § Eo autem tẽpore, ꝟ Solu matrim & glo quam eo modo intelligit Bald ibi in l Nõ ampliùs, § fi ꝟ titu 1 Nam eſt regula iuris notiſſimi, In legatarium dominiũ rei legatæ à morte teſtatoris tranſire, in l a Titio, ff de Fur & in l Papi cum glo ff de Serui titu generali, & ĩ alijs locis Et (vt prædixi) licèt antequam eſſet probata voluntas teſtatoris per alterum ex legatarijs, quẽ hæres gratificando alij legatario omiſit eligere, eſſet incerta tranſlatio domi nij Tamen vt declarant gl̃o & Doctor hic, ſatis eſt fuiſſe certum apud legem quòd dominium retro à principio fuerit tranſlatum in legatariũ, & ei acquiſitum ex quo in acquiſitionibus legalibus ſcientia acquirentis non requiritur l Cùm pater, § ſecundo, ĩ eo & in l Edicto, § Ad hæredes, ff de Iure fiſci & in l Si à furioſo Et quod per eam ibi no Bal ff Si cer

5 peta Sed † iſta conſideratio diluitur ea ratione, quia talis acquiſitio dominij nondum fuerat radicata irreuocabiliter, per acceptationem inquam legatarij, quæ non interuenit, neque poterat hoc caſu interuenire, quum propter incertitudinem fuerit facta præoccupatio per præuctionẽ electionis hæredis de vno ex prædictis legatarijs De quo quidem lucro radicato, & (vt ſic dixero) incorporato loquuntur propriè prædictæ glo & Docto eas commendantes & tamen eſt notiſſimum, quòd quouſque legatarius agnoſcat legatũ, non fit incommutabiliter dominus illi, vt in l Si tibi homo, § Cùm ſeruus ꝟ titu 1 A morte enim teſtatoris eſt fictus dominus, ab adita per hæredem hæreditate,

hæreditate, eſt dominus verus, ſed commutabilis, vt ibi dicitur & traditur in alijs pleriſque locis tamen ad hoc vt fiat incommutabiliter dominus, requiritur quòd agnoſcat legatum Et ſic punctuatio ſ facta non obeſt prædictis Contra illud tamen quod eſt prædictum, declarationem voluntatis defuncti in vltimis elogijs ad hæredes defuncti non eſſe trāſibilem, quando ex tali declaratione infertur alteri damnū, videtur text
6 in l Non idcirco, † C de Iuris & facti igno quem Bald. commen in l Error, ad ſi eo titu ad hoc quòd reuocatio erroneæ confeſſionis tranſit ad hæredes confitentis & tamen ibi erat in præiudicium vel damnum ſerui Et illum text allegat Iaſo diſſimulans ſolutionem in prædicto § Si quis plures, ſed ſolutio eſt expedita, quia ibi fuit confeſſio erronea Item fuit facta per verba enuntiatiua propter aliud emiſſa, prout ibi ſummat Bald Nimirum ergo ſi reuocatio tranſit ad hæredes, non quidem vt declaratio, ſed vt ius reuocandi confeſſionem ob prædictas rationes, ſcilicet & quia erronea cōfeſſio, & quia facta per verba enuntiatiua, emiſſa propter aliud, & ſic non obeſt

Secundò ex iſto tex notat gloſſ & Albe poſt Dy regulam, & eſt cōmunis allegatio Doctor videlicet, quòd vbi datur omnimoda æqualitas, eſt locus gratificationi Et licèt iſta videatur via brocardica, tamen quia habet obſcuram & implicitam reſolutionem, ideo primò enarrabo aliquot caſus, in q̄bus eſt loc⁹ gratificationi Deinde dicā, q̄d mihi videbit̄ reſolutiuè tenendū circa iſtā regulā

Et in primis ex gloſſ ordinaria cum text in l fin ff de Religio & ſump fun colliguntur terdecim
7 caſus, † in quibus eſt locus gratificationi Vltra quos, decimuſquartus caſus eſt, qui colligitur ex gloſſ cum qua ibi tranſeunt Docto & in ſpecie Salice in l prima, § Apud Iul in verſi Defendere, ff Depoſi Decimuſquintus caſus elicitur ex gloſſ. nota cum qua etiam tranſit ibi Salice in l Si vt certo, § Quod verò, in verſicu Saluas facere, in fin ff Cōmo Decimuſſextus glo in capit In noſtra, in parte, ſed aduerſa, poſt medium, de Teſt Decimuſſeptimus colligitur ex gloſſ nota in verſic Nunc quæritur 63 diſtinctio in gloſſ mag. circa fin vbi allegat aliquos tex huic ſimiles Decimuſoctauus deſumitur ex deciſione Bald in l Viduæ, C de
8 Nup vbi dicit, quòd ſi † inter exequutores teſtamenti eſt contentio ſuper electione pauperum, res deuoluitur ad Epiſcopum, & poterit gratificari cui ex pauperibus velit per modum adhæſionis, id eſt adhærendo vni ex exequutoribus, quæ deciſio eſt intelligenda, prout intelligit Albe & Docto. iſtum text videlicet data omnimoda paritate, ſeu æqualitate inter pauperes ab vtroque exequutore nominatos Nam ſi eſſent aliqua ratione inæquales, vt puta propter aliquam qualitatem quibuſdam eorum & non alijs inhærentē, certè non eſſet locus recurſui ad Epiſcopum, & ſic ceſſaret gratificatio. Exemplum optimum poteſt dari Si eſſet iniunctum duobus exequutoribus, quòd diſtribuerent mille inter pauperes religioſos, & vnus eorū nominaſſet religioſos pauperes, alter nominaſſet pauperes religioſas nam licèt eſſent omnes in pari gradu paupertatis, vt quia omnes tam maſculi, quàm fœminæ eſſent ordinis Franciſcani, in arctiſſima paupertate conſtituti, vel vtrunque monaſterium eiuſdem inſtituti, puta Dominicani,

minicani, vel Auguſtinenſis, qui etiã ſunt mendicantes ex regula, licèt ex cõſtitutionibus laxiores habeãt habenas in acquirẽdo & retinẽdo, quã primi minoritani, nihilo minus præferrẽtur pauperes religioſæ, ſiue monaſteriũ monialium, ſecundum Cynum ſingulariter, quem ibi ſequitur Bald & Sali per illum text in l Cùm multæ, C de Dot ante nupti & eandem deciſionem commendat Bald in l In multis, ff de Sta homi vbi in fine dicit notandum eſſe, quod cæte
9 ris† paribus magis fauetur monaſterio monialium, quàm virorum religioſorum quia monaſterium monialiũ reputatur à iure locus magis pius & pauperior, quàm virorum propter earum clauſuram & imbecillitatem in acquirendo, ſecundum Cynum in d l Cùm multæ, quod dicit eſſe menti tenendum Et non ſunt multi dies elapſi quòd iſtum caſum habui in contigentia facti Decimuſnonus caſus deducitur ex tex ſingul in l Si duas, in prin ꝟ. de ex tuto vbi quãdo inter plures tutellas delatas vel decretas ſimul non cognoſcitur ordo, neque poteſt diſtingui vtra earũ ſit anterior, vtraue poſterior, id eſt, priùs vel poſteriùs decreta, vel delata tũc electio, vel gratificatio deuoluitur ad iudicem qui eas detulit, vel decreuit Et illum text (in alio tamẽ propoſito) dicit ſingul Roma in ſingu 40 Vigeſimus caſus eſt in vaſſallo plurium dominorũ, qui ſi omnes poteſt iuuare, tenetur Si verò minimè, tenetur vni gratificari, vt tangit Albe hic, licèt nõ decidit Sed ipſemet ita decidit in l 3 § Si cùm omnes, vbi etiam de hoc tangit nouiſſimè Ioã Igneus ꝟ de Senatuſcon Sylla per illum tex & per l Duorum libertus, ff de Ope liberto Quam quæſtionem aliâs plenè & reſolutè examinaui coram Principe tunc, nunc Rege Philippo domino noſtro dum ingreſſus fuiſſet auditorium noſtrum Vigeſimuſprimus caſus eſt, quando lege vel conſuetudine (prout eſt in magnis dignitatibus) primogenitus debet ſuccedere in maioria, vel principatu, aut eiuſmodi dignitate, vt in l. 2 titu 15 2 Parti iſtud deciditur & probatur ex capit 1 § Præterea Ducatus, de Prohi feud aliena per Fede lib Feudo (Quæ communis conſuetudo, & obſeruantia generalis viget, non ſolùm in Hiſpania, verùm in alijs pleriſque regnis, non tantùm Orthodoxorum, ſed etiam Infideliũ & Barbarorum) Nam ſi duo filij gemini naſcantur, ita quòd non poſſit diſcerni, quis prior, quiſuè poſterior ex eis naſcatur, tunc eſt locus gratificationi inter eos, ſecundum Bald in l In quibus, in verſi Pone conſuetudo, C de Secun nup Quam opi poſt multa, licèt Bald non referat in d l. In quibus, tenet Aret in l Ex duob⁹, in prin col penu ꝟ de Vulga & pup poſt Ioan And in addi ad Specul in rubrica de Feud 4 col in impreſſione operis ſpeculi parua, in verſi Inducit etiam ad quæſtionem Qua opi retenta ac præſuppoſita eſt diuerſitas in modo gratificandi Nam Bald in eadem l In quibus, dicit quòd eſt gratificatio genitoris ſed in l Ex hoc iure, col 4. ff. de Iuſti & iure, dicit electionẽ vel gratificationẽ eſſe faciendam per magnates & populos regni. Sed Aret tenet vbi ꝟ quòd fiat per ſuperiorem Sed primam opi veriorẽ eſſe puto & tutiorem, ſcilicet, quòd electio vel gratificatio ſit genitoris illorum geminorum Quæ opi habet plures Doctor concordantes relatos per Ioã Lecirier. in tracta progeni quæſt 10 1 lib & eam tenet Ripa in l. Quominus, nu. 61. ff de Flu.

licèt

licèt poſtea ipſemet autor Lecirier ibidem eligat deteriorem opin onē, ſcilicet Bald in d l Ex hoc iure,quæ habet,quòd gratificatio fiat per magnates,&c Quæ opi nullatenus placet,vt pote valde difficilis in practicando,& quia poſſet eſſe valde ſcandaloſa propter eximiam difficultatem,ac penè impoſſibilitatem declarationis conſenſus eorum Argumēto l 1 § fi ff de Acquiren poſſeſſ Ex quo tex no Bartho Soci ibi,quòd ea quæ conſiſtunt in ſola voluntate vel poteſtate totius populi,cēſentur eſſe de iure impoſſibilia Item alia opi quæ habet,quòd per ſuperiorem fiat gratificatio,non placet, ſaltem quoad primogenituras regnorum cùm hodie ſuprema iuriſdictio imperialis (propter longas imperij vacationes) ſit adeò diminuta, quòd vix reperitur rex orthodoxus (præter regē Bohemiæ nouiter intitulatū, qui quondam erat dux) qui non dicat & iactet ſe præſcripſiſſe libertatem à recognitione imperatoris, vt patet ex regibus recenſitis per Iaco Alua in c 1. col 8 verſ Quæro vbi & in quo loco, quis dic Dux Co vel Mar lib Feudo

De eadē re.

In hac ergo & in alijs primogenituris,& ſic in omnibus eſt tenēda prædicta 1 opi q̃ gratificatio inter iſtos geminos faciēda ſit per genitorē eorundem,ſi ipſe inq̃ fuit inſtitutor primus ipſius maiorat⁹ Quia cū poſſet reuocare, meritò poſſet etiā gratificari Sed ſi decederet ab inteſtato 1 abſq; declaratione, tūc p eos admini ſtrabit̃ ſcd̃m Curt Senio cōſil 69.incip Dñs Io col 10 & Feli in c Capitulum S crucis,col 16 de Reſcrip & Soci in l Si fuerit,ĵ de Reb dub & Ripa in l Nemo poteſt,col 2 in verſic. Itē adde,ſ tit 1 & ſic iſto caſu procedit etiā cōis opi de admiſſione geminorū.ſ vbi inſtitutor maioratus decederet ab inteſtato,quoad declarationē inq̃ vt modo dixi 1 nulla facta declaratione vel nominatione circa rē omnino dubiā,licèt aliâs teſtatus eſſet de bonis liberis Iura enim vocāt inteſtatū quoad actū ſup quo debuerat,vel poterat q̃s diſponere,& nō diſpoſuit,licèt alias decedat teſtatus l Inteſtato,§ 1 ſ de Teſta tute quem Bald cōmēdat in rubrica,C de Col la ad vnū,de quo ibi Secùs eſſet (redeūdo ad ſuperiora) ſi maioratus ad quē vnuſquiſq; iſtorū geminorū velit aſpirare, deſcenderet ab antiquis progenitoribus,nā tunc in inferiori b⁹ maiorat ib⁹ gratificatio eſſet principis q̃a cū princeps cōceſſerit facultatē inſtituendi maioratū primo eū inſtituenti,ſeu ſtabilienti,q̃ non poteſt nūc gratificari,vt pote mortuus, & iſti gemini vel alter eorū non capiant maioratū de manu patris nūc defuncti,eiuſdemq; immediati prædeceſſoris,ſed à principe cum primo ſtabiliente vel inſtituente ipſum maioratū,vt in l Vnū ex familia,§ 1 ĵ eo ergo principis debet eſſe gratificatio,quæ nō eſt aliud q̃ interpretatio quædā licentiæ per eum conceſſę & eius eſt interpretari cuius eſt cōdere, vt in l fi C de ll Et per prædicta limitat̃ cōis opinio, quæ habet, q̃ ambo 1 gemini in ſimul ſuccedāt in primo genitura, vt intelligat̃ videlicet, niſi habeat locū gratificatio Quòd autē illa ſit cōis opi q̃ in prædicto caſu 1 vbi ſimul naſcunt̃, ambo ſuccedunt, patęt ex dictis Alex in l Qui filiabus, § 1 ad fi ſ tit 1 & tenet Bal in d l Ex hoc iure,quæſt 5 ini allega & in § Itaque 1 conſti ff & Feli in c Capitulū S crucis,de Reſcrip col 15 & ita dicit oēs tenere Guiller de Bened in repę ca Raynucius, fo 219 col 2 vbi etiā allegat gl ĵ l Arethuſa,ff de Statu ho p quā limitantur prędicta,Et Bal.

Ad idem.

Reſolutio in d § Itaq., vbi etiã limitat Procedit ergo cõis concluſio, q. vterq; indiſtincte admittatur in maioratibus ſupremis regnorum, quia in eis nõ poteſt fieri gratificatio, etiam conſideratis tribus opinionib' ſ relatis circa gratificationẽ Sed in maioratibus inferioribus ita demum habebit locum concurſus, ſi gratificatio ceſſet, aut quouis modo fieri nequeat Tunc enim vterque admittitur ad prædicti maioratus ſucceſſionem, prout communis opi tenet ali is ſecus In reliquis autem tangentibus hanc quæſtionem, remitto ad Doctores, vbi ſ Vigeſimuſſecundus caſus (vt ad præcedentia regrediar) ponitur per Bar in l 1 § ſi nu 2 in verſi Pro huius declaratione, ff de Cuſto reor videlicet quòd quando quis citatur à duobus iudicib' ſimul ſuper diuerſis cauſis (tunc enim ſecundum eum eſt locus gratificationi) vt ipſe citatus eligat vel poſſit eligere coram quo maluerit primo comparere, per d § Si cùm omnes, l 3 Ad Syll Vigeſimuſtertius caſus ponitur per Bald in ca. 1 § penult qui feu da po col ſi dum dicit, quòd ſi tempore conceſſionis feudi actum fuerit inter dominum concedentem & vaſſallum cui facta fuit conceſſio, quòd deficientibus maſculis feudum vadat ad fœminã, & extent plures filię fœminę ex ipſo feudatario, filijs maſculis ex eodem deficientibus, quòd ratione incertitudinis diſpoſitio non vitiabitur, neque res dimmetur ſorte ſed domin' optabit cui earum malit gratificari in nominando Quod dictum ſequitur Alex in addi ad Bar in l 1 § Hoc interdictum, ff de Lib ho exhiben & cum Bald tranſit Iaco Alua in ca 1 col 5 verſi. Quid ſi in inueſtitura de eo qui ſibi & hære ſuis, colla 5 li Feu & ibidem Præpoſitus Alexã nihil addens Et idem tenet Iacobi de Sancto Geor in ſua ſumma ſeu (vulgo Inueſtitura appellata,) in verſi Et fœminis, col 3 Et ponderãdum eſt, quod Bald & Docto ibi minimè curant conſiderare iſto caſu primogenituram in fœminis (quod miror) cũ aliàs videamus, quòd vbicunque aliqua bona, aliãs indiuiſibilia, debent peruenire ad vnum, ſemper intelligitur quòd ille vn' ex pluribus debeat eſſe primogenitus, ſecundum Ang conſilio 281 Et tenet Aret eum referens conſilio 162 incipi Diligenter & maturè diſcuſſis Et ſentit ac præſupponit Ioan An in rubrica de feu ſecundum quæ ſi pater hodiè faceret maioratum de omnibus bonis, vel vinculum quod vocãt, de çerta parte bonorum, quem maioratũ ſeu quod vinculum vellet peruenire ad vnum filium maſculum, & deficientibus maſculis ad vnam filiam fœminam, quòd ſi ſint plures maſculi, maior natu cenſeatur vocatus quibus non extantibus, ſi ſuperſint plures fœminæ ſit locus gratificationi, vt ſ. dixi in materia feudali Adhuc tamẽ videretur tutius tenere, in fœminis idem quod in maſculis ſ dixi tenendum, vt maior admittatur, quia minus habet incõuenientis, prout Bal. vbi ſ tetigit in 1 opi licèt ſtrictè vel in caſu particulari loquatur de fœmina primogenita Sed ꝓpter autoritatem Bald & ſequacium ſubſiſto Et certè in caſu in quo loquuntur vbi deuolutio gratificationis ſit ad dominum feudi, tranſeundum eſt cum eis Sed in maioratibus vel vinculis bonorum non feudalium, proculdubio crederem, idem eſſe dicẽdum in fœminis, quod in maſculis ne forte eadem inconuenientia reſultent circa gratificationem in hoc caſu, quæ punctuauimus ſ in 20 caſu Quæ quidem

de opi maximè procederet ſi in clauſula vbi de maſculis ſit mentio, pater prætuliſſet maiorē licèt in clauſula fœminarum ſimpliciter & in genere vnā nominaſſet Quinimo idē eſt (vt dixi) etiam ſi in vtraq; clauſula nulla eſſet facta mentio maioritatis, vt in exemplo ſ. poſito Nā in vtroq; caſu, ſcilicet tam maſculorū q̄ fœminarū ſtante prædicto dubio, res deuolueretur, non tantū ad primogenitū maſculū ſ. & etiā maſculis deficientib⁹, ad fœminā primogenitā & ita firmiter teneo & ſi res in facto accideret, ita cōſulerem & iudicarē Vigeſimuſquartus caſus ponitur per glo in l 3. § Hoc interdictū, verſi Si tamen plures, ff de Li ho exhi quā ibi Bart cōmendat Vigeſimuſquintus caſus ponitur per gl in l 2 § Hoc interdictū, in verſi Obtinendū, ante fi ff Ne q̄d in loco pub dū glo loquitur de duobus plauſtris ſibi in itinere obuiantibus, quā Bar & Docto ibidē ſequuntur Et eā allegat Bar in l Quomin⁹, col 4 in quæſtione molendinorū, ff de Flumi Et allegat̃ glō illa ad id ad q̄d Doct ſolent allegare iſtū tex ſ q̄ in his in q̄bus tantū iuris habet vn⁹, quantū alius, locus eſt gratificationi, ſcd̃m Lanze Galiau in l 2 § Ex his, ff de Verb obli col 6 Vigeſimumſextū caſum, & quidē no ponit Bal in l. fi nu 11 C de Teſta ma nu quē not. ad ſubhaſtationes redituū, & ad leges regni loquētes de retractu Vigeſimumſeptimū ponit glo ordin in l. Ciues, in glo 2 ad fi C de Inco li 10. quā allegat Ioā And in d rubrica de Feu Vigeſimūoctauum ponit Bal in Auth Habita, nu 10 C Ne fi pro patre Et quanq̄ alij pluresçaſus poſſint coaceruari, tñ neq; ex eis, neq; ex prædictis percipit̃ certa doctrina q̄n gratificationi ſit locus in re omnimodo
10 dubia † I t quidē res iſtā reducit̃ ad hæc puncta. ſ An quādo ſunt iura paria ſit facienda gratificatio, vel an ſit recurrēdū ad iudicium ſortis, vel an act⁹ ſeu diſpoſitio propter incertitudinē annulletur, vt colligitur iſta dilucidatio ad introitū declarationis huius puncti ex verbis Bald. in d § Et quia, col fi & etiam Raphae Cuma. hic in declaratione lect Bald ad iſtū tex & ex verbis eiuſdem Raph colligitur quartum pūctū, ſcilicet An eo caſu id eſt vbi dantur iura paria, res ſit diuidenda & ſic ſunt quatuor pūcta Et vt verum fatear, non poſſum ex Doctorū ſcriptis reddi certus circa reſolutionem iſtius articuli Quāuis enim diligenter & anxiè quæſierim quamplures Doctorum cōmentarios de hac re differentes, nullus tamen mihi vnquam ſatisfecit Nam Damaſus, vt ab antiquioribus illis horridis & impexis incipiam, in brocardis reuiſis & diſpunctis p̄ Bartholomæum Brixienſem, antiquum etiā ac merum canoniſtā, ponit duas regulas ſpeciales duntaxat, decidentes caſus duarum legum, & nihil ex ſuo depromit, vltra ea quæ alij Docto. dicunt Item glo in c Cùm autem, de Iure patro ad fin ſolūmodo tenet, q̄ tunc demū eſt locus gratificationi, quando dubitatur, quis ex pluribus eſt in iure potior Itē Albe. poſt Iaco. de Bello ī d l fi ff de Religio. ponit quatuor vel quinq; ſolutiones ad cōtrariū, q̄d ibi format glo contra gratificationem Sed tamen ex eis non colligitur aliqua reſolutio in hoc articulo imò potiùs quædam offuſcatio & confuſio quorundam caſuum ſpecialium, quæ nihil penitus cōfert ad puncti reſolutionem Item Ange. de Peri hic nihil dicit vltra Doctor Nam inquit tunc demum gratificationi locum eſſe, quando ſunt cætera paria, aliàs non. Et allegat Sed ſi

non expedierit, ff de Bo auto iudi poſſi Et ad idem notat gloſſam hic cum text & eſt text cum gloſſ in capit Duobus, in verſicu Quòd ſi forſan, iuncta gloſſ in verſicu Concurrant, in princ de Reſcrip libro 6 vbi gloſſ Ioan And in fi fecit mentionem de eo, quod prædixi gloſſam dicere in d c Cùm autem, de Iure patro Reperio tamen nouiſſimè Ioan Igneum Doctorem Aureliane in d l 1 § Si cùm omnes, Ad Sylla nume 38 cum ſequen ponẽtem quandam reſolutionem quam videtur ſumpſiſſe ex dictis Areti in d l Ex duobus, in prin Sed quia per eam non datur in ꝓpoſito cognitio perfecta, & plura annectit extrauagando ab iſto pũcto, & inſuper videtur æquiuocare quia illam diſtinctionem reſolutiuam, quam ipſe ponit, facit Are in dicta l Ex duobus, ad cognoſcendũ quando gratificatio debet eſſe neceſſaria, & quando voluntaria non autem ad ſciendum abſolutè & ſimpliciter, quando & quomodo gratificatio poſſit fieri, etiam cæteris paribus exiſtentibus Ideo breuiùs rem ipſam abſoluendo videtur (ſalua potiore ſententia) dici poſſe, quòd vna regula potiſſima ſit ante omnia præmittenda in hac materia, videlicet,

11 † Quòd omnimoda incertitudo regulariter vitiat omnem actum & omnem diſpoſitionem l Cùm duo, vbi glo ff de In diem adiect & not. Bar in l Quidam relegat', ff de Reb dub nu 1 verſic Fallit Et eſt text optimus in l Si fuerit, in prin eo titu quem glo hic adducit contra iſtum text & tamen concordat cum eo, quum text ibi dicit, quòd incertitudo impedit diſpoſitionem ſaltem quouſque conſtet de aliquo certo, prout hîc allegat glo ſed ſunt plures caſus, in quibus lex non ſinit diſpoſitionem incertam vitiari, ſed vult eã valere committẽdo rem iudicio ſortis, vt in l fi in princi C Communia de Lega & in § Optionis, Inſtitu de Lega. & in alijs pleriſque iuribus Et

12 † iſtud fit duntaxat in caſibus expreſſis in iure, vt tenet nota Bal in l 2 in prin C Quando & qui quarta pars. de li 10 ratione de qua ibi per eum quæ licèt non multum vrgeat, tamẽ deciſio Bal eſt tenenda, quam vt ſingu commen Iaſ in d l fi in princi Et licèt de illa deciſione dubitet Lanze Galiau in l 2 § Ex his, col 6 ff de Verbo obliga propter glo in c fi de Sorti quam dicit commendari per Feli in d cap Capitulum 34 colũ de Reſcrip, & in capi Licèt cauſam, col fi de Proba dum dicit arguendo ab ſpeciali ex illo text (in quãtum prohibet perpetuò in beneficijs eccleſiaſticis vſum vel iactum ſortis) quòd ſortes ſunt à iure permiſſæ Sed certè non propterea videtur glo eas habere locum in omnibus dubijs incertis decidendis imò ſtatim ſeipſam declarat, dum dicit, quòd in multis caſibus habet locum iudicium ſortis Et ſic potiùs facit gloſſa illa pro Bald & quidem expreſsè, quum glo clarè vult dicere, & dicit, quòd ſors eſt permiſſa à iure in certis caſibus Et ex conſequenti vult aliud eſſe regulariter in alijs Et ſic regula eſt, quòd iudicium ſortis generaliter nõ habet locum Fallentia eſt, quòd in certis duntaxat caſibus à prædicta regula in iure exceptis poteſt habere locum Quicquid dicant Feli & Lanze vbi ſuprà perperam ponderantes gloſſ illam in dicto capitu fina Et magis mirandum eſt de Alexandro, qui ante ipſos per illam gloſſ tenet contra Bald in l Huiuſmodi, § fin ſuprà tit 1 Quem puto feciſſe errare illos Docto Moder

Atten

ſequen-

ſequentes ipſum Miror etiã, quòd Iaſo non tetigerit de hoc puncto in eodem § fin Sed Dec quem vi in d capit Licet cauſam, nume 28 tenet quod Alexan ſcilicet, quòd iudicium ſortis videtur regulariter permiſſum ſaltẽ ex cauſa vbi res admodũ dubia reperitur, dũmodo non ſit de caſibus, vbi tale iudiciũ ſortis reprobatur, vt ibi per eũ Et ſic Dec videtur tenere contra Bal in d l 2 Tamen (vt dixi) verior eſt ſententia Bal quicquid etiã teneat And Tiraquel ſequẽdo Alex & Feli vbi ſ in tracta primige 17 quæſt 1 opi num 13 vbi ponit plures caſus vbi ſors expreſſim reperitur permiſſa Sed tenendo opinionem, quã dixi ipſum tenere poſt Alex & Feli contra Bal non ſunt caſus fallentiæ, ſed ſunt potiùs exẽpla ad regulam, quam ipſi ponunt contra Bald ſ. regulariter iudiciũ ſortis permittitur ex cauſa, videlicet re exiſtente admodum dubia & inextricabili Et fortè opinio Alex & ſequaciũ ſeruaretur in practica Nunc autem redeundo ad rem de qua agimus, dicendum eſt, quòd ſicut iudicium ſortis non habet locum niſi in certis & ſpecialibus caſibus, ſi teneamus opi Bald quæ verior videtur ſed quicq̃d ſit de ea in ſimili (licèt alia ratione)
13 reperimus, quòd gratificatio † nõ habet locum niſi in certis caſibus quia eſt contra regulam iuris annullãtem actum ratione omnimodæ incertitudinis, vt ſ dixi, & ſic actum incertum ſuſtineri propter gratificationem, eſt fallentia vel caſus ſpecialis, ſiue caſus fallentiæ Et niſi reperiatur expreſsè deciſus per text vel per glo aut Docto ex identitate vel ſimilitudine rationis extendentes caſus textuum ad alios caſus ſimiles, non puto iudicem facturum vel auſurum eſſe facere talem gratificationẽ Et hanc conſiderationem iam diu feceram dum legerem vltimo loco hanc materiam Poſtea comperij Fran de Are conſilio 142 quod incipit, Ex facto proponitur, col pe nu 23 referẽtem Ioan And in noue in c In noſtra, de Teſti & ibi Doct ſecundum eum tenẽtes quòd gratificatio non conceditur, ſeu non obtinet niſi vbi eſt expreſſum in iure, quòd conceda tur vel fiat Et profectò gauiſus ſum reperire iſtud in terminis, quod eſt valde ſingu no ad id quod prædixi, & alibi non legi Nam Ioan And in noue ibi dicit hæc verba formalia Dixit Vincentius, quòd niſi talis ſit caſus, quo iudex habeat gratificari, &c Et idem eſt de mente gloſſ in dicta l fin de Religio in quantum narrando caſus fallentiæ, in quibus eſt locus gratificationi, præſupponit regulam eſſe in cõtrarium, illis & ſimilibus caſibus demptis ab illa Reſolutio ergo ſit, quòd data inter duos vel plures *omnimoda paritate*, ita quòd *tantundem iuris vnus habeat quantum* alius, eſt locus gratificationi ita demum ſi in iure reperiatur expreſſum & non aliter, & eſt facienda eo modo, & per eum, quo & per quem reperitur expreſsè cautum Et ſi non reperiatur expreſſum de gratificatione, vel de iudicio ſortis, res redibit ad omnimodam incertitudinem, & vitiabitur, ſi res abhorreat à ſectione Non igitur ſemper omnimoda qualitatum paritas facit locum gratificationi, neque iudicio ſortis, niſi iure expreſſum reperiatur Sed reſtat vnum commemorare, quòd in caſu in quo duo impediũt ſe adinuicem per conuerſum, vt ſunt impetrantes ſibi prouideri in Eccleſia cathedrali de eadem præbenda, inter quos eſt omnimoda æqualitas, cùm tractetur de præiudicio capituli, ſorti Reſolutio.

non committitur, ſed bene poterit capitulum gratificari, cui eorum velit, ſecundum Angel in l Sed quum ambo, ff de Iudi poſt Ioan And in capitu Duobus § alleg de Reſcript in ſexto per d l Huiuſmodi, § vltimo § titu 1 quod refert Feli (licèt corruptè) in d capit Capitulum, colum penul Ex qua doctrina colligitur, quòd aliquando vbi non eſt locus iudicio ſortis, eſt locus gratificationi & ſic gratificatio eſt minus odioſa, quàm ſortis iact. s Sed ibi loquitur de gratificatione voluntaria facienda per eum, de cuius pre iudicio tractatur, cuius reſpectu ſors non poterat eo caſu mitti Et quando gratificatio ſit vel debeat eſſe neceſſaria, & quando voluntaria, videnda eſt omnino reſolutio, quam ponit Aretin᷒, in dicta l Ex duobus, in princi colum penulti vbi in hac re notabiliter loquitur Et eam reaſſumit And Tiraquel in tracta primigeni 17 quæſtione, vbi diſcutit quæſtionem de geminis, numer 6 Quid autem in omnimodo dubio, iure non prouidente circa iactum ſortis, neque circa gratificationem, ſi tamen res patiatur ſectionem, vide gloſſ & ibi Alberi in l Nenſenius, in parte, videantur, quæ eſt finalis in ordine, ff de Negot geſtis & Alexand in l Titius, § ad Trebe 1 colum & omnino Soci conſilio 150 pe & fi colum & Decius conſilio 176 & cōſilio 445 poſt princi Et ex præmiſſis deſumi poteſt reſolutio reſolutionis, videlicet, quòd quando inter cōtendētes de re aliqua iura ſunt hinc inde omnino paria, ob quam paritatem res redditur prorſus dubia & de iure incerta, ſi eſt talis caſus, in quo reperitur iure expreſſum, quòd dirimatur iudicio ſortis, dirimetur, tenendo ſententiam Bald quæ eſt verior, vt dixi Sed ſecundum aliam magis communem, in contrarium etiam ſi non reperiatur expreſſum Si tamen ſubſit iuſta cauſa, vt quia res eſt admodum dubia, vt prædixi Decium dicere in dicto capit Licèt cauſam, adde, & eſt indiuiſibilis, dirimetur Vel ſi reperiatur expreſſum, quod fiat gratificatio, illa fiet, prout reperietur expreſſum Sin verò minimè reperitur expreſſum, & res poteſt dirimi per diuiſionem, vt quia diuiſibilis, diuidetur, per glo in d l Nenſenius Quibus ceſſantibus vel propter incertitudinem res vitiabitur, vel deciſio negotij ſi pendeat, ſuſpendetur, quouſque de re liqueat Iudex enim iurando ſibi non liquere, iudicatu illo abſoluitur, prout A Gellius ſe feciſſe narrat libro 14 noctium Atticarum, capite 2 ante finē Cuius meminit Bud in primis annotationibus pandectarum in l ſecunda, ad fin ff Si quis cautio Ex quo dicit intelligi poſſe quid verba illa ſignificent in l Si de meis, in fin ff de Arbitr ſi iuret ſibi de cauſa nondum liquere Et de his (non equidem contemnendis) in hoc articulo ſatis ac ſuper

Resolutio resolutionis

Quantum ad oppoſitionem, quā Pau de Caſt hîc dicit ſe feciſſe contra Antoni de But de iſto text ad capitulū Duobus, prope fin de Reſcript libro 6 ſuprà ſæpius allegat quia ipſemet Paul qui mouet difficultatem non ſoluit perfectè, vi notā ſolutionem, quam tradit Are in dicta l Ex duobus, in princi colum. tertia, ſuprà de Vulga & pup Quo ad declarationem datam per Barto ad iſtum text per l Ita fidei, ff de Iure fiſci, & deciſionem ex ea elicitam, Doct tranſeunt cum illa ſimpliciter Et ex ea not Pau de Caſt & dicit plures allegaſſe & idē vult Ang de

de Perig quòd pluralitas præſertim perſonarum nunquam præſumitur, niſi probetur ad quod etiam allegat alia iura Vltra quem bene facit deci ſio Bald nota in l Si qua per calumniam,in fi C de Epiſcopis & cle vbi tenet poſt Cy quòd producẽs in iudicio inſtrumentum mandati, ſemper præſumitur eſſe ille idem,de quo inſtrumentum loquitur maximè ſi apud eundem producẽtem ſint alia inſtrumenta eiuſdem cauſæ. Quæ deciſio eſt intelligenda per deciſionẽ Bart hîc, videlicet, niſi probetur, quòd alius reperitur in loco vbi inſtrumentum præſentatur eiuſdem nominis & demonſtrationis,de quibus ſonat inſtrumentum quia tunc redderetur res dubia Ad qđ vi etiã Bald in ca.2 col 2 de Conſuetu Notandum

14 † eſt etiam ex verbis Barto. quòd ius accreſendi vel non decreſcendi inter collegatarios nõ habet locum, niſi conſtet de fundamento legati, id eſt, ꝙ in perſona vtriuſque legatarij poterat valere, ſi vterq, legatarius potuiſſet & voluiſſet acceptare Nã dicit Bar ꝙ etiã ſi in caſu iſtius tex vnus Titiorũ renuntiaſſet legato,non prodeſſet alteri, niſi ille alter probaſſet, teſtatorem de eo ſenſiſſe. Quo caſu nõ eſſet opus iure accreſ quod eſt ſingu no Et ita tranſeunt Doctor Nam cùm legatum propter incertitudinem fuerit omnino impeditũ, vt per glo & Docto hic, renũtiatio vnius non poteſt tribuere ius alteri, de cuius iure nondũ poteſt cõſtare, prout neq, de iure renũtiantis quum vtriuſq, iura reſpectiuè quoad ſuas partes ſint occulta, & ꝓpter obſcuritatẽ atq, incertitudinẽ lateant

In glo vna in prin dum exponit debet, id eſt poteſt Ap per Doct ibi dũ dicit, prout eſt ibi in litera vtriq, Imò ibi ſolet eſſe litera neutri, tam in prin tex quàm in fi & ſic concordat ſecundum Paul ſed in recognitione Haloan in prima parte illius tex eſt dicto, vtrique Tamen clarior eſt litera quam retuli, prout etiam dicit Io de Imo hîc In Pandect Floren eſt litera Haloan à qua non eſt recedendum

In eadem gloſſ ibi Tunc enim res minoris pretij eſt præſtandi, &c No ex glo iſta iuncto hoc tex & coniuncta etiam l Apud Iul § Scio, ſ titu 1 in ea allega quòd incertitudo perſonarum in legando magis impedit validitatem legati, quàm incertitudo rerum ſecundum Bar Pau & Docto, Sed rectè inſpiciendo in caſu dicti § Scio, nõ eſt omnimoda incertitudo iuris præſumptione, eo quòd ius præſumit ſemper quod minus eſt venire in legato Item & in ſtipulatione, vt in l Sẽper in obſcuris, ff de Reg iuris, & in l Legato generaliter, in prin ſ. titu 1 Nam ſi non apparet quod eſt minimum, vitiatur legatum, ſecundum Ioan de Imo. in l *Si ſeruus plurium*, § fin ſ titu 1 *Et ſic* omnibus exiſtentibus paribus, idem videtur dicendum in incertitudine rerum, quod dicitur in incertitudine perſonarum Cogita, quia vltia & contra mentem Doctor hic, & in dictis ll Sed nihilo minus hæc punctuatio videtur vera, cùm de rebus ad perſonas, & econtra valeat conſequentia l Miles ita, in prin verſic. Et quia diximus, ſ de Teſta militari, cum ſimilibus

In eadem glo ibi, Qui duos, & l Si quis à filio, § Si quis, dic quòd imò illa iura loquuntur alijs caſibus, ſecundum Imo hic & Doct ibi, quos vide.

In ea glo in fin ibi ꝟ.eo l Si Titio, ſolue quòd ibi eſt locus gratificationi ante litis cõteſtationẽ, & nõ poſt, ſecundum Ang de Perig

*Summarium*

1 *Primo nominatus cenſetur magis dile-ctus teſtatori nominanti, quam no-minatus ſecundario Et conſequen-ter primo nominatus uidetur habe-re uoluntatem teſtatoris principalem & immedia-tam, ut in dubio ſit præferendus ſecundo loco nomi nato*

2 *Idem in hæredibus primo nominati reſpectu hæ redum ſecundo nominati, ſecundum Bart & magis communem*

3 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem uoluntatis.*

4 *Primo nominatus in ſcriptura præſumitur prin cipalis, quod poteſt eſſe utile ad multa in uarijs ma terijs*

5 *Alia dubitationis ratio ultra ſcribentes ad huius tex ſecundam partem*

§ Certam.

CERTAM pecuniam legatam ſi & legatarius & ſubſtitut⁹ legatarij petat, & hæres ſoluere paratus ſit, ſi ambo defendere hęredem ſunt parati eligere debet hæres cui ſoluat, vt ab eo defendatur. Et ſi neutrius manifeſta calumnia videatur, ei potius ſoluendum cui primum legatum eſt.

ISTE § poſt Rapha fuit ſummatus cum præcedēte. Vel poteſt ſummari, vt per Bar & Io de Imo ſic Quando legatarius & is qui ſibi eſt ſubſtitutus ſimul cōcurrūt in petēdo legatū, in dubio legatari⁹ præferri debet In litera, ibi, [*Eligere debet hæres*] ſupple, q̃a ſuberat cauſa iuſta ſuſpicionis cōtra legatariū allegari per ſubſtitutū quo caſu loq̃tur iſte text in 1 parte, ſcđm Docto cōmu & declarat Ang hîc ī fi In ea litera, ibi, [*Ei potius ſoluendū*] ſupple, ſuppoſito q̆ velit ſoluere vel eligere. Ad iſtū tex aſſignantur duo principales intellectus, vnus aſſignatur per glo vt loquať in ſubſtitutione fideicōmiſſaria facta in legato Alius per Bar vt loquať in ſubſtitutione vulgari directa Qui fuit intellectus Iaco & tenent alij Doctor poſt Bart ſcđm quē poteſt procedere Et eū apertiùs declarat Rapha Cu Sed intellectū glo declarāt Bal & Pau vt per eos No ſecundū Docto. ex verſi [*Etſi neutrius.*] q̆ potiùs præſumitur pro eo qui vocať per teſtatorē per priùs, q̃ pro eo qui vocať per poſterius Et

1 ſic primò † nominatus in dubio cenſetur habere principaliter voluntatē teſtatoris nominantis eū Ad q̃d eſt etiā bonus text in l Publius, § 1 ff de Condi & demonſt ibi, [*Etenim uideri*] Et ſtatim inferiùs, dū dicit, [*Sed non eſt ueriſſimile*] quem tex Bar cōmendat in l Si cui legetur, § Hoc autē, nu 1 ff ti. 1 q̆ teſtator præſumitur potiùs dilexiſſe primum hæredem ab eo nominatū, quàm ſecundū Ex quo tex decidit idē Bar quęſtionē no in l Gall⁹, § Etiam ſi parente, nu 5 ff de Libe & poſthu. Et in effectu mēs cōcluſionis deciſiuæ ipſius quęſtionis eſt, q̆ quēadmodū teſtator prædilexit primo noīatū ſcđo noīato ita pariformiter

2 † cenſeť prædilexiſſe hæredes primo noīati hæredibus ſcđo noīati, vt eſt in caſu no & nō parū dubio per eum ibi deciſo cuius deciſionē ſequūtur magis cōiter Doct ſcđm Iaſo ibi col 7 quāuis Alex poſt nōnullos Docto teneat ibi cōtrariū Ad prædictū notabile cōfert etiā tex in l Quoties, in prin ff de Vſufru vbi ſi teſtator leget Titio & Meuio vſumfructum prędij alternis annis, & nō declarat vter eorum primò debeat, vti, frui, in dubio cenſetur voluiſſe intelligere de primo nominato ſ vt ille primo anno vtatur, fruatur, vel incipiat vti frui prædio fructuario & ſecundò nominatus

natus in ordine literę vtatui, fruatur anno ſequenti & ita deinceps per reuolutionem facto circulo Quę tex
3 ſummat ibi Bald quòd ordo † nominationis vel ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis Et prædictum ordinem dicit Bald ibi attendi non tantùm inter nomina propria, ſed etiam inter nomina appellatiua, vt quod eorum primò ponitur in ordine, cẽſeatur eſſe principale aliud autẽ cẽſeatur appoſitũ demonſtrationis cau ſa Tex eſt no in l Si ſeruus communis ita ſtipuletur, ff de Stipu ſer cuius hanc dicit eſſe rationem Bald in d l Quoties, quã l Quoties, poſt Docto limitat Alexã in l 3 § Filius, ſ de Libe & poſthu in verſic His tamen non obſtan & in l 1 ad fi C de Libe præte vi ibi illum Et prædictam l Si ſeruus communis, ad prædictum propoſitum allegat Bald conſilio 400 lib 5 vbi in nu. 10 dicit, quòd primò
4 † nominatus in ſcriptura præſumitur principalis Ad prædicta confert etiam tex in l fi C de Hære inſti in verſic [Sin autem nihil tale] Vbi probatur ſingulariter, quòd ordo verborũ denotat ſecundo loco nominatum, vulgariter teſtatori ſubſtitutũ Qđ reputat ſingulariter notandum Bal in Marga in verſ Ordo Sed certè potiùs videtur ibi eſſe ordo intelle quã verborum, dum dixit, [Semproni, Plocij heres eſto] Nam ibi cenſetur eſſe hæres inſtitutus Plocius & Sempronius ſibi ſubſtitutus Et hanc vocat text. ibi conſequentiam verborum & ſic non accedit ad rem præſentem Adhæc facit q̃ illud dicitur antiquius, quod priùs ſcriptum eſt in ordine literæ l Cùm pater, § penu de Lega 2 Quemadmodum dicitur de Eccleſia parrochiali quæ priùs ſcripta eſt in ordine parrochialium, quòd præſumitur antiquior, vt in ca Mandato, de Præben & in cap penul verſic.
[Sed ſi] de Cle non reſi Quæ faciũt ad concertationem diu ventilatam, & adhuc nondum deciſam, neq, ſperatur poſt multa tempora decidi inter Eccleſiam Hiſpalenſem & Eccleſiam Compoſtellanam Sancti Iacobi Zebedæi Fertur em̃ in varijs chronicis & varijs monumentis, & inſtrumentis antiquis, & Epitaphijs ſepulchrorum & alibi ſcriptis vario modo nominari quia quandoque vna præcedit in ordine nominationis aliam. & vice verſa, alia præcedit aliam Et iſtud notabile quod ex hoc tex colligitur debet intelligi præſumptiuè & coniecturaliter Stante itaque, aut ſuperueniente fortiori ſeu validiori cõiectura, illi erit ſtandum cũ vna præſumptio validior vel efficacior tollat aliam præſumptionem minus validam, ſeu minus efficacem, vt in l Diuus, cum glo ibi in parte, exiſtimari, in prin ff de In integ reſti & text in l Si qui adulterij, C de Adult. ſecundum Bal in eadem l Quoties, de Vſu fru 2 lectu Cætera in materia ordinis videnda ſunt per Bar. & Docto in l 2. § Priùs, ſ de Vulga & pupi Et in quantum Bart vltimo loco opponit de l Si à pluribus, in prin ſ tit. 1. & reſpondet poſt Dy quòd iſte tex. loquitur in legatario concurrente cum fideicommiſſario in petitione legati. quo caſu aliquando præfertur legatarius fideicommiſſario, aliquando è contrario pręfertur fideicommiſſarius legatario Tamen ibi loquitur in mero exequutore qui ſi cõcurrat cũ legatario, legatarius indiſtinctè præfertur licèt ipſe exequutor haberet ei reſtituere. Et quãuis Pau de Caſtr. hîc ſequatur iſtud, tamen in eadem l. Si à pluribus, in prin vocat illũ hæredem executorem mixtum. Sed fortè Bar & Docto hîc ex eo vocauerũt

 illum,

illum, exequutorem merum, quia licèt tanquam hæres percipiat commodum hæreditatis, non tamen percipit illud tãquam legatarius ex eodem legato per eum alteri reſtituendo Et licèt non ſit recedendum à cõmuni ſolutione Doctorum, tamen rectè inſpiciendo illum tex non debuit ſignari pro contrario, quia ibi non apparet, legatarium concurriſſe cum hærede eodemque exequutore Neque poteſt ille dici concurſus, ſiue legatarius petat ab hærede, eodemq́, exequutore ſolo ſiue vnà cum alijs cohæredibus pro parte cuiuſque hæreditaria Et ſic non eſt cõtra

5 Non eſt prætermittendum † vltra Docto quòd ad iſtum text in ſecunda parte poteſt ſignari alia ratio dubitationis, quàm ratio ſuſpicionis ab eis ſignata, videlicet, quòd legatari' erat grauatus reſtituere ſtatim per fideicommiſſum alteri, & ambo, ſcilicet legatari' & fideicõmiſſarius cõcurrebant in petendo, & legatarius dicebat ex volũtate defuncti primò ſibi dandum legatum, & per eũ fideicommiſſario reſtituendum Fideicõmiſſari' autem allegabat, quòd imò priùs ſibi in continenti dari debebat ob euitãdum circuitum. Item quòd nihil intererat legatarij ſibi, id eſt ſecundo legatario vel fideicommiſſario dari, eo quòd ſtatim ſibi reſtitur' erat Vnde videbat' dolo facere, per regulam l Dolo facit, &c Et ſic neuter eorum erat in vera calumnia Comprobatur iſtud in ſimili Nam ſi obligo me promiſſurum tibi centũ, hoc ipſo videor tibi centum promiſiſſe ſecundum Ioan And in addi ad Spe in titu alias rubrica de Obligat & ſolu quam deciſionem commendant Alex & Iaſo in l Cùm fundus, § 1 ff Si cert peta in lecturis & ibi etiam idem Alex in addi ad Bar vbi multa alias ſuperaddidi ad prædictã additionem Alexan quia illa deciſio Ioan And non eſt omnino expedita Sed ea ratione nõ obſtante in hac ſecunda parte tex deciditur contrarium Quia in hoc caſu non reperitur iure cautum, quòd ſecundus legatarius, cui primus rogatus eſt reſtituere, habeat actionem contra hæredem niſi ſibi cedatur à primo, vel ꝑ primum legatarium, & de perſonali actione ex teſtamento patet ex l Imperator, in prin ꝟ eo titu & ex l Si legatarius, ꝟ titu 1 allegatis per Barto hic, de Rei vendicatione, eſt glo ordina in l 2 in parte, In rem, in verſic Item dic idem, C Communia de legatis intelligendo eam vti declarat Pau de Caſt ibi Et per hanc ratiõe dubitandi patet, quòd iſte ſecundus legatarius, idemq́, fideicommiſſari', etiam abſque alia allegatione iuſtæ cauſæ ſuſpicionis cõtra primum poteſt rationabiliter tentare concurrere cum primo, & non dicitur eſſe in calumnia Et verificatur planè iſta litera, quę videbatur prima inſpectione habere difficultatem quia nõ videtur ſe excuſare à calumnia fideicommiſſarius volens concurrere cũ legatario, qui tenebatur ſibi reſtituere legatum, & ipſe debebat de manu ipſius recipere Et ſi fortè dicatur, ꝙ habet ſaltem hypotecariam vtilem contra hæredem, prout tenet Barto & Doct hìc, reſpondetur, quòd imò illam non habet, vel ſaltem eam non poteſt exercere contra hæredem, niſi in caſu vbi cauſa legitima ſuſpicionis allegaretur, probareturq́ue per eundem ſecundum legatarium, ſeu fideicommiſſarium contra primum legatariũ, vt patet ex dictis circa iſtũ intellectum per Bart & Doctor hìc

In gloſſ ſubſtituti. Iſte intellectus

glo approbatur cõmuniter per Doctor quia ſi eſſet ſubſtitutus directò, eo ipſo quòd legatarius vellet legatum petere vel acceptare, ſubſtitut⁹ directò eſſet refellendus Iſta tamen lectura quæ habet, quod tex iſte loquatur in ſubſtituto vulgari, poteſt ſaluari, vt per Bar hic, & Doct & declarat Raph Cu hic ad ſi qui tenet illam, & non tenet prædictam lecturam glo de fideicommiſſario ſubſtituto, & ſic quòd hic ſubſtitutus vulgaris dicebat legatarium repudiaſſe, vel quòd erat inhabilis, & quòd ea ratione nõ poterat admitti, & quòd remãſerit legatum cum onere apud ipſum hæredem Ex qua allegatione res facta eſt dubia Ideo hæres videns quòd nõ eſt victurus in cauſa, poteſt dicere, nolo litigare, & poteſt vnum eorum eligere, ita vt caueat de defẽdendo eum contra alium Tamen dicit text quòd pro primò nominato, & ſic pro legatario præſumitur ſecũdum Rapha poſt Bart & Docto qui licèt teneant alium intellectum de fideicommiſſario, tamen etiam tenent iſtum, quòd loquatur etiam in ſubſtituto vulgari, qui ſecũdum eos poteſt procedere in caſibus ſ memoratis Regulariter autẽ minimè, vt in prin huius glo dixi

In glo ſi ibi, vt quia alij daturus, vel ſtatim conſumpturus, intellige hanc glo etiam in caſu dubitabiliori, videlicet quando fideicommiſſarius fatetur legatarium acceptaſſe ſed dicit vel allegat priùs ſibi debere reſtitui ob id, q̃a timet euenire poſſe ea, quæ in hac glo ponuntur ſecũdum Bald & tunc ſenſus gloſſ in intellectu huius text eſt, quòd ſi cauſa allegata per fideicommiſſarium appareat eſſe legitima cauſa ſuſpicionis, ob quam legatarius nõ ſit admittendus, poteſt hæres eligere vtrum ex eis voluerit, recepta cautione, & ei ſoluere, ex quo quilibet offert cautionem Sed ſi legatarius nõ offerret, poſſe hæres recuſare ſoluere legatario, niſi caueret poſtquam eſt in hæredis electione, cui ſoluat Sed ſi non appareat de legitima cauſa, debet ſoluere legatario abſq; cautione, ſecundum Pau de Caſt Et per hæc remanent etiam expeditæ gloſſæ

## Summarium.

1 *IN legatarium partis hæreditatis tranſeunt iura actiua & paſſiua, & poteſt pro rata conuenire debitores hæreditarios, & per eoſdem credito res pro eadem conueniri, ſed in utroq;, uel quoad utrunq;, ſecus eſt in legatario partis bonorum, in quẽ iura prædicta non tranſeunt, ut pote rei certæ particularem ſucceſſorem.*

2 *Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorẽ, ut per eam talis poſſeſſor conueniri ad fundum poſſit, quia non poteſt*

3 *In quo ſit hodie innouatio per l 20 Tau ad §. Cum bonorum, l non Amplius, cum l ſequenti poteſt*

4 *Non ualet diſpoſitio teſtatoris præcipientis filio, quod ſit contentus certa pecuniæ quantitate pro ſua legitima, quin filius poteſt uti iure ſuo & petere, ſibi legitimam aſsignari in rebus hæreditarijs, dum tamen non in omnibus ſed in quibuſdam arbitrio iudicis et adiudicandis*

5 *Ratio differentiæ de iure communi inter legitimam parte una, & alias bonorum quotas parte altera.*

6 *Quando factum ex l diſpoſitione eſt in obligatione, obligatus tenetur præciſſe, neq; lib ratur ſoluendo intereſſe uel æſtimationem*

7 *Cauſa primitiua & originaria eſt in actibus attendenda, & conſideranda potiſsimum ac regulariter*

8 *Intelle ad uerſic Poſt quod Senatus conſultum, § Sed quia hæredes, ultra Docto*

9 *Alius intellectus ultra Docto ad eundem § Sed quia hæredes, Inſti de Fideicom hæredi in uerſ. Poſt quod ſenatuſconſultum*

10 *Iſtius tex differentia inter quotam partem hæreditatis, & bonorum quotam, non eſt quoad ſubſtantiam uel eſſentiam ſolida quia re uera iſtæ quotæ non differunt inter ſe eſſentialiter, neq; ſubſtan-*

*tificè, poteſt tamen operari quoad quid uel accidentaliter, ut ſupra proximè declaratum extitit.*

11 *Prædicta l* Tau 21 *nō corrigitur l* 1 C Si cer*peta neq; iſta l* Cum autem *pars bonorum.*

12 *Intellectus uerus & aptus ad L* Qui filiabus, *§ ſi ſupra titu* 1

13 *Agitur in ſequenti haud impertinenter, licet obiter, de intellectu l* Fo *de las mandas* 9. *in ordine. Et ll* Taurinarum *idem diſponentium circa meliorationes tertiæ & quintæ bonorum*

14 *In legato facto de parte acquiſitorum matrimonio constante per alterutrum coniugum alteri, ſub appellatione bonorum ueniunt, etiam debita & onera pro eadem parte*

15 *Melioratio quæ ex ll* Regiarum *permiſſu fit per patrem uni ex filijs non capitur per talem melioratum medıatè neque immediate ab illis ll* Sed *ab ipſo patre meliorante eodemq; diſponente*

16 *Vbi conſtat de patris meliorantis uoluntate melioratio de certa parte bonorum per eum facta cenſetur facta de quota parte hæreditatis.*

17 *Suſtinetur in ſequenti differentia deſignata per hunc tex cum l ſequenti inter quotas partes bonorum & hæreditatis, ut hodie minime corrigatur*

18 *Concluditur hic meliorationem factam de parte hæreditatis uerti in fideicommiſſum uniuerſale de eademmet parte cum declaratione quæ continenter ſubſequitur.*

## § Si cui.

SI cui certam partē hæreditatis legauero diuus Adrianus reſcripſit, vt neque pretia manumiſſorum, neque funeris impenſa deduceretur.

## L Cùm autem.

CVM autem pars bonorum ita legatur, Bonorum meorū quæ ſunt cùm moriar, & manumiſſorum pretia de medio deducenda ſunt

SEcundum literam Haloan. ita eſt iſta litera, ſed ſecundum co impreſſionem eſt verbum, do, poſt verbum, moriar Tamen in Pandectis eſt dos ante dictionem, & poſt ſemipunctū ſignatum poſt verbum moriar & ſic refertur ad debitum dotis, & ſic duæ literæ procedunt Sed illa, do, minimè quia nō poteſt ſtare ſalua ratione recta ſermonis

Continuatur, & legitur communiter cum iſto § Sicui certam, eodēque vltimo, l ſequens, Cùm autem pars bonorum Et vterque tex ſecundum Bart & Doctor ſummatur hoc modo Quando legatur pars hæreditatis, intelligitur legata cum honoribus & oneribus Si autē legetur pars bonorum, intelligitur oneribus & debitis priùs deductis per hæredem de aceruo ipſius hæreditatis Et eſt communis omnium intellect⁹ poſt glo in lectura vltima

In text ibi, [*Impenſa*] ſcilicet facta per alium & per hæredem nondum ſoluta, ſecundum Dy & Doctor vel etiam facta per hæredem qui mutuatus fuerat pecuniam ab alio ad illam impenſam faciendam, quæ pecunia erat ſoluenda de hæreditate ſecundum Pau de Caſt

In vltimo verbo, ibi, [*Deducerentur*] ſupple, neque debita, neque alia onera In l ſequi Cùm autem pars, ibi, [*Deducenda ſunt*] ſupple, & omnia alia debita & onera hęreditaria, exceptis legatis cōſiſtētibus in quātitate, quę poſſunt pati defalcationē per l Falci Quia illa non deducuntur de legato partis bonorum, imò talis legatarius tenebitur pro rata ad eorum ſolutionem niſi aliud appareat de voluntate teſtatoris, ſecundū Bart & Rapha Et licèt Ange de Peri dubitet, non tamen videtur diſcedere à Bart cum

quo

quo tacitè tranſeunt Pau & Ioan de Imo hîc,& ita proculdubio eſt tenē dum

Rationem differentiæ inter hos duos caſus ponit gl hic in fi ſcilicet ex vi & ſignificatione iuridica horũ terminorum, hæreditas, & bona, vt hic declarant Imo & Ange Periglꝰ Suppono (priuſquā ad alia deueniā) quòd in his textibus Iureconſultus non loquitur de debitis propriè ſumptis,ſed de debitis impropriè,hoc eſt de his quæ habentur loco debitorũ, ſiue loco æris alieni quum non fuerint per teſtatorem contracta Sed quod per hunc tex in illis deciditur, habet locum & à fortiori in debitis propriè ſumptis ab eodem teſtatore nunquam contractis,per l Non ampliùs, § 1 ſ titu 1 & l Subſignatum, § Bona,ff de Verb ſignifi ſecundum Ange de Perig Et eſt de intentione aperta Pau de Caſt & cæterorũ Doctorum hîc & alibi hoc modo allegā tium & intelligentium hunc text cum l ſequē poſt glo ſecundum literam Pandectarũ,in quibus habetur, dos,vt prædixi in prin ſatis dicitur in hoc text tractari de debito propriè ſumpto, id eſt dotis & pari ratione de alijs debitis Et quatenus in his iuribus ponitur differentia inter legatum partis hæreditatis,& legatũ partis bonorum & deciditur(vt in ſummario dixi)quòd de primo legato,ſcilicet partis hæreditatis, non deducitur æs alienũ,ſeu aliud onus ſed trāſit ad talem legatarium pro rata partis rei ſibi legata De ſecundo autem legato,ſcilicet partis bonorum,deducitur quodcunque onus hæreditarium.Ex hoc reſultat primus effectus horum diuerſorum modorum legādi Secundus effectus illatiuus & declaratiuus ſiue exemplificatiuus proximè præcedentis ex hac legatorũ differentia,ſeu ex hoc vario modo legandi eſt,quia facta per hæredem inſtitutione de illa quota parte hæreditatis legata,hæres nō tenetʼ ſatisfacere creditoribꝰ pro rata illiꝰ partis ſed potiꝰ ipſe legatariꝰ Secùs in parte bonorum legata quia hæres ex aceruo hæreditatis ante omnia deducet onera & debita, & ſuo nomine ſoluet creditoribus ſecundum intentionē Angeli de Peri & reliquorum ſcribētium hic Sicque in primo caſu quando facta eſt reſtitutio partis hæreditatis legatario, ipſe poterit, & debebit conueniri per creditores actionibus hæreditarijs, ſecundum Pau de Caſt qui declarans hoc,tenet, & be-
1 ne, † q; in eiuſmodi legatariũ certæ partis hæreditatis,vtpote habētē ſeu ſubſtinētē vicē hæredis tranſeunt iura actiua & paſſiua reſpectiuè & ideo poteſt,& debet cōueniri& conueniri pro rata à creditoribꝰ hæreditarijs, vel debitores hæreditarios, vt in l 1 in prin cũ § fi & l Mulier, § vlti cũ gl ff ad Trebe Secùs in legatario partis bonorũ quia in eum nō tranſeũt iura hæreditaria actiua neque paſſiua & ſic non poteſt conueniri , neq; agere,vt in l 1 C Si cert peta & in l Ex facto,mag verſic [*Vnde ſcio quæſitũ*] ſ de Hære inſti vbi Barto expreſſim hoc tenet,& no Quod etiam ſuade-
2 tur ratione euidenti quia actiones † perſonales non ſequuntur fundum, id eſt fundi poſſeſſorem,vt in l 1 § Si hæres percepto fundo,ff ad Trebe Et tale legatum partis bonorũ adæquatur legato certæ rei vel fundi,vt in l Statim ſequente Cùm autem pars bonorũ,& in l Non ampliùs,§ Cùm bonorum,ſ tit 1 iam allega. Tertius effectus huiuſmodi diuerſitatis legādi,ſecundum Rapha & Ange de Peri hic,eſt,quòd legatariꝰ certæ,puta ſextæ partis,hæreditatis habebit talem

lem ſextam partem de omnibus rebus hæreditarijs, vt in l Nihil, ff de Verbo ſigni Quod etiam tenet Pau. de Caſt hic Sed non ita in legatario certæ partis bonorũ Nam ſi diuiſio rerum cõmodè fieri poſſit, hæres poteſt ſoluere partes rerum, vel æſtimationem partis earundẽ rerum legatæ, prout maluerit Si verò nõ poteſt fieri diuiſio commodè, hæres poteſt ſoluere vnã vel duas res ex hęreditate in qua, vel in quibus concordauerint ipſe & legatarius talis partis bonorum, vel æſtimationem eiuſdem partis bonorum, prout ſibi, ac iudici magis videbitur expedire tex eſt celebris in d l Non amplius, § Cùm bonorum, ꝭ ſæpius allegato cũ l ſequenti, incipiente, Poteſt Quos tex ſic notant ibi Docto & in ſpecie Iaſo 3 no Sed hodie illi text innouantur quoad quid per l 20 Tauri cõditam Vbi
3 deciditur, † quòd hæredes tenentur ſoluere meliorato in tertia vel quinta bonorum parte rem per teſtatorem aſſignatã pro illa tertia vel quinta parte Vel ſi non fuerit aſſignata, tenentur ſoluere in corporibus hæreditarijs ſi res inquam recipiunt diuiſionem commodam, & nõ poteſt hæres dicere ſe velle ſoluere in æſtimatione Et in hoc ſolo immutatur deciſio prædicti § Cùm bonorum. Nam in alijs quæ prædicta l Tauri diſponit, ſatis cõcordat cum prædicta l Poteſt, quæ ſequitur prædictum § Cùm bonorum, ſcilicet, ꝙ ſi res non poſſunt diuidi, vel nõ cõmodè, tunc permittitur hæredi ſoluere æſtimationẽ Quæ lex Tau in vltimo dicto eſt reſtringenda ex deciſione Bal reſtringentis illũ tex in eodẽ § Cũ bonorũ, in illo vltimo puncto (cũ quo conſonat l Tau in fi) videlicet facultatis, quã præſtat hæredi ſoluẽdi æſtimationẽ, vt nõ procedat in legitima.

Ad eandẽ l. Tau Reſtrictio, ex Bal

Ita ꝙ ſi pater relinqueret filio legitimã ſuam quo caſu debet pręſtari ęre alieno priùs deducto l Papinianus, §. Quarta, ff de Inoffi teſta Et ſic cenſetur quota bonorũ, prout cõmuniter ſolet dici, hæres non habet facultatẽ ſoluendi æſtimationẽ etiã ſi res non poſſent diuidi, vel non cõmodè quoniam legitima eſt præſtanda ex hęreditarijs corporibus l Scimus, § Repletionem, C de Inoffi teſta in verſicu [*Ex rebus patris*] iunctis iuribus dicentibus dictionẽ, Ex, deſignare cauſam proximam & immediatam l Eo tẽpore, ad fi ff de Peculio, & l 1 § Ex incendio, ff de Incen rui naufra De cuius text intellectu in prædicto § Repletionem, in eiſdem verbis ꝭ põderatis vidẽdus eſt omnino Stephanus Bertran conſilio 73 incipiente, Viſo caſu mihi exhibito, quaſi per totum, volu 2 Et redeundo ad reſtrictionem Bald in eodem § Cùm bonorum, eam tenent ibi Ange Alexã & Iaſo 3 not licèt glo ibi aliter ſentiat Imò fortiùs dicunt præfati Do-
4 ctor † quòd etiam ſi teſtator idemq́, pater relinquat certã pecunię quantitatem pro legitima nihilo minus poteſt filius refutare pecuniam, & petere legitimam ſibi ſolui in corporibus hæreditarijs, prout etiam tenet Barto nota in l Suus quoque, ad fin. prin ꝭ de Hære inſti per tex in dict § Repletionem, in iiſdem verbis Vbi idem notant Bald & Paul de Caſtr. poſt Guill de Cu & Bald in l Cùm alienam, col fi nume 11 C de Lega. Et aduertendum, quòd quando quãtitas legatur filio per patrem pro ſua legitima, filius non poteſt petere partem in omnibus rebus, ſed in vna re, vel duabus arbitrio boni viri, vt ibi tenet Barto poſt Guill Et idem eſt, quando filius eſſet inſtitutus ſimpliciter vel expreſsè in legitima, prout

ut tenet Alexand allegans & extendens prædictam deciſionem Barto in dicta l Suus quoque, in l In quantam, nume 157 ad l Fal Et idem videtur dicendum in caſu dictę l Tau & quidem à fortiori Aduertendum eſt itaque ad eandem l Tau quòd per eam non propriè corrigitur prædictus § Cum bonorum, in legato, vel prælegato certæ partis bonorũ ſed potiùs videtur concordare cum prædicta l ſequẽ quæ inchoat, Poteſt, & ſic quod in vna vel duabus rebus debeat fieri aſſignatio prælegati quando non fuit facta per teſtatorem aſſignatio aliqua Et quanquam de intentione l Taurina videatur eſſe contrarium, dum facit differentiam, an corpora hæreditaria poſſint commodè diuidi, necne Ex qua differẽtia videtur velle, quòd ſolutio vel diuiſio tertiæ partis bonorum fiat in quolibet corpore Nihilo minus tamen prædicta l videtur intelligenda, vt prædixi, quia illa verba, [*Por la parte de la hazienda*] intelliguntur, id eſt pro tertia parte in corporibus hæreditarijs, ſcilicet vno vel duobus ſoluendis pro tertia parte Quod patet quia loquitur reſpectu æſtimationis, hoc eſt faciendo differentiam inter ęſtimationem & corpora Et in quantum poſtmodum dicit, quòd ſi corpora hæreditaria non poſſunt commodè diuidi, æſtimatio detur vel ſoluatur, non ꝓpterea ex eo inferitur, quòd vbi poſſunt commodè diuidi, fiat communio in omnibus reb᷒ quia dum paulò ſuprà lex dicit, quòd ſoluitur melioratio pro parte rerum, quæ in bonis ipſius teſtatoris remanſerunt & ſic quòd ſoluatur de corporibus facientibus prædictam tertiam partẽ, non requiſiuit, quòd poſſent res hæreditariæ diuidi, vel non Nam illa differentia fit ſolummodo ad illum effectum, an ſit ſoluenda in corporibus, an verò in æſtimatione Tamen quando eſt ſoluenda in corporibus, diuiſibilibus inquam, illa lex eſt intelligenda, vt ſ dixi, in vna vel duabus rebus arbitrio iudicis ſoluendis, prout & in legitima prædixi Et quidem à fortiori quia ſi in legitima, quæ filio eſt neceſſariò relinquenda, non inducitur communio in omnibus rebus vbi magis videbatur faciẽdum ex eo quia priuilegiata, à fortiori idem erit debere fieri dicendum in legitima voluntaria, quæ eſt melioratio tertij bonorum, vel in mero prælegato quintæ partis bonorum, quòd non ſit faciẽda communio ob ingens præiudicium, quod reſultat hæredi ex tali communione generali omnium bonorum vel rerum Et hoc eſt tenendum Et redeundo ad

5 præmiſſa, † ratio differentiæ de iure communi inter legitimam & alias bonorum quotas, eſt quia aliæ quotæ bonorum debentur ex ſola hominis diſpoſitione voluntaria Et idcirco hæres iure communi attento per dictum § Cùm bonorum, non ita aſtringitur ad ſolutionem faciendam in corporibus Sed in legitima ſubeſt obligatio legalis neceſſaria quia eam capit filius principaliter de manu legis vt in dicta l Papinia § quarta & ſequenti cùm ſi Et ob id hæres tenetur præcisè ad tradendas ipſaſmet res hæreditarias & non poteſt filio inuito ſoluere æſtimationem vel intereſſe, iuxta l Si cum exceptione, § Sed & ſi qs, verſi Labeo, & § Quatenus, in primo reſpõ & in verſi Pro eo, ff Quod metus cauſa, vbi no Bart

6 q † qñ factũ i traditio eſt in obligatione ex legis diſpoſitione, tunc

Ad eandẽ l Tau

De eadem

Ad intelligẽtiam eiuſdẽ l. Tau

tunc tenetur quis præcisè facere Sic in propoſito cùm teſtator ex legis diſpoſitione per dictum § Replectionem, teneatur relinquere filio legitimam in corporibus hęreditarijs ergo hæres ipſius pręcisè cogendus eſt in illis corporibus ſoluere illam cùm eius obligatio ſecundaria ex teſtamento manans deriuetur ab obligatione legali primitiua, quæ eſt neceſſaria, & eſt maxima in iure nota
7 †quòd originalis cauſa ſemper eſt attendenda l Clam poſſidere, in prin ff de Acquirē poſſe & l Nam origo, ff Quod vi aut clam Ad illud autem quòd qui tenetur ex diſpoſitione legis facere, teneatur præcisè facere, eſt etiam bonus text in capitu 1 in fin de Sponſa & ibi ad hoc illum notant Abb Prępoſitus & Feli Hoc etiam tenet Barto in l Pomponius, la primera, nume 15 ff de Nego geſtis & Angel notabi loquens ſuper hoc articulo in l Stipulationes non diuiduntur, in verſicu Celſus, ff de Verbor obligatio vbi ad idem congerit plura iura quæ videas per ipſum Et nota Abba in capit Literas, ad fin de Reſtitu ſpoli & Bald in l Neque patronus, in fin C de Ope liber Imò ſi magis internè rem conſideremus, de qua ſuprà dixi, quando teſtator, idemque pater relinquit filio legitimam, concurrit aliud vinculum & ſic duplex ad obligationem præcisè exequendam Nā & qui tenetur facere, vel tradere ex teſtatoris diſpoſitione, tenetur ad id præcisè, prout & tenetur is qui ex diſpoſitione legis, vt tradit Barto in dicto § Celſus, quæſtione 8 & ſic duplici ex capite tenetur hæres filio præcisè tradere ſuam legitimam vbi eam debet habere voluntate patris teſtantis Quia eo caſu concurrit diſpoſitio duplex, ſcilicet & legis, & teſtatoris quarum quælibet per ſe eſt ſufficiens ad coactionem traditionis præcisè inducendam & à fortiori ſimul iuncta, quod eſt maioris influentiæ & operationis l Qui patri, in princi ff de Acquiren hæredita & l Qui ex duobus, in princ eo tit cum ſimilibus

Quartus effectus (vt præmiſſa repetam) ex hac diuerſitate legandi reſultat, ſcilicet quoad interuſuriū medij temporis ſecundum Raphae Cu vult dicere, quòd quando hæres deducit ex aceruo bonorum onera & debita, interim quòd ſoluit creditoribus poteſt ex interuſurio medij temporis aliquid lucri vel intereſſe conſequi Secùs in legato partis hæreditatis quia nihil ex aceruo deducit, priuſquam reſtituat eam quum teneatur reſtituere nihilo deducto Et iſta eſt etiam declaratio primi effectus ſ recitati in primo textuali verſicul *& quatenus*, ne aliâs videretur in totum ſuperflua deductio oneris & æris alieni, quæ fieret per hæredem, ſi vtroq; caſu, modò deduceretur, modò non, legatarius non plus vtilitatis conſequatur Erit ergo vtilitas ipſius hæredis in hoc Vel poteſt aliter declarari primus effectus exemplificatus per ſecundum ſuprà poſitum, ſecundum Paul de Caſtr Quia in caſu quando legatur pars hæreditatis & hæres nō deducit ante reſtitutionem æs alienum cum alijs oneribus hæreditarijs, legatarius ſoluit creditoribus ſimiliter è diuerſo in alio caſu quando legatur pars bonorum, hæres qui deducit, ſoluet, vt eſt dictum Fortè Pau licèt ſeſe non declaret, conſiderauit vexationem quæ poſſet fieri hæredi in ſoluendo, quando legatur pars bonorum, quæ aliâs ſolet eſſe in conſideratione, vt l Minoribus

bus 25 anno ſubuenietur, ſuprà de Mino Si enim verba Pau de Caſtr intelligerentur ſicco modo, & prout iacent, nihil aliud diceret, quàm id quod retuli ſuprà dicere Angelũ de Perigl & Doctor in ſecundo effectu ſuprà relato qui etiam eſt declaratorius primi effectus in text poſiti, vt ibi dixi, & ſuprà proximè repetij

Contra iſtum communem intellectum, qui habet, quòd legatarius partis bonorum non tenetur reſpectiuè pro rata parte ad debita & onera hæreditaria, prout intelligitur communiter hęc l Cùm autem pars bonorum, videtur text in § Sed quia hæredes, in verſicul [*Poſt quod*] Inſtitu de Fideicom hæredi vbi videtur probari, quòd legatarius partis bonorum tenetur ad onera hæreditaria interpoſita ſtipulatione, prout tenetur legatarius partis hæreditatis Necnon patitur quartæ Trebellianicæ deductionem, de quo tex. oppoſuit gloſſ in l Mulier, § fin infrà ad Trebel & opponunt hîc Ioan de Imo & Raphae Cuma & ambo quaſi vno ore reſpondent, quòd ille text intelligatur, id eſt exponatur dum dicit, [*Bonorum*] pro hæreditate Et inquit idem Rapha quòd neſcit dare reſponſum ad illum tex niſi eo modo exponatur Certè illa expoſitio nimis violat illum text Ideo aliter vltra eos videtur dicendũ, ſcilicet, quòd ex quo Senatuſconſultum Pegaſyanum quoad illum articulum non eſt approbatum imò improbatum per Iuſti ibidem quia poſtea in § [*Sed quia ſtipulationes*] ſummouet expreſſim prædictas ſtipulationes Et text in prædicto verſicu

8 † Poſt quod, in eo § Sed quia hæredes, loquatur ſecundum Senatuſconſultum Pegaſyanum, ſecundum quod legatarius ſiue partis hæreditatis, ſiue partis bonorum nulla onera ſentiebat niſi vbi eſſent ſtipulationes interpoſitæ Ergo attento iure ff remanet inter prædictas quotas hæreditatis & bonorum eadem differentia, & iſtud eſt de intentione aperti gloſſ ibi in parte, ſolebant, quam hic allegat ſimpliciter Alexand in addi ad Barto non tranſiens vlteriùs Et in quantum gloſſ ibi ad fin dicit, legatum ſiue vniuerſale, ſiue particulare tranſire cum onere, debet intelligi de legato particulari, id eſt legato partis hæreditatis, quod eſt vniuerſale item de legato vniuerſali omnium bonorum Secùs de legato partis bonorum, quod eſt particulare, vt hîc, & eſt de ipſius gloſſ intentione in quantum allegat iſtos tex aliâs diceret contra eos. Et hæc eſt expedita reſponſio nam ſuperior reſpõnſio adeò violat illam literam, quòd non poteſt ad eam adaptari. Et hîc obiter obſeruandum eſt, quòd ſecundum tranſlationem Theophili, vel ex Theophilo è Græco in Latinum nouiter euulgatam de libro inſtitutionum ceſſant iſti amphratus quia non habetur in illa litera [*Bonorum*] ſed duntaxat [*Partem*] & ſic poteſt intelligi de parte hæreditatis Vide eam, quæ eſt propria & germana ac genuina litera, vt patet ex præcedentibus, & ſequẽtibus in illo § Sed retinendo primã literam Iuſti quam habuerunt glo & Doctores ibi ſcilicet [*Pars bonorum*]

9 † conſidero deinde & ſecundo poſſe reſponderi vltra Doctores, quòd ille text non obſtet his iuribus, id eſt huic § vltimo, & legi, Cùm autẽ pars bonorum, quæ ſtatim ſequitur

Imò

Imò concordet cum eis Nam ibi dicitur, quòd ſi inter hæredem & legatarium partis hæreditatis non interponerentur cautiones, omnia onera hæreditaria remanebant penès hæredem & is qui recipiebat partem hæreditatis, habebatur loco legatarij partiarij, id eſt illius legatarij, cui pars bonorum legabatur quia cum hærede partiebatur legatarius hæreditatem Quæ enim rogo contrarietas ſtat in hoc, ſi quando ad legatarium nõ tranſibant onera, ſed manebant apud hæredem non interpoſitis (vt prædixi) ſtipulationibus, legatarius partis hæreditatis vocetur legatarius partis bonorum, cùm vtroq; caſu reſultaret idem effectus, ex quo nemo eorum legatariorum teneretur ad debita vel onera hæreditaria ſed ſolus hæres? Et certè ille text potiùs videtur cõcordare cum his iuribus, quàm in aliquo eis obuerſari Nam is in quem onera hæreditaria non tranſeunt, non poteſt dici legatarius partis hæreditatis, vt in hoc § vltimo, legis, Si quis ſeruum ſed potiùs partis bonorum, vt in l Cùm autem, ſtatim ſequenti Iſta enim eſt propria & realis differentia inter hos legatarios Et hic eſt nitidus intellectus ad illum text vltra omnes Doct hîc, & ibi, & in d. l Mulier, § fin vbi gloſſ mouit iſtam difficultatem, & Doctor eam tractant Sed nullus quem viderim aduertit ad has conſiderationes reſponſiuas, quas ſuprà feci Item in quantum prædicta gloſſ in dicto § Sed quia hæredes, in verſi Solebant, in principi dicit, illud eſſe de iure vetuſtiſſimo, meliùs dixiſſet de media iuris prudentia Nam inter Neronem & Iuſtinianum Imperatores, illud fuerat Veſpaſiani temporibus ſtatutum, vt ex ſerie literæ ibidem patet.

Et obſeruandum eſt, quòd in quantum Paul de Caſtr hîc ſentit, quòd effectus deciſionum iſtarum ll quoad ſolutionem debitorum & onerũ ſit modicus, & parua vtilitas ex eis reſultet quia ſecundum eum non minus (quoad effectum inquam) habet legatarius certæ partis hęreditatis ſoluto per ipſum ære alieno, quã legatarius certę partis bonorum eodem non ſoluto Et ſic ſecundum eundem Paul vt eſt prædictum ſuprà in ſecundo effectu, ſolùm eſt differentia in modo ſoluendi quia facto legato certæ partis hæreditatis, legatarius ſoluit onera & debita ſed facto legato partis bonorum, ſoluit hæres, vt ſuprà declaraui Et tamen quoad effectum tantundem vtilitatis conſequitur legatarius partis hæreditatis, quantum legatarius partis bonorum Nam quod per ſe ſoluit legatarius partis hæreditatis creditoribus ſoluit etiam legatarius partis bonorum, ex quo prius fit illi detractio per hęredem Tantundem enim detrahitur per ipſum hæredẽ legatario partis bonorum, quantum datur legatario partis hæreditatis, vt ipſe per ſe ipſum creditoribus ſatiſfaciat Et ſic in effectu & re ipſa vterque legatarius, tam partis bonorum, quàm hæreditatis, videtur obligatus oneribus hæreditarijs pro rata ſuæ portionis Quæ conſideratio eſt etiam de intentione Raphae Cuma hîc, dum inquit, has ll ponere quoad hanc onerum & debitorum deductionem, circuitum Sed eius quod retuli ſuprà proximè Paulum de Caſt dicere, contrarium vult Decius, in conſilio 387 ad fi dum in oppoſitum allegat iſtũ text qui tamen nihil probant. Et ideo in fin verbis videt tranſire cũ Pau de Caſt. in prædicta cõſideratione
9 †Et re vera bene videtur

videtur loqui Paul de Caſtr item & Rapha. dum dicunt, quod reſpectu vtilitatis (legatariorum inquã) non eſt differẽtia eſſentialis inter vnum legatarium & alium quia per vtranq; viam vterq; legatarius idem & nõ plus conſequitur licèt reſpectu hæredis, vt ſuprà dixi de interuſurio medij temporis, & quoad alios effectus, quorum ſ. meminimus item quoad modum ſoluendi æs alienum poſsit notari differentia inter hos duos modos legãdi Sed eſt differentia accidentalis & cõſequutiua, ſiue minus principalis, quã hi text pro maiori materiæ declaratione ſignare voluerunt non autem eſſentialis & quidditatiua, prout Artiſtæ nominant

Opportunæ aduertentię ad reſolutionem intelligentię horũ textuũ per adaptationẽ ad ll reg

Nunc autem videnda ſunt duo. Primum, an quod hîc dicitur de legato partis bonorum ſit innouatum per ll reg Secundum, an ſit etiam facta aliqua innouatio circa legatum partis hæreditatis Quoad primũ videtur dicendum, quòd iſtud ſit innouatum circa partem bonorum per l 21 in ll Tau. vbi dicitur, quòd melioratus per donationem vel legatum in tertia bonorũ parte, quod quidem donatum vel relictũ eſt quid particulare, tenetur pro rata ad debita defuncti. Sed certè lex illa loquitur in illo caſu ſpeciali, vbi talis melioratus repudiaſſet inſtitutionem Nã ob præſumptã fraudem, qua mouetur Iureconſultus in titulis, C & ff Si quis omiſ. cauſ teſta Illud in ſimili hoc caſu ſtatuitur per l. Tau ſ. allega. quia re ipſa videtur deprehendi fraus contra melioratum dum repudiando inſtitutionem vult in totum ſeſe exonerare oneribus hæreditarijs, & accipere cõmodum meliorationis & ſic nõ corrigitur l. 1 C Si cer peta vbi deciditur, quòd prælegatarius nõ tenetur ad onera pro parte prælegati. Nam & hodie per dict. l. Tau prout olim erat ſtatutũ per dict l 1 acceptando partem inſtitutionis ſolùm tenetur pro ipſius inſtitutionis rata quia continet iura & actiones, & nõ pro modo prælegati, quod iura & actiones non continet, vt per Bart & Docto hîc & eſt tex optimus vltra illum ad id quod prælegata vel meliorationes ſint legata particularia, in l

10 1 § Si quis ex mortis, ff Quorũ lega † & ſic per l Tau non corrigitur prædicta l 1 Si cert pet quum loquatur (vt dixi) in caſu ſpeciali & à fortiori neq; iſta l Cùm autem pars bonorum, corrigitur neq; in aliquo per illam innouatur imò effectu concordant ſumpto argumento ab ſpeciali Et ſi fortè dicatur, quòd repudians inſtitutionẽ, & agnoſcens prælegatum vel meliorationem nõ dicitur fraudare, ex quo facit lege permittente, vt in l Qui filiabus, § fin cum l ſequenti ſ. titu. 1 † 11

Animaduerte.

Ad hoc reſpõ quòd illa l permittens hęredi eidemq; prælegatario repudiare inſtitutionem, & acceptare prælegatum, debet intelligi ſine nocumento alterius cohæredis, & abſque ipſius notabili præiudicio, vt in l Nec auus, C de Emãci li cum ſi Non enim eſt credendum, legem permittere hæredi repudiare inſtitutionem, & amplecti prælegatum, vt alter cohæres ſubeat omnia onera hæreditaria ob quæ non ſubeunda fortè idem cohæres repudiaſſet totam hęreditatem, hoc eſt tam portionem per eum agnitam, quàm etiam portionem accreſcentem & repudiatam per cohæredem prælegatarium, vt in l Cum hæreditate ſ. de Acquirend hæred quia ſecundum hoc eſſet præſtare occaſionem deſtitutioni teſtamẽti quod nõ eſt veriſimile legem voluiſſe Cùm imò lex ipſa tueatur voluntatem teſtatoris quantum poteſt & ſequatur eam indiſtinctè, ſi legibus & moribus

congruat l 1 C de Sacroſanct eccle & l fin poſt princi C de Neceſſa ſer hæ inſtit vbi formaliter text dicit, [*quia ſemp veſtigia ſequimur uolútatis teſtatorũ*] Per quam literam dicit Bal ibi, quòd iudex debet ire poſt volũtatẽ teſtatorũ, ſicut venator poſt leporem Ad qđ facit, ſi bene ponderetur, text duarũ legum hîc in glo allegatarum, ſcilicet l Apud celſum, § Si ex vncia, ff de Doli excep & l Filio, ſ titu 1 de Lega 1 vbi dicitur, quòd iſtud, ſcilicet repudiare inſtitutionem, & acceptare prælegatum, permittitur à iure hæredi ne moleſtijs negotiorum hæreditariorũ implicetur cũ boni viri peculiare ſit lites execrari, vt in l Item ſi res, § fin ante fin ff de Alie iudi mutan cau.facta Non ergo lex concedit hæredi repudiationem inſtitutionis, & acceptationem prælegati, cum prę iudicio alterius cohæredis, vt ille etiã teneatur ad debita concernentia partem ipſius repudiãtis, & ipſe illis exuatur ſed ſolùm vt ipſe repudians non implicetur moleſtijs & negotijs hæreditarijs, & illis exuatur De oneribus autem vel debitis transferendis in cohæredem, verbum nullum fit in illis iuribus Nam bene ſtant ſimul hæc duo Et quòd per repudiationem portionis inſtitutionis hæres exuatur negotijs, implicationibus, & moleſtijs, quas ꝓ illa parte teneret̃ ſubire & ꝙ teneat̃ ad onera debitorũ ꝓ parte reſpectiua ipſius prælegati vel meliorationis & ſic in quantũ Pau de Caſt in d § fi l Qui filiabus, ad fi lòquit̃ de oneribus allegando dictam l Filio, debet intelligi de oneribus implicationum & moleſtiarum pro illa parte non de oneribus debitorũ pro ſua parte prælegati Et idem ſi intelligatur de debitis quia debet ſubintelligi pro rata portionis inſtitutionis, non pro rata prælegati Nam illis non exuitur repudiat one portionis hæreditarię Intentio etenim manifeſta titulorum, C & ff Si quis omiſ cauſ teſta refragatur huic prælegatario repudianti portionem inſtitutionis, & acceptanti prælegationem vel meliorationẽ Nam ſi ibidem cauetur, quòd hæres ſcriptus, qui poterat etiam ab inteſtato ſuccedere, ſi ex capite teſtati repudiet, ex alio capite inteſtati agnoſcat hæreditatem, tenetur nihilominus ſubire ſolutionem legatorum in teſtamento relictorum ergo à fortiori teneri debet talis prælegatarius in propoſito noſtro ad ſolutionem debitorum ſi repudiet partem inſtitutionis, & agnoſcat prælegationem Argum l fin ante fin C de Codi ibi, [*Non enim par eademq; ratio eſt, debita amittere & lucra non capere*] Nam quemadmodum eſt magna differentia inter legatarium, & creditorem propriè ſumptum ita debet eſſe inter legatarium qui prætendit ſe exonerare ab onere ſoluendi debita, & alium, id eſt, cohæredem adeuntem quum prætendat cauſam onèroſam non ſubire, paſsiuè inquam Si enim lex reſeruat ius ſaluum legatarijs hærede repudiante ex teſtamento, eodemque adeunte ab inteſtato propter præſumptam fraudem ſupradictam ergo à fortiori cenſetur reſeruaſſe ius ſaluum alteri cohæredi ne ad integra debita teneatur quum non ſit rationabile quòd melioratus ſciens, vel qui ſcire præſumitur partem inſtitutionis ab eo repudiari quia illa non eſſet ſoluendo, vt in l Sed ſi non aliâs, quæ ſequitur dictam l Filio, oneraret alium hæredem in exuendo ſe oneribus etiam prælegati pro rata illius Ad quod declarandum manauit hodie prædicta l 21 Taur quæ non corrigit l Qui filiabus, § fin ſed declarat illam habere locum quo ad repudiationem, quã per- Ad l 21, Tau declaratio

permittit hæredi facere de portione inſtitutionis ita demum vt iſte repudians partem inſtitutionis, & agnoſcens prælegatũ teneat ad debita pro modo prælegati Sed alius hæres teneatur ad onera pro parte ſuę inſtitutionis,& ꝑ alia parte inſtitutionis accreſcentis,vt putà ſunt duo hæredes inſtituti, vni eſt factum prælegatum tertię quintę partis bonorũ, & ſic ex tota hęreditate diuiſa, prout hodie diuiditur in 15 partes meliorat' habet 7 pro ſua melioratione,reſpectu quarum tenetur ad onera,& quatuor pro ſua inſtitutione pro quibus non tenetur,quia repudiat, ſed tranſeunt onera illarum vnà cũ tali inſtitutione accreſcente ad alium hæredem habentē alias quatuor pro ſua inſtitutione poteſt tamen omnibus octo partibus exui per l. Cum hæreditate,ff de Acquiren hę & tunc non tenebitur ad onera pro vnis,neq, pro alijs In hære de autem meliorato acceptāte nihil eſt innouatum per illam l Taur neq, per aliquam aliam l reg quam viderim & conſequenter l 1 C Si cert peta.remanet illęſa, quod eſt veriſsimũ, quicquid alij ſentiant in propoſito & quidem perperã & inerudite Et adde quę circa iſtum articulum tradidi, vbi idem concluſi in repe l 3 § fin 5 aſſertione reſolutoria, ff de Hære inſtit vide ibi,quia latiùs tetigi iſtum articulum quàm hîc Ex quibus patet,ꝙ ſi pater hodie filio ipſius inſtituto in parte cũ alio fratre melioret eum in tertio aut quinto vel vtroq, bonorũ qui quidem filius inſtitutus adeat inſtitutionem Item etiam agnoſcat meliorationem, non tenebitur ad onera hęreditaria niſi pro modo aut rata inſtitutionis non autem meliorationis,

12 vt in d l 1 & hic Sed † ſubeſt dubitatio circa hoc,quum per l Fori,quę eſt l.9 titu Delas mandas, lib 3 Foro ll. Itidem per ll Taur conceditur patri meliorare filiũ in tertio & quinto bonorũ, An verbũ, Bona, debeat generaliter ac indiſtinctè intelligi, vnà cũ oneribus & honoribus & debitis hæreditarijs quod æs alienũ vocam'. Et videtur quòd ſic,per l Princeps bona, ff de Verbo ſignifi & quod ibi Barto. tenet,videlicet quòd in beneficijs & priuilegijs principum, bonorum appellatio intelligitur largè Idem etiã ſi proferatur à lege ſcripta, vt in l Si marito,in princip ſ Solut matr & l 2 C ad l Iul de vi pu & l 3 in princip ff de Bono poſſ titu gene licèt Bart alleget corruptè l 1 de Bo auto iudi poſsi Sed re vera illa doctrina Bar non accedit ad propoſitum de quo agimus Nam primæ duę ll per Barto. allegatæ, lòquuntur, quando à lege fit mentio de parte bonorum in materia confiſcationis, in qua fiſcus eſt vniuerſalis ſucceſſor vel quaſi, vt in l. Quoties, ad fin ff.de Noua & vt talis ſucceſſor vniuerſalis teneatur ad onera & debita reſpectu bonorum ſibi acquiſitorum ex tali titulo confiſcationis,vt expreſsim dicũt leges per Bart allegatæ, ſcilicet, dicta l Si marito, in princip & dicta l 2 cum glo. Ad hæc dicta l 3 in princip. nihil facit ad rem de qua agimus quum etiam loquatur,quando fit mentio de bonis vniuerſaliter, id eſt,de omnibus bonis,vt patet ex concordantijs gloſ ibidem, & tenet Barto. ibi poſt princip Et licèt Barto ibi dicat approbando gloſ. legis primæ eodem titul. quòd aliud eſt, quando profertur in contractu, & aliud quãdo profertur à lege quia primo caſu bona intelliguntur deducto ære alieno ſecundo autem caſu, minimè Loquitur tamen Barto eodem caſu, ſcilicet quando appellatio bonorum eſt vniuerſalis, vel ſimplex abſque partis nominatione, quod in

Attē diuiſionem hæreditatis qua hodie ꝑ ſsimus vtimur , vt poteſt facilius ad deducendam meliorationem 3 & 5 partis bonorũ, vel alterutrius ex eiſdem

Lex 1 C Si cert peta

idem recidit quia loquitur in caſu eiuſdem l 3 quæ lex procedit, & loquitur eo caſu, quem ſuprà dixi Et patet ex l quam pro contraria allegat Item quòd deciſio Barto ita ſit intelligenda, videlicet, in confiſcatione partis bonorum quo caſu pars quæ fiſco applicatur, eſt quota hæreditatis. quia eſſet abſurdum, quòd bona publicarentur ære alieno deducto, tenet Decius in conſi 387 incip Quæritur an dominus Sigiſmundus, ad fin vbi licèt non alleget Bart in dicta l Princeps bona, allegat tamen Pe & Cy in ead l 2. ex quorum dictis patet, quòd deciſio Bart eſt intelligenda ſecũdum illas ll quia ante Barto idem dixerunt illi Docto antiqui ſolennes, quod ipſe Bar poſtea dixit videlicet, quòd quando quota pars bonorum profertur à lege, intelligitur generaliter, deductis oneribus niſi in caſu vel caſibus, vbi ſecundum materiam ſubiectam pars illa eſſet accipienda pro quota hæreditatis Et iſta verba (propter materiam ſubiectam) ponit expreſſè Decius vbi ſ quæ ſunt bona verba, & notanda in propoſito Et circa dictam l Princeps bona, vide plura, quæ in hoc propoſito tradidi in relectione § fin l 3 ſ de Hære inſtit prope fin in verſicu Non etiam

13 obſt l Princeps bona †Ex hoc poſſet dici, quòd ſi maritus legaſſet vxori partem lucrorum, ipſi marito acquiſitorum conſtante matrimonio, etiam ſub appellatione bonorum, dicendo quòd legabat ſibi bona acquiſita, &c cenſeatur quodammo- legata pars hæreditatis & tranſirent omnia onera pro parte illa quia ſubiecta materia hoc dictat, quum pars lucrorum ex diſpoſitione l Styli 207 communiter vſitatæ ſapiat quotam hæreditatis Nam vnuſquiſque coniugum tenetur pro parte lucrorum ab eo agnitorum pro rata ad debita alterius per illam legem Et ſic materia illa ſubiecta id poſtulat præſertim quia per prædictam l Styli tale onus cenſetur eſſe reale, & habere parilem concõmitantiam cum lucro Redeundo itaq, ad præmiſſa, ſi Bar & Docto intelligantur loqui de parte bonorũ, debẽt reſtringi ad ll quas allegant Si verò de bonis ſimpliciter, prout re vera loquuntur, dum allegant dictam l Princeps bona, vbi gloſſ idem tenet, & eorum deciſio ad rem noſtram nihil confert Quæ omnia de plano videbantur procedere niſi autoritas Pauli de Caſtro in prçſentiarum refragaretur qui tenet expreſsim, quòd indiſtinctè quãdo bona deferuntur, ſiue in totum, ſiue pro parte ex legis diſpoſitione, ſemper intelligendum eſt deducto ære alieno Sed quia Paul de Caſtr non allegat niſi l 2 ſ allegatam, C. ad leg Iul de vi publica, debet intelligi id quod dicit eodem modo, vt ſuprà dixi ſcilicet, niſi materia ſubiecta aliud ſuadeat Vel poteſt aliter reſponderi ad id quod Paul hìc dicit, negando quòd in caſu de quo agimus, ſcilicet, quando pater meliorat filium in tertia bonorum parte, bona deferantur ex legis diſpoſitione ea ratione, quia diſpoſitio legis principaliter cõſideratur à cauſa proxima & immediata & non à remota, niſi à longè & minus principaliter Illa enim cauſa potiùs attenditur, quàm hæc gloſ eſt ordinaria in l Si mulier, in gloſ vna, ad fin ſ Rerum amotarum. Quam ad id notat Oldra conſil 27 Ad idem eſt etiam bonus text in l Socium qui in eo, § 1 ff Pro ſo quem Barto commendat in l Sed & ſi plures, § In arrogato, ſ. de Vulgar & pupil & in tractat de

de duob fratrib nume 1 1 Modò ita
eſt, quòd lex permittit patri meliora-
re filium in tertia bonorum parte ſed
pater immediatè meliorat eum · er-
go pater eſt cauſa proxima & imme-
diata, & ab eo filius capit immediatè,
& non à lege: & conſequenter talis
melioratio non poteſt dici deferri ad
filium à lege, quæ re vera nihil detu-
lit ſed potius à patre, qui immedia-
tè meliorationem ſibi contulit Et
quòd Docto loquantur de delatio-
ne legali partis bonorum, facta pro-
ximè & immediatè per legem, patet
expreſsè ex verbis eorundem vbi ſu-
prà allegatorum, & eiuſdem Pau de
Caſtro hîc, dum loquitur per dictio-
nem, ex, quæ ſui natura denotat cau-
ſam proximam & immediatam, vt in
l 1 § Ex incendio, ff de Incend rui.
naufra & in l Eo tempore, in fin ff.
de Pecu ℨ allegat. Et notant Ange.
& Sa in l vna, C Si ſer exte. ſe emi
manda. ſuper gloſſ. Præterea, & for-
14 tiùs dici poteſt, † quòd talis melio-
ratio partis bonorum, facta per pa-
trem filio, non cenſeatur deferri
ex legis diſpoſitione, etiam mediatâ
& remota quia leges regni diſponẽ-
tes, quòd pater poſsit meliorare in
certa parte bonorum, loquuntur, vt
proximè dixi, permiſsiuè & conditio-
naliter, id eſt, ſi pater voluerit pro-
vt loquitur prædicta lex fori, ibi dum
dicit, [*Puedeſi quiſiere,*] nõ autem loquũ
tur præceptiuè, vel diſpoſitiuè, ſeu ne
ceſſariò Et ſic verè ac propriè poteſt
dici, quòd melioratio de parte bono
rum nullo modo deferatur ex diſpo-
ſitione legis · cùm permiſsio non in-
ducat neceſsitatem, ſeu abſolutam di
ſpoſitionem · ſed duntaxat ſolum li-
bitum eius cui ſit, iuxta ea quæ tra-
dit Barto in l Vna 2 colum. ver Quę
ro ergo, ff de Condi ex lege Con-
cluditur ergo ex præmiſsis Primò,
quòd iſta l Cùm autem pars bonorũ, Epithome ſuprà dictorum ſuper 1 dubio
non eſt innouata per dict l Taur. 21
videlicet in ſimplici legatario partis
bonorum Concluditur ſecundò, q
lex 1 C Si cert petat ſolùm innoue-
tur per eandem l 21 quando præle-
gatarius repudiat inſtitutionem, &
vult habere meliorationem non au-
tem vbi retinet vtrunque Non ta-
men diffitemur, quòd ſi pater melio-
raret filium vltra inſtitutionem, ſiue
inter viuos, ſiue in vltima voluntate
in tertio vel quinto omnium bono-
rum mobilium & immobilium, iuriũ Nota.
& actionum, &c vt ſæpe fit, quòd eo
caſu cẽſeretur quota hęreditatis, per
id quod in ſimili è conuerſo dicit
Pau. de Caſtro hîc, per l Cogi, §. In-
de quæritur, ℨ. ad Trebel. dum limi-
tat text in § vltimo, legis præceden-
tis, loquentem de legatario partis hæ
reditatis non habere locum, quando
teſtator iuſsiſſet reſtitui partes hære-
ditatis deducto ære alieno Et ſequi-
tur Decius conſi. 337. incipiente, In
caſu propoſito Ergo pars rationis à cõ
15 trario poteſt dici, vt ſuprà, † quòd ſi
in ſcriptura meliorationis (prout ſæ-
pe fieri euenit) contineretur, quòd
per patrem fit melioratio in tertia par
te bonorũ, &c iurium & actionum,
&c ſatis diceretur per hoc conſtare
de voluntate defuncti, ſeu melioran-
tis inter viuos. quòd melioratio con-
ſenda ſit de quota parte hæreditatis,
& non bonorum Tertiò concludi-
tur, quòd melioratio, quæ hodie fit
per patrem filio, non dicitur propriè
& principaliter, imò neque vlla te-
nus prouenire de patre ad filium ex
legis, ſed tantum ex patris diſpoſitio-
ne, vt ſuprà declaraui, quia ex ſola &
immediata patris voluntate, diſpoſi-
tiua inquam, transfertur in filium, ex
legum regiarum permiſsione ſola, vt
eſt dictum

16 Quoad † ſecundum principale dubium, videlicet vtrùm hodie attentis & præſuppoſitis legibus iſtius regni, remaneat intacta prædicta differentia inter iſtos legatarios partis hęreditatis, & partis bonorum Dicendum eſt, quòd ſic. Et quòd per ll. regni hodie nihil ſit innouatum circa iſtum articulum, prout etiam apertè præſupponunt moderni Hiſpani, repetentes in. §. Sed & ſi fundum, legis Vnum ex familia 3 colum. parua, cum ſequent ꝟ eod. dum loquũtur circa extenſionem l fori, ꝭ allegatæ permittentis patri facere meliorationem vni ex filijs ſuis Obiter tamen non omittam referre, quòd ibidem columnela quinta cõcludunt: quòd licèt non poſſit fieri melioratio in quota hæreditatis, tamen ſi fiat, valebit in quota bonorum quia ſecundum eos reperimus è contra, quotam bonorum poni pro quota hæreditatis, vt in prædicto. §. Poſt quòd ſenatuſconſultum, Inſtitu. de fideicom. hære. ſecundum expoſitionem Ioann. de Imol. & Rapha. quam ſuprà retuli. Sed incidẽter hoc tangendo potiùs tenerem, quòd talis melioratio quotæ hæreditatis valere debeat iure fideicommiſsi vniuerſalis, per gloſſ. ordina. in l. Mulier, §. final. ꝟ. ad Trebel, & ſic quòd, cohæres illius meliorati teneretur reſtituere ipſi meliorato illam partem hæreditatis vel alij legatario talis partis, qui non eſſet cum eo hæres inſtitutus: & ſic non cohæres. Nam quemadmodum gloſſ. ibi, & Bart. hic & in l, Princeps bona, dicunt non eſſe differentiam quo ad quotam hęreditatis dicere; lego, an dicere fideicommitto, Sic in hoc propoſito incidenti, vt fideicommiſſum vniuerſale inducatur per meliorationem factam de parte hæreditatis, non refert dicere à filio hęredeque meo relinquo hęreditatis partem, vel eius fidei committo, vt det fratri ſuo cohęredi partem hęreditatis an verò melioret directò filium in tertia hęreditatis vel alium extraneum in quinta ſaltem parte hęreditatis Nam vtrobique cenſebitur fideicommiſſum vniuerſale, & in eo habebunt locum remedia ſenatuſcõſulti Trebel, Neque eſt iuridicum flectere prędicta verba ad quotam bonorum, vt faciunt prędicti Moderni, & perperã Intentio ſiquidem legis fori videtur fuiſſe, quòd pater habeat facultatem meliorandi vnum ex filijs in tertia bonorum, qua tertia parte bonorum expreſſa per patrem valet melioratio, tanquam diſpoſitio particularis. Si autem fiat ſub appellatione hęreditatis, valet vt vniuerſalis. Nam vna quota, ſcilicet hæreditatis differt ab alia, ſcilicet bonorum, velut continens & contentum Siquidem quota hæreditatis habetur loco continentis quota autem bonorum, habetur loco contenti, prout in effectu vult Paul. de Caſtr. hîc, & etiam Rapha Cu. dum dicũt. quòd quota hęreditatis deductis ab ea incommodis, debitis, oneribus, & grauaminibus, remanet quota bonorum Ergo patet, quod talis quota hęreditatis habet ſe in plus, quàm, quota pars bonorum. & hæc (vt dixi) quoad effectum continetur ſub illa. Et ſic prædicta l. fori permittens parenti meliorare filium in quota bonorum, habet etiam locum in quota hæreditatis cùm eſſentialiter vna quota ab altera non differat & nullum eſt verbum in l. fori ſępe allegata inducens formam, neque eſt ibi aliquod ſignum formæ, ex his quæ, tradit Fel. poſt Doctor in varijs locis per eum relatis in cap. Cùm dilecta,

Aduertẽtia incidens

Atten.

Attẽ quõ in uicem ſe habeãt quota parſ bonorum, & pars quota hæreditatis.

Productio ad l. for.

cta,de Reſcriptis,Quicquid dicant illi repetentes Qui licèt (vt dixi) bene ſentiant in eo, quod ſuprà retuli eos præſupponere ſcilicet, quòd hodie remanet eadē differentia inter quotam hæreditatis & quotam bonorum, quæ olim erat non tamen bene decidunt id, de quo principaliter agunt ſcilicet, an & quomodo valeat melioratio in quota hęreditatis, vt ſuprà eſt demonſtratum Quia proculdubio minus rectè pręſupponūt talem meliorationē in parte hęreditatis eſſe inualidam niſi flectatur ad quotam bonorum Et redeundo ad principale dubium, ſcilicet, an remaneat hodie prędicta differentia inter eaſdem quotas poſtquam ad hanc temporum fęcem deuentum eſt, vt omnium, & quoruncunque, & vtcunque ſcribentium facienda ſit mētio reperio, quòd primus gloſſator legum Taurinarum in l 19 in verb. *Hazienda* ſentit, & præſupponit contrarium eius quod s tenui imò quòd hodie inter quotas hæreditatis & bonorū non ſit differentia effectualis Putauit ſiquidem ille, & malè, quòd nomen hęreditas vulgarizaretur, hazienda & conſequenter quòd terminus, hazienda, eſſet nomen iuris, quando proferretur vulgariter quod nullatenus eſt verum Nam in legibus ſextæ Partitę hæreditas vulgarizatur, *herencia, o heredamiento, o heredad* non autem hazienda Nam is terminus, hazienda, eſt vox deſignans factum, vt ſunt illi termini, bona, vel ſubſtātia Quæ verba quando referuntur ad partem, puta bonorum, vel ſubſtantiæ, deſignant factum, & non ius vt in hac l Cùm autem pars bonorū, & declarat Barto in hoc § fina l Si quis ſeruum Et in ſpecie videnda eſt lex ſexta, ante fin titul 3 Part 6 vbi hæreditas vulgarizatur, *Heredad*, & l 16 & 17 vtraque in princip ſtatim ſequentibus & iterum in iiſdem ll ad medium, & ante fin & in l ſequēti & ſequentibus, & in l 22 eod titu & in l 3 ante fin titul 4 eadem Partita & in l 5 titu 5 & in l 8 & 10 quibus ll vulgarizatur hæreditas, *por heredad, o herencia* & in rubric titu 6 eadē Partita, vulgarizatur etiam, *heredamiento* Et ſic in illis legibus æquiparantur in vulgarizando hæreditatem iſta tria, *heredamiento, heredad, herencia.* Nō tamen reperitur in tota ſexta parte illius voluminis, quam ſextam Partitam vocant (quod ego viderim) facta mentio de hazienda por herencia Hiſpanè vel pro hæreditate Latinè Et ſic inquantum in ll Taur fit mentio de hazienda ſimul cum bonis dum dicit, *bienes y hazienda*, illud fit declaratiuè pro id eſt, non autem capitur ille terminus, hazienda, pro hæreditate Et redeundo ad id quod ſuprà dicebam, idem quod prædixi illum gloſſatorem tenere, tenet ipſemet & peſsimè (ſalua pace) ne dicam ineruditè, in iiſdem ll Taur, in l. 17 in gloſſ mag. in parte, *enel tercio*, motus per ſimile verbum, hazienda, poſitum in l 20 ſuprà allegat & per eandē l. 19 & 26 in iiſdē ll Taur certè imò ex d. l. 19. probatur idem eſſe dicere *hazienda y bienes*. Et in l 26. nihil penitùs dicitur de hæreditate, neque de vocabulo ſeu nomenclatura ad eam attinente ſed ſolùm de bonis. Item in dicta l 20 probatur ineuitabiliter, quòd hic terminus hazienda eſt nomen facti, nō iuris præſertim quando refertur ad partem de hazienda, quia dicit lex illa *Y ſi la hazienda no ſe pudiere cōmodamente diuidir* Ecce quòd conſiderat extrinſecam & corporalem ſiue actualem diuiſionem, & ſic factum & non loquitur, neque poteſt loqui reſpectu iuris. Præterea il

Redit ad decidendū principale dubium a motū

le gloſſator & alius, de quo infrà ſtatim dicam, fundantur abſurdo fundamento videlicet in quantum dicunt quòd eſt vana diſputatio vocabulorum quod non potuit ineptius quicquã in hoc propoſito dici Quia imò non reputatur niſi ſolida & iuridica differentia inter hos terminos, partem bonorum, & partem hę reditatis per gloſſ & omnes Docto ſolennes hîc, nemine reluctante quũ iſta lex *Cùm autem*, cum § fina l præcedentis fundentur in proprietate verborum iuridica & effectuali Verborum inquam appellatiuorum, quæ iure gentium ſuâpte natura ſunt immutabilia, vt in l Si quis in fundi vocabulo, ante fin ſuprà titulo primo Præterea iſti gloſſularij inuertunt, ac immiſcent, & confundunt omnia Nam, dicunt non eſſe attendendam iſtam differentiam vocabulorum, ſcilicet partis hæreditatis, & partis bonorum ſed non declarant, an permaneat vis vel effectus in vtroque termino hæreditatis & bonorum In eo enim quod ipſi volunt, quòd melioratio poſſit fieri tam in parte hæreditatis, quàm in parte bonorum, bene dicunt licèt non declarent, vt ſuprà declaraui Sed in eo quod tollunt differentiam effectualem ipſorum terminorum abſolutè, neſciunt quid dicunt Et fundamentum quod faciunt, velut adhærentes carrotio, de illo termino hazienda, poſito in legibus Tauri, eſt perfunctorium, & facit potiùs contra eos, vt prædixi

17 † Sed ſuppoſita (prout verè debet præſupponi) prædicta differentia ſi legetur pars hæreditatis ei, qui non eſt hæres, nõ eſt dubium, quin ſit fideicommiſſum vniuerſale, & defalcabile àb hærede reſtituere debente per Trebellianicam Sed ſi melioratio facta ſit de parte hæreditatis ei, qui fuit inſtitutus, putà fuit facta melioratio de tertia vel quinta parte hæreditatis filio inſtituto cum alio filio eodemq́, ipſius fratre, an eo caſu ſit defalcabilis per fratrem cohæredem, & qualiter? Et dicendum eſt videri reſtitutionem eſſe ei faciendam de portione meliorationis, quam capit à cohærede iure fideicommiſſi vniuerſalis cum deductione quartæ Trebellianicæ, vt in l In fideicommiſſa, § fina ff ad Trebel niſi fortè appareret de mente teſtatoris volentis facere omnimodam gratiam ipſi meliorato quo caſu videretur prohibita Trebellianica per id quod dicit Paul de Caſtr in Auth Sed cùm teſtator, C ad leg Falc in declaratione & intel gloſſ ordina in l Decem, ff Fideico liber In alia autem dimidia meliorationis, quam inſtitutus idemque melioratus capit à ſemetipſo iure hæreditario, non eſt dubium non eſſe opus reſtitutione, niſi facti quum filius eam habeat iure proprio, id eſt hæreditario, vt in dict. l. Qui filiabus, § vltim cum l ſequent. ſuprà, titulo primo, & in dicta l In fideicommiſſa, § fina ff ad Trebel cum gloſſ ordi in l Mulier, § fina eod titu Plus miror (vt præmiſſa repetam) de alio gloſſulario, cognomento à Palatijs in eũdem errorem incidiſſe ſuper prædictis ll Taur *Sed ita plerunque accidit* volẽtibus vltra cancellos propriæ facultatis, id eſt Canonicæ, euagari Et prædicta ſunt vera ac iuridica & cordi ſingulariter mandanda ne quis decipiatur quoad terminos legum regiarum

In gloſſ fina in § fina dum gloſſ dicit, vel ſecundum Azon Iſta lectura approbatur communiter per Barto & Docto duabus lecturis præcedentibus per omnes reprehenſis.

In gloſſ 1 l Cùm autem, ibi, Eſt ergo ſecundum eum ſpeciale, dic quòd imò non eſt ſpeciale Ideo tene lecturam Azon poſitam per gloſſ in § final. legis præcedent quam Doctor communiter ſequuntur, vt ibi addidi

In gloſſ fina ibi, Vt colligitur ex illa dictione, autem, meliùs dic quòd colligitur ex dictione, etiam quæ ſua natura eſt implicatiua, vt in l Etiam, C Si tu vel cu cum al & inquantum gloſſ ſubdit, Et dic manu miſſorum, vera eſt, necnon communis.

## *Summarium.*

1 *Iuſto l ultra Docto.*
2 *Intellectus iſtius l.*
3 *Ratio deciſiua ad hanc legem quæ uera eſt exploſa ratione Ange de Perigi & Paul. de Caſtro*
4 *Non ſolum uoluntas diſponentis tacita & coniecturata reſultans ex uerbis teſtamẽti uel codicillorum uel alterius uoluntatis ultimæ, eſt idonea ad legatũ inducendũ ſed etiam ea quæ colligi põt ex actu inter uiuos per diſponentem ante mortem geſto*
5 *Voluntas tam uiuentis quàm morientis æquè bene & adhuc meliùs expeditiusq́;, datur intelligi facto, quam uerbis.*
6 *Vnus & idem actus uariis reſpectibus poteſt cõſiderari tanquam contractus, necnon ut ultima uoluntas.*
7 *Ad gloſſ in l Hæredes palam, § fina aduertentia ex communibus Doctorum traditionibus, ibidem.*
8 *Declaratio notabilis ad iſtam legem, ut procedat iuris præſumptione conſiderata, ſic ergo, probato contrario locum habere non poſſit unde in caſu iſtius legis, non ſubeſt fictio, ſed præſumptio nam ſi fictio eſſet, probatio in contrarium non admitteretur*
9 *Etiam ex actibus inualidis & irritis inter uiuos poteſt reſultare tacita ultimam uoluntas uel inter uiuos*
10 *Commendationes l final. De reb. eo & pleraque memorabilia in eiuſdem legis propoſito hic ſubſequuntur*
11 *Lex iſta non procedit, quando augmentum intrinſecum eſſet pretioſius principali, cui adiicitur.*
12 *An lex iſta procedat ubi teſtator in legando, adieciſſet prona ten meum, & concluditur per diſtinctionem, de qua infrà.*

## L. Cùm fundus.

CVM fundus nominatim legat' eſt, ſi q̃d ei poſt teſtamentum factum adiectum ſit id quoque legato cedit etiam ſi illa verba adiecta non ſint, qui meus erit. Si modò teſtator eam partem non ſeparatim poſſedit ſed vniuerſitati prioris fundi adiunxit.

HAEC l non diuiditur per
1 Docto poteſt † tamen ſic
diuidi, vt in prima particula decidatur vnum dubiũ. In ſecunda modificetur deciſio. Prima in princip Secunda ibi, [*Si modò teſtator*] Summatur, vt per Barto & Docto hîc, & ex ſolutione Barto, ad l. Si ita, infrà de Auro & argent legat col
2 ligitur, † ipſum & Docto, intellexiſſe hanc legem in augmento intrinſeco Item colligitur, quòd augmentum extrinſecũ in alia re cõſiſtens, nõ eſt propriè augmentũ. Nã verũ augmentũ quod eſt intrinſecũ ſequitur
3 naturam rei principalis Ideoq́, † ratio deciſiua ad iſtam l. eſt quia teſtator adiiciendo augmentum intrinſecum & ſic eſſentiale ipſi rei legatæ, videtur verisimiliter voluiſſe augere legatũ. Quod quidẽ augetur ex defuncti voluntate coniecturata, vt in l Licèt Imperator, in princ s tit. 1. & in l Si Titio & Meuio, § Iul ĩ. eod Hanc rationẽ in terminis ponit Lãce Dec. in l. Serui electione, § fi s, titu. primo

colũ 3 allegans intentionem Barto hic, in quantum dicit, In eadem re Sed clarius facit iſte text in modificatione ibi, [*Si modo teſtator*] Et hãc eandem coniecturam mentis teſtatoris ponit Alexand & Iaſo poſt eum in l Si ex toto, in principio ſuprà titulo primo, pro ratione ad illum tex qui loquitur etiam in augmento. Et iſta ratio eſt vera, & eam ſentit Pau de Caſtro, in ſummario, dum dicit, Facto teſtatoris Quãuis ipſemet poſt ea ponat aliam rationẽ, quam etiam ponit Ange de Peri quæ tamen nõ placet Et ſic iſta voluntas defuncti coniecturata in text in iſto colligitur ex actu inter viuos, ſcilicet ex adiunctione partis facta per teſtatorem ad fundum, iuncta poſſeſsione ſimultanea eiuſdem partis eidem fundo principaliter legato. Vnde inducitur vniforme dominiũ, vt, inquit Bald allegans hanc L in cap primo § E contrario, de Inueſti de reb alie facta, li Feudo Qui in effectu vult idem, quod Bartol hic, & quod Docto vbi ſuprà allegati Et ſic elicitur ſubtiliter ex mente huius legis, quòd † non tantùm
4 voluntas tacita & coniecturata reſultans ex verbis teſtamenti, vel codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ diſpoſitionis, eſt ſufficiens ad legatum inducendum, vt in l 3 ad fin ff de Adi lega & in l Etiam, & in l Et hoc modo, ſuprà titulo primo, & in l Vbi purè, § 1 ſ ad Trebe & in § vltimo, Inſtitut de Singul rebus per fideicom relictis Et notat Bald in l Vna, ad fin C de His qui ante aper tabu. Sed etiam ea voluntas, quæ colligitur, vel poteſt colligi ex actu inter viuos per teſtatorẽ ante mortem geſto. Nam vt inquit not l Quoniam deſideria, in princi. C de Natur libe [*Deſideria morientium ex arbitrio uiuentium non ſine iuſta ratione colligimus*] Qui text eſt pulcher in illa, quam facit, paruficatione caſuum cõiecturali ad rem de qua agimus Ratio huius deductionis ſeu conſiderationis eſt quia † voluntas ſiue viuen
5 tis ſiue morientis æquè bene imò melius & expeditiùs datur intelligi rebus ipſis ſeu factis, quàm verbis, vt l Paulus reſpondet non tantùm verbis, ff Rem ra habe & in cap Dilecti, primo de Appe & in L Si tamen, § Ei qui, ff de AEdil edicto Et not gloſſ per multa iura in l Recuſari, ſuprà de Acquirend hæred & glo in cap Cùm ſuper, in parte, confeſſus eſt, de Offic delega Quam regulam (vt interim illud non omittam) intellige vt per Barto in l 1 § Si quis hoc interdicto, in fi ff de Itine actuque pri & in l Si patruus, C Communia vtri iudi. ad fin Et ſequitur Dec conſi 377 numer 7 Et ad prædictam regulam adde tex cum gloſſ in l De quibus, ad fin ff de Legib & Petr de Ancha conſil 302 incipiente, Materia de qua quęritur Roma conſi 291 incipiente. Cùm iſti fratres Ad quam conſiderationem affero in ſimili text notabi in l Si auia, C de Iure deliberã, Ex quo not Bald ibi ſecundo nota. & dicit eſſe quid mirabile, quòd v-
6 nus † & idem actus poteſt eſſe actus inter viuos ſcilicet, contractus vel quaſi, & idemmet actus poteſt eſſe vltima voluntas Nam ibi teſtamentum patris erat vltima voluntas necnon idem teſtamentum erat virtualiter quædam tacita aditio hæreditatis teſtatori, eidemque patri delatæ per mortem ſui patris Quæquidem aditio, ſiue expreſſa, ſiue tacita & aliunde reſultans, eſt quaſi contractus l. apud Iul. § final ff Ex quibus cauſis in poſſeſsio

ea &

ea & in § Hæres, Inſtitu de Obligat quæ ex quaſi con. naſ Et ſic eſt, vel cenſeri debet eſſe actus inter viuos. Ad idem l Panthonius, § final vbi text expreſsè concordans cum dict l Si auia, ff de Acquirend hæred ita in l iſta è contrario, ſeu vice verſa probatur, quòd ex actu inter viuos conſequutiuo ad actum præambulum, videlicet, ex poſſeſsione ſimultanea rei principalis, vnà cum re aucta ſeu acquiſita prætextu contractus emptionis factæ per teſtatorem poſt teſtamentum de prædicta parte aucti ſeu adiuncta (prout hic apoſtillat Alberic.) fuit inducta comprehenſiuè voluntas vltima. & operata eſt quoad augmentum rei principaliter legatæ accedens Sicut ergo in dict. l. Si auia, & in dicto §. fin. legis Panthonius, ex vltima voluntate ortus actus ſapiens naturam actus inter viuos ita per contrarium in l iſta, propter voluntatem tacitam actui inter viuos inhærentem, reſultauit cõprehenſiuè potiuſquam extenſiuè (vt infrà ſubijciam) voluntas vltima tacita & coniecturata, eiuſdem teſtatoris Hinc inferre licet (argumento eius quod Bald. tenet in dicta l. Si auia) quòd in caſu iſtius legis, teſtator poſſet reuocare legatum tacitũ augmenti, licèt non poſſet reuocare cõtractum, neque conſequutiua ex eodem contractu puta emptionem factam ad adiunctionem augmenti, & ſimultaneam eius poſſeſsionem cum re principaliter legata Hinc etiam eſt, quòd ſicut in vltima voluntate poteſt contractus celebrari, vt eſt gloſ ordinaria ſecundum Docto ibi in l. Hæredes palàm, § fina. ff de Teſtament ſic etiam à ſimili per contrarium ex contractu & ipſius conſequutiuis poteſt reſultare vltima voluntas. quia ad talem actum conſe-

Inductio huius text

quereretur pertinenter & aptè, vt hic Hoc ideo dixi: nam obſeruandum
7 eſt prædictam gloſſam † procedere, vbi talis contractus quomodolibet pertineret ad ipſum teſtamentum ſecùs ſi eſſet omnino impertinens quia tunc per talem interuentum contractus voluntas vltima vel teſtamentum vitiaretur, ſecundum Ange Ioan de Imol Pau de Caſtro, & Areti. ibi, & Angel Pau de Caſtro, Alexan. & Iaſo in l Cùm antiquitas, C. eod. de Teſtament & Lapum in allegatio ne. 92. incipiente, In primis videndum, colum 2 in ver Super ſecundo membro. Sic in huius legis propoſito videtur dicendum quòd etiã
8 † ſi iſta lex præſumat in ipſo teſtante voluntatem augendi legatum propter augmentum eſſentiale & intrinſecum, ab ipſo teſtatore adiunctum rei legatæ. Si tamen probetur eundem emiſſe illud prædium, & adiunxiſſe priori prædio, ac ſimul vtrunq; poſſediſſe, ſed ad alium effectum diſtinctum & ſeparatum tale augmentum non cederet rei legatæ voluntatis præſumptione ceſſante. Argumento eorum quę ſuprà retuli ad declarationem, reſtrictiuam prædictæ gloſſ. Doctores dicere & ſtatim infrà ſubijciam. Sicque in caſu iſtius legis fuit præſumptio, & non fictio licèt verba l. ſint obſcura ad id colligendum & ex conſequenti quemadmodum id quod per teſtatorem fuit emptum, ſi per eum fuit ſeparatum & diuerſo nomine poſſeſſum, & non conſtat eum illud voluiſſe vniuerſitati adijcere, non cedit legato, prout tenet Barto. in l 1 colum 1. verſicu. Sed ſi poneremus, ff. de Reb. dub. vbi Socin. ponderat colum. 4. poſt princip. allegans etiam Bartol. in dicta l. Si ita, & Bald. in rubric. C. de Verbo ſignific. & pleroſque Doct. alibi.

alibi Ita conſimiliter dicendum eſt: quòd teſtator adiunxit rei legatæ augmentum, & vno nomine ac ſimul poſſedit illud cùm ipſa re principaliter legata tamen ad alium effectum diſtinctū & ſeparatum quàm ad diſpoſitionem augmenti ipſius legati inducendam non cederet legato. Vt ſi probaretur ab hærede, teſtatorem adiunxiſſe gratia vberioris culturæ, vel fortè vt res meliùs locaretur, vel alia conſimili de cauſa, vt eſt text. notab & ad rem noſtram valde accommodatus in dict l Gaius Seius, §. fin ff iſto titu vbi ad verbum dicitur, [*Niſi hæres de qua parte ſenſerit teſtator euidenter probauerit* ] Ad idem facit tex in l. Prædijs, § Titio, ff titul. 1 & in l. Seiæ, §. Tyranne, ff de Fundo inſtru. Quibus iuribus apertiſsimè probatur in materia iſtius legis habere locum præſumptionem ex quo volunt eſſe locum probationi in contrarium ſuper voluntate defuncti. Quę quidem probatio in contrarium non haberet locum neque admitteretur· ſi in hac l non eſſet præſumptio, ſed fictio, vt per gloſ. quam ibi notant Doct. in l. Si duo, ff de acquir. hęre. & in l. Siue poſſidetis, C de Probatio Et ea quæ dicta ſunt ad iſtius legis declarationem, indubiè militant in caſu iſto: vbi propriè non agitur de vltima voluntate noua inducenda ſed agitur de vltima voluntate extendenda comprehenſiuè ad augmentum intrinſecum rei legatæ adiunctum, vt includatur ſub prima diſpoſitione ad illud extenſa per modum (vt dixi) comprehenſiuum. quod eſt facilius, quàm voluntatem ipſam diſpoſitiuam de nouo induci. Nam aliâs regulariter actus faciliùs extenditur, & continuatur, quàm de nouo in eſſe deducatur Notabilis l. Sed etſi manente, ff. de Preca. ibi dum dicit, [*Et non conſtituatur de nouo precarium ſed in tempus longius proferatur* ] arguendo de re ad tempus, quod facere licet, vt in l. Miles ita, poſt princ in ver [*Et quia diximus* ] ff de Teſtament. milit Ad idem l. Nam & Seruius, § Si viuo, ff de Negoti. geſt vbi in duobus locis iſtud probatur cum alijs iuribus, quæ nota ſunt Et ſicut non tantùm reſultat vltima voluntas tacita ex actu inter viuos valido, & ipſius conſequutiuis itidem validis, vt in hac l Sed etiam ſi prædicti omnes actus, tam conſequutiui, quàm principales, eſſent inualidi, prout infrà exēplificabitur ita etiam idem iuris eſſe debet circa tacitam

9 voluntatem præſumendam. † Nam talis voluntas præſumeretur, & reſultaret ex talibus actibus irritis ſeu nullis & conſequenter legatum rei principalis extenderetur ad augmentum intrinſecum, per eundem teſtatorem poſtea adauctum, per text. notab in

10 ſimili, in l fin. † ff de rebus eorum, vbi probatur ſecundum Bald. in Epitho. quòd teſtamētum irritū probat voluntatem defuncti Et illam l. pro notab. commendat idem Bald. in c. Cæterum, colum. 3. de Iudic. & Bart. in l. Qui Romæ, § Cohæredes, ff. de Verbo obli. & in diſpu. incipiente Habeo filium, in ſolutione quęſtionis, & in l Gerit, colum. 4. ff de Acquirend. hæred. Ad quod etiam eſt bonus tex. in l. Qui à patre, ff de Cōfirmat tuto. quo probatur ſecundum ſummam Bald. quòd teſtamentum patris etiā non ſolenne liberat tutorem à ſatiſdatione Ibique Bald. ſubijcit per id patere, quòd actus minus ſolennis probat intentionem ac voluntatem diſponentis & ibi etiam adducit prædictam l. fin. Ad idem facit text in l 3 § Qui habet, ff de Ser ruſti prædi. vbi Bald. notat 3 not q ex actu inutili & nullo colligitur tacitus & interpreta-

pretatiuus conſenſus Ad idem l Puberem, ſecundum intellectum Bald ibi, C de Iure deliberand vbi probatur quòd agnitio bonorum poſſeſſionis lapſo termino & ſic inutiliter facta, valet in vim geſtionis pro hærede, hoc eſt aditionis de iure ciuili, vt ibi per eum Prædictis bene confert in ſimili text notabilis in l Vxori, § primo, ff de Falſiſ Et quod notat Barto vbi Iaſo nonnulla congerit ſimilia in l Certi conditio, § Si numos, ff Si cert petat Ex quibus iuribus ſatis ac ſuper concluditur, extenſionem, quam ſuperiùs ad hanc l feci, veram eſſe, videlicet, quòd etiam ſi emptio partis auctæ eſſet nulla, vel inualida ob quancunque rationem vel translatio poſſeſsionis ipſius rei emptæ facta in emptorem, eundemque teſtatorem, fuiſſet aliqua ratione nulla ſeu irrita & ſola nuda detentatio ad eum tranſijſſet rei emptæ, quam adiunxiſſet rei principaliter legatæ nihilominus haberet locum præſumptio, in qua fundatur hæc lex: & conſequenter diſpoſitio ipſius Et iſta ſit prima ad hãc legem ampliatiua declaratio

Quid quando augmentum conſiſtit in quantitate

Secunda reſtrictiua eſt, vt intelligatur procedere, præterquam ſi augmentũ conſiſteret in quantitate, tex. eſt notabi in l Aurelius, § teſtaméto, iũcto § ſequẽ incip Titius, ff de Libera. legat Ratio poteſt eſſe, quam s̃ in princip tetigi quia tale augmentum eſt extrinſecum & additatiuum. & ſic prorſus ſeparatum à legato principali Non autem eſt eſſentiale, ſeu comprehenſiuum, vel intrinſecum Sed iſta declaratio non eſt adaptabilis ad hanc legem, imò etiam tam in caſu huius legis, quàm extra hanc legem, non eſt vſquequaque vera Nam ſi quantitas adijceretur alij quantitati legatæ (ſi tamen commiſceretur cum quantitate principaliter legata) videretur eſſe idem iuris quod in caſu iſtius legis, quia facta commixtione iam cenſeretur eſſe augmentum intrinſecum, vt in l. Idem Pomponius ait ſi frumentum, in princip ff de Rei vendi & in §. Quòd ſi frumentum Titij, Inſtit de Rerum diui & in l Si alieni numi, ff de ſolut & in alijs ſi iuribus. Suſtinebitur ergo prædicta declaratio, extra terminos inquam huius legis, ad quos (vt dixi) nullo modo pertinet quando quantitas aucta non eſt commixta ei quantitati, cui adijcitur. Veluti ſi quis legaſſet c aureos, quos verè in tali arca habebat, Titio, & poſtea poſuiſſet etiam alios c aureos in eadem arca citra vtrorumque commixtionem, vt puta in alio ſaculo vel crumena Nam hi c aurei poſtea poſiti etiam adiuncti cum primis abſq; commixtione inquam non venirent in primo legato etiam per modum augmenti cùm non fuerit proprium augmentum, vt pote extrinſecum, & omnino ſeparatum à prima quantitate ſpecificata & ſpecialiter legata. Secùs videtur, vt modò dixi, ſi pecunia eſſet commixta quando inquam quantitas primò legata, fuiſſet legata vt ſpecies, vt puta (prout etiam s̃. exemplificaui) lego c aureos, quos in tali arca habeo repoſitos & conſignatos Tunc enim pecunia eiuſdem metalli de nouo ibi repoſita & cum alia commixta videretur augmentum intrinſecum & cederet legato facto de prima quantitate Cogitabundum relinquimus de hac re lectorem

Quid quando augmentum eſſet pretioſius ipſa re legata principale aucta que

Alia & tertia declaratio poteſt adaptari niſi augmentum eſſet pretioſius re ipſa principaliter legata auctaq;, per gloſſ notab in l, 2, ff de Pecu legat cum qua videtur ibi tacitè tranſi-

tranſire Alberic Sed Barto ibi dicit quòd gloſ illa loquitur contra text in ea allegatum, ſcilicet in l Et ſi non ſint claui, § Perueniamus, ff de Auro & argen lega Sed certè ille tex loquitur quando quodammodo conſtabat de voluntate defuncti volentis augmentum cedere legato etiam ſi augmentum pretioſius eſſet Nam & tunc p̃ti ratione in caſu iſtius l etiam ſi augmentum eſſet pretioſius, cederet legato quia videtur hîc conſtitiſſe de volũtate defuncti ibi dum text dicit, [*ſi modo teſtator, &c*] & ſic vult text quòd de intentione teſtatoris fuerit, vt legato cederet Sed in hoc eſt aduertendum quia imò text iſte non probat, quòd de intentione teſtatoris per priùs fuerit velle, vt augmentum intrinſecum cederet legato rei principalis cùm tempore teſtamẽti augmentum adhuc non ſubeſſet Imò vult dicere, quòd ex ſubſequenti adiũctione augmenti intrinſeci colligatur, retro fuiſſe tacitam voluntatem teſtatoris extendere comprehẽſiuè expreſſam præcedentem diſpoſitionem legati, etiam ad ipſum augmentum & ſic per poſterius, vt in prima ratione ſuprà fuit declaratum Quamobrem putarem, gloſ illam in dubio procedere pro limitatione iſti' l & ſic quòd niſi conſtitiſſet de contraria voluntate teſtatoris, ſcilicet, ꝙ voluiſſet acceſſorium ſeu augmentum pretioſius cedere principali, non cederet Quod tamen conſtitit in dicto § Perueniamus, vt ſuprà dixi Nã gloſſ illa, vt eſt dictum intelligitur in dubio, & ſic per gloſſam illam limitatur hæc lex Et licèt, † vt dixi, Bart

11 in dicta l 2 reprehenderit ibi prædictam gloſ & in l Cùm aurum, ad fin ff de Auro & argent legat quem ſequitur Anton Corſe in ſingul in ver leg referens etiam Roma ad idem in ſuis ſingul Tamen quod prædixi eſt de intentione eiuſdẽ Bart in dict § Perueniamus, in fin dum dicit, illum tex debere intelligi, vbi eſſet certum, quid, cauſa alterius poneretur Secus quando eſſet dubium quia tũc conſideraretur pretioſitas Et ſic glo videtur verior in dubio vt dixi, & cõſequenter per eam debet iſta l limitari, prout etiam dixi Et ita, prout Bart tradit (vt ſtatim ſuprà retuli) in dicto § Perueniamus, in fin dicit hoc eſſe intelligendum Alber Bru Aſtenſis in tract de Augment 15 quæſt principali, ſeptima amplia Concludo itaq, cum prædicta limitatione ad illum text per illam gloſ quæ iudicio meo (ni fallor) eſt vera, ſecundum ſtrictam iuris rationem quicquid contra eam Barto ibi dicat, & in dict l Cùm aurũ, cui ſuprà ſatisfactum eſt

Quarta poteſt aſsignari ad iſtam l declaratio in augmento facto per teſtatorem in re propria legata. Secùs ſi res aliena eſſet legata ſcienter inquã, & eadem poſt teſtamentum conditum fuiſſet aucta per verum rei dominum, & non per teſtatorem, ſecundum Barto in l Seruum filij, § Areæ, ff titu 1 quia eo caſu ceſſat prædicta ratio præſumptæ voluntatis ipſius diſponentis quia nõ poteſt cadere prẽſumptio, quòd voluerit extendere legatum ad augmentum rei legatæ per alium, id eſt rei dominum adiunctũ. Et Bart ſequũtur Docto ibi communiter, & in ſpecie Rapha Cu Alexan & Iaſo, & ibidem Iaſo vbi melius in hoc puncto loquitur in l Si ex toto, in princip eod titu de Lega 1 *[margin: Quarta ad iſta l declaratio]*

Quintò declaratur hæc lex, reſtringenda ad caſum in quo teſtator legaſſet ſimpliciter fundũ nominatim ſeu nũcupatim intra tales limites ſeu cõfines Secùs ſi in legãdo adiecιſſet ꝓnomẽ, meum † Nam eo caſu videret ſe ipſum 12 *[margin: Quinta declaratio ad l iſtam]*

ipſum reſtrinxiſſe & limitaſſe ad fundum quem habebat tempore teſtamenti & 'hic non habuiſſe reſpectũ vel conſiderationem ad acceſsionem vel augmentum,quæ aut quod, poſtea id eſt, poſt teſtamentum conditum poſſet ſuperuenire Ita tenent Do & Bald in l Seriui electione,§ fin ſ titu 1 per eandem l Si ita,& ibidem Socin ſequitur eandem concluſionẽ col penul in verſi Tertia concluſio, num 9 Ratio ſecundum eos eſt quia pronomen,meum,prolatum ſimpliciter,reſtringit legatum ad ius ſolũmodo competens teſtatori tempore teſtamenti,per eandẽ l Si ita eſſet Quã uis enim ſi non eſſet adiectum prono men,meum,teſtator cenſeretur duntaxat legaſſe ius quod in re legata haberet,vt in l Si domus,in fi cũ ſimi ſ titul 1 Et intelligeretur de iure ſibi competituro mortis tempore Si tamen pronomen,meum, exprimatur, reſtringitur legatum ad tempus teſta menti duntaxat etiam ſi augmẽtum intrinſecũ acceſsiſſe reperiatur poſtea tempore mortis quia non videtur teſtator habuiſſe cõſiderationem ad illud,vt declarat Bald in eod § fin.l Si domus Et tenet idem Bald licèt ſubobſcurè in dict l Si ex toto,in princip eod titu Nam,vt inquit idem Soci in d § fin 4 conclu num 10 paria ſunt, teſtatorem legare fundum ſimpliciter, vel legare fundum,qui ſuus erit cùm morietur & ita dicit probari ex hac lege,& eſt verum Igitur ſecundum intentionem Soci ſi teſtator dicat ſimpliciter meum fundum,talis loquutio reſtringitur ad talem,qualis erat tempore taſtamenti & cum tali fundo legato nõ venit augmentum, etiam intrinſecum Et quanuis in eo quod prædixi tenere Bald in dict § fin Angel de Peri hic inaduertenter videatur velle cõtrarium tamen idẽ Ange in dict § fin videtur agnoſcere bonam fidem,& ſentire cum Bald vt ibi patet Reſolutiuè tamen conſiderandum eſt iuxta præmiſſa,quòd hęc differentia an apponatur pronomẽ, meum,an non apponatur, non tenetur communiter per Docto ſaltem quoad propoſitum, de quo in præſenti tractatur Imò tenetur idem eſſe hic, ſiue apponatur,meum, ſiue non quia ſemper & omni caſu ampliatur legatum ad tempus vſque mortis, vt tenet Iaſo contra Barto ibi in l Seruum filij, ad fin princip ſ titu 1 Et iſta videtur cùm verior, tum vtilior opinio, ex eo ꝙ teſtatores vt plurimũ in legando res proprias vtuntur pronomine,meum, & ſecundum limitationem priùs recitatam per adiectionem pronominis, meum,ſemper impediretur augmentum intrinſecum rei legatæ accedere legato eiuſdẽ rei & eſſet magna & odioſa reſtrictio in hac materia Neque probatur iure,licèt idem Soci in dict l 1 col.4 num. 107 de Reb dub referens Ioann de Imo in l Si quis bonorum,ſ titul 1. ſequatur priorem opinionem Et illud idem quod Barto tenet in dict.l Seruum filij, in princip quod prædixi Iaſonem ibi reprehendere, tenet etiam idem Bart quem ibi itidem reprehendit Alexand col 2 in princip. in § fin legis Serui electione licèt nõ ſic clarè Barto ibi loquatur Poteſt tamen prædicta prima ſeu prior opinio procedere in caſu, vbi augmentum eſſet extrinſecum, & de rebus ſeparatis,& æquè principalibus cum ipſa re principaliter legata, vt tenet Angel de Peri hic Sed contrarium tenet Rapha Cu cuius opinio indiſtinctè eſt tenenda in augmento extrinſeco , vt nunquam veniat ſiue dicatur in legato,meum,ſiue ſimpliciter fiat abſq; adiectione, meum

Sed

Sed Angel loquitur ſolùm eo caſu quando de voluntate defuncti aliter conſtitiſſet, ſcilicet, quòd augmentũ extrinſecum cederet legato & ſic eo caſu vult Angel quòd legando rem cum adiectione, meum, augmentum extrinſecum non cadat Quod dictũ videtur ſibi inuicem pugnare Et ſic Angel non videtur bene loqui in caſu in quo loquitur ſi intellexit de voluntate expreſſa Saluari tamẽ poteſt prædicta prima ſeu prior opinio, ſcilicet, quòd dictio, meum, excludit augmentum in caſu in quo teſtator in legando expreſsiſſet pronomẽ, meum, & augmentum reſpectu rei legatæ fuiſſet extrinſecum & ſeparatum ab ea & ſic eſſet ei æquè principale & non appareret de voluntate defuncti in contrarium, expreſſa inquam, licèt cõiecturaliter colligeretur Nam ſi ex coniecturis tantùm eliceretur, tũc expreſsio pronominis, meum, nõ ſineret tale augmentum extrinſecũ accedere legato & ſic eſt cauendum, quòd iſta reſtrictio debet ſubintelligi procedere in caſibus, in quibus augmentum extrinſecum accedit rei legatæ præter voluntatem teſtatoris expreſſam & ſic èx tacita ex coniecturis reſultante, prout credendũ eſt intellexiſſe Angel Concluditur ergo reſolutiuè ex præmiſsis, quòd legatũ factum de fundo etiam cum illa adiectione, meum, nihilo minus recipit augmentum rei intrinſecum non tamen extrinſecum, etiam ex coniectu rata mente defuncti Nam extrinſicitas augmenti & dictio meum, inferunt aliam voluntatem tacitam cõtrariam, quæ præponderat ſaltem ad impediendum acceſsionem Secùs ſi defunctus expreſsè voluiſſet, quòd etiam augmentum extrinſecum cederet legato quia tunc illa præponderaret, vt cederet augmentum legato. Nec mirum quòd hîc faciam differẽtiam inter tacitam & expreſſam voluntatem quia in expreſſa non eſt loc' dubitationi ſed in tacita ſic Quia in iſto caſu caſu (vt ſuprà punctuaui) ſubſunt coniecturæ in contrariũ, quæ præualerẽt vt fortiores tum per pronomen, meum, tum etiam quia augmentum extrinſecum ſuapte natura non cedit rei legatæ & vna coniectura fortior excludit aliam minus fortẽ l Diuus, cũ glo ff de In integ reſti l Si qui adulterij, C de Adul Et iſta vidẽtur vera & iuridica quicquid dicat Alber Bru in d. tracta. de augment in quæſt 15 ſ allegata. limita. 6 vbi non allegat aliquam bonã remiſsionem imò citat perperam Iaſonem Nam allegat eum ad contrarium eius quod dicit ſ retuli Cætera autem quæ in huius l interpretatione in materia augmenti rei legatæ accedentis tradi poſſent, videnda ſunt per Docto moder in prædicta l Si ex toto, in princi & in dict l Serui electione, § fin & plures quæſt de augmento ad aliud & aliud tendentes tradit Bartho Cę po Veronen in tractat de Ser ruſti prædi in rubr de furno, & Iaſo in l. vlti C de Sacroſanct eccle & idem Alber Bru in diſcurſu prædicti tracta de Augmẽ vbi fuſiſsimè vltra omnes loquitur in hac materia augmenti

## *Summarium.*

1 *INtellectus ultra Docto. ad primum reſponſum iſtius l. quòd ſeruo per dominum & teſtatorem libertate in diem certam legata non poteſt per hæredem ipſius aliquid legari eadem die pendente, abſq; libertate inquam*

2 *Quemadmodum conditio adiecta legato poſt ipſius exiſtentiam non retro trahitur ad tempus mortis teſtatoris, neq; aditæ hæreditatis, ita neq; dies certa iam exiſtens in cuius euetum legatum fuit collatum*

3 *Hæres pendente die certa legati alicui facti de re*

aliqua uocatur interim, prout eſt plenus dominus eiuſdem rei legatæ

4 Id fingitur præceſsiſſe, quod facit actum ualere

5 Præpoſteratio eiuſdem actus ad ſe ipſum plus inficit, quam unitas actus ad alium

6 Carpitur Iaſo in reſtrictione, quam facit ad ſupra dictam theoricam Dy. & Bald. & ſequen.

## L. Statu liberum.

STATV liberum ab hærede ne tūc quidem, cùm dubia eius ſit ex teſtamento libertas, legatum ſine libertate accipere poſſe, Labeo ait quia ſeruus eius eſſet. Sed ſi hæres eandem conditionem legato inſerat, quæ libertati à teſtatore datæ præpoſita fuerit, valet legatum. Nam etſi cùm moreretur hæres, ſeruus liber eſſe iuſſus eſſet. rectè ſine libertate ei ab hærede legari poſſe conſtitit, quod ſuperuacuum ſit ei libertatem dare, quam ex teſtamento hęredis capturus nō ſit, ſed teſtatoris.

ISTA Lex in princi. non diuiditur. Summatur tamen, vt per Barto. & Doct. Et ex hoc principio col-
1 ligi poteſt primò vltra eos, † quòd legatum factum per hæredem eundemque ſecundum teſtatorem ſeruo proprio, etiam qui in euentū certum, puta in diem certum erat futurus liber ex teſtamento primi teſtatoris eiuſdemque domini non valet. & iſtud implicat dictio, neque, quaſi velit text. dicere, quòd non ſolùm ſeruo proprio qui in euentum dubium ac conditionalem ſperabatur eſſe liber. Et ſic ſtante dubia libertate ob pendentiam conditionis ipſius non poteſt legatum relinqui. ſed etiam ſi ſperaretur eſſe liber in diem certum, & ſic libertas eſſet indubiè competitura ex tali teſtamēto eidem ſeruo, non poteſt tale legatum eidem relinqui. Et iſte videtur aptior intellectus iſtius literæ, quàm ſit declaratio Dy. & Albe. eum referentis, aliter exponentium literam in dicta implicatiua, neque, videlicet quod implicet caſum, quando libertas propter conditionis defectum non poteſt ſeruo competere. Qui caſus eſt indubius per l. Seruis, C. de Legat. cum ſi. Ideo melior & dubitabilior videtur intellectus, quē ſuprà tetigi. Cuius ratio poteſt aſſignari quia ſicut in legatis conditionalib⁹ conditio nō retrotrahitur ad tempus mortis, vel aditæ hæreditatis defuncti l. 1. § Serui, ſuprà de Senatuſconſul. Sylla. quem Barto. allegat in l. Si tibi homo, § Cùm ſeruus, ſuprà titu. 1. & in l. Si is qui pro emptore, nume. 47. in verſicu. Item hoc eſt verum, ff. de Vſucap. pari ratione
2 † in legatis relictis in diem certum non fit talis retrotractio. Quū itaq. libertas ſeruo relicta in diem certum pendeat, & ſeruus interim, hoc eſt pendente diei aduentu, ſit hæredis non poteſt hæres ei legare, cum ſi libertas ei competijſſet aduenientedie, non retrotraheretur ad tempus primi teſtamenti, in quo legatum libertatis fuit per primum teſtatorē relictum. & conſequenter legatum per hæredem tali ſeruo factum non conualeſceret per fictionem. Nam dies certi non ſuſpendit legatū imò legatum ſtatim poſt mortem teſta-

toris valet,acſi non eſſet adiecta vel appoſita dies quanuis exequutio ipſius legati vel diſpoſitionis pẽdeat, vt in l Cedere diẽ,ff de Verb ſignifi. Per quã l ita tenet glo ordinaria in l Vna,in princ in verſic [*Cum igitur*] in parte,Cedere,C de Cadu tol quam Bal ſingulariter ibi notat,& in l ſi in prin C de Teſta manu Et ex hac ratione patet, quòd nõ eſt, neq, poteſt eſſe locus fictioni retrotractiuæ

Secundò notandum eſt ex hoc tex quòd ſicut res legata ſub conditione,pendẽte conditione eſt in dominio hæredis, vt in l Non ideo, ff de Rei vend ita etiam res teſtatoris, quæ ſub die certa ſperatur abire ab ipſo hærede, & deſinere eſſe ſua Nam hic fuit legata per teſtatorem primum libertas ſeruo proprio ſub die certa qua pendente hæres eiuſdem teſtatoris, idemque ſecundus teſtator,vt pote illius ſerui dominus non poteſt eidem aliquid legare Et hoc eſt quod ſubdit text ponendo rationẽ,dum dicit,[*Quia ſeruus eius eſſet.*] Adeò quòd ſicut hæres pendente cõditione vocatur pleno iure dominus rei legatæ, text eſt not in l Generaliter,§ ſi ff Qui & à quibus manu libe non fiant ita & in caſu iſto
3 dicẽdum ,† quòd rei legatæ in diem certam poteſt interim dominus vocari ideo, quia in talem legatarium non trãsfertur dominium ante diẽ text eſt no in l Sempronius Attalus, ante medium,ff de Vſufru lega quẽ Bald in id allegat in l Papi ff de Serui titu gene & dicit ſing Imol in l 1 penul col ſ titu 1 & Alex in addi ad Bart in eadem l Rationẽ illius ponit Bald in eadem l Papi Si enim pẽdente die certa nõ tranſit dñium in legatarium ergo reſidet penès hærede m l Vna,§ In primo,& § Pro ſecũdo,C de Cadu tollẽ Facit l Demq,, & l Nec vtilem, ff Ex quib cau maio & illum tex in d § vlti Bald commẽdat il Voluntas,C de Fideicõ vbi per eũ dicit,quòd etiã res illa,quæ non poteſt per dñm alienari, dicitur eſſe ſua, id eſt prohibiti pleno iure Quod eſt ſignandũ ad cognoſcẽdũ ſpeciẽ vel qualitatẽ dominij rerũ ma ioratuũ modernorũ De quo puncto latiùs tradidi in repeti l Si quis vi § Differentia,ff de Acqui poſſe Et ſubdit text in eodẽ § vlti d l Generaliter,ad quod Bald vbi ſ eũ ponderauit,q; hæres non poteſt interim alienationẽ irreuocabilẽ de re eiuſmodi legata facere videlicet,vel manumittendo ſeruum, vel alienando ꝑpetuò rem legatã licèt reuocabilem ſic Vnde fortaſſis effluxit diſpoſitio tex vbi idẽ cauet,& declarat in l ſi § Sin autem ſub cõditione, C Cõia de Lega qui tex eſt de iure nouo Iuſti & eſt condimentũ alteri' in § ſi d l Generaliter,q; eſt de iure antiquo ff

Tertiò notandum eſt,quòd legatum de re aliqua factum ſeruo quondam primi teſtatoris per hæredem, eundemq́ue ſecũdum teſtatorẽ ſub eadẽ conditione vel die expreſſa vel tacita,ſub qua per primum teſtatorẽ fuerat relicta eidẽ ſeruo libertas valet Quia conditio vel dies libertatis & legati cedit eodẽ momento & ſecundũ ordinem intellectus iuris fictione ob libertatis fauorẽ fingitur priùs ceſſiſſe dies libertatis, deinde dies legati, vt l Si poſt mortem,poſt prin in verſic [*Præterquam*] ſ titu 1 de Lega 1 Et ſic adueniente die vel cõditione legati ſcd̃m Pau hic, legatarius capit ex ſcd̃o teſtamẽto rẽ legatã,& nõ ex primo Secùs ſi à primo teſtatore alia res,non libertas eſſet relicta ſub conditione, & eidem legatario ſub eadem conditione legata eſſet per hæredem eundemq; ſecundũ teſta-

teſtatorem nam hoc caſu aduenien te conditione,legatarius haberet ex primo teſtamento, vt in fine huius notabilis addo ad Pau de Caſt & repetitur clarius in ſequ no Ad quod vltra eum bene facit in ſimili l Cùm in teſtamento,§ Hæc verba,ſ de Hę ie inſti vbi probatur,ſecundum Bal. quòd in eadem oratione verborum poteſt fieri inſtitutio & ſubſtitutio reciproca Et tales diſpoſitiones ex ordine intellectus nihilo minus intelliguntur ſubordinatæ quamuis in ordine litera fuerint inuerſæ Ad qđ eſt etiam glo ordinaria quam multipliciter notant ibi Doctor in l Si pater impuberes,ſ de Vulga & pup. quæ allegat dictum § Hæc verba Et in eodem propoſito illius allegationis notant ibi Doctor illam gloſſ ad hoc,quòd per ſolum verbum,ſubſtituo,relatum ad plures perſonas,cum illa dictione breuiloqua ſeu reciproca,inuicem,inducitur ſimultanea inſtitutio & ſubſtitutio Et ſic duo gradus ſecundum ordinem intellectus cenſentur ſubordinati Et idem in verbo, Inſtituo Et ex prædicto § Hæc verba, infert ibi Bald poſt Dy vel Cy quòd ſi in inſtrumento emācipationis inueniatur ſcriptum per ordinem,quòd pater primò donauit filio,deinde eum em incipauit videtur nihilo minus in ordine intellectus præceſſiſſe emancipatio quia primò videtur emancipaſſe, poſtea donaſſe Nam id videtur feciſſe ſub quodam compendio & breuitate Ex quo dicto Dyni elicit notabiliter

4 ibi Bald quòd regulariter † id fingitur præceſſiſſe, quod facit actum valere Et iſta eſt ratio ad d l Si poſt mortem Quod reputat no ac perpetuò menti tenendum Sed illud dictum Dyni eſt intelligēdum(quoad terminos inquam ſuos) niſi prioritas & poſterioritas temporis requirerentur ad actum pro forma ipſius actus Ita intelligit Iaſo in l 1 in princi nume 19 ff de Verbo obliga dicens, id colligi ex dictis Barto ibi Sed cautius inſpiciendo, quod Bart ibi dicit, loquitur & debet intelligi

5 de præpoſteratione † eiuſdem actus ad ſe ipſum,quę eſt fortior,& plus nocet,quàm præpoſteratio vnius actus ad alium de qua illi loquuntur, ſcilicet Dy & Bald vt not idem Bar in l. Prolatam, poſt prin C de Senten & interlo om iud & Aret Alex & Iaſo in l 2 § Prius,ſ de Vulga & pu Et in

6 vero hac punctuatio Iaſonis † non eſt recipienda tum quia abſque fundamento, tum quia videtur contra l Filioſi C de Iure delibe iuncta l Si quis mihi bona,§ Iuſſum,ſ de Acquiren hære Et redeundo ad notabile. ſ elicitum per Pau de Caſt debet intelligi in terminis proprijs in quibus loquitur,ſcilicet in legato libertatis facto per primum teſtatorem, & legato non libertatis vel alterius rei facto per ſecundum Secùs ſi eadem libertas vel res eſſet per ſecundū teſtatorem legata ſub eadem conditione vel die, ſub quibus per primū teſtatorem fuerat relicta & ſic vnū & idem fuit legatum,tex eſt nota & ſummè ſubtilis in l 3 § fi ſ de Hære. inſtit Nam adueniente conditione vel die primi teſtamenti, eſſet liber ex primo vt etiam in ſequen notabili (licèt alio caſu)dicitur

Vltimò not quòd legatarius conditionalis ex primo teſtamento poſt conditionis exiſtētiam capit legatū de manu primi teſtatoris, non autē de manu ſecundi, id eſt hæredis ſecundò teſtantis etiam ſi idem hæres ſecūdusque teſtator idem legatum ſub eadem conditione expreſſim vel tacitè iterum eidem legatario reliquiſſet,

quiſſet, vt patet hîc in ratione poſita ad finem principij iſtius l. De quo puncto videndum eſt in l. Vnum ex familia, § Si de falcidia, vbi de hoc dicam in iſto titu. Et fuit dictum ſ. poſt princi. præcedentis notabilis adden do ad Pau. de Caſt. Supereſt vltra gl. & Docto. contra iſtum tex. opponere de l. penulti. §. Illo, C. de Neceſſar. ſer. hæredi. inſtitut. vbi videtur probari, quòd legatum ſeruo proprio factum valet etiam ſi non inducat, prout non inducit, conceſſionem ſeu præſtationem libertatis. Sed glo. ibi vult, quòd legatum etiam ad alimenta proprio ſeruo factum non valet. Dicitque illum tex. loqui quoad exhortationem vel admonitionē hæredis, non autē quoad ipſius coactionem. Bart. tamen ibi tenet, quòd quantū ad alimenta & neceſſaria ad vitam ſerui miſerabilem tranſigendam, legatum factum proprio ſeruo valeat, ſed quoad alia non poſſit cogi hæres legatum præſtare, licet ex quadam generali & ſimplici æquitate meliùs & rationabiliùs faceret præſtare tale legatum, ſed non cogitur, vt dixi. Et quòd in caſu illius tex. hæres non cogatur ad præſtationem talis legati, tenet Bald. ibi, & Paul. de Caſtr. dicens iſtum eſſe verum intellectum, & Ioan. Fab. ibi, & in § Item nobis, Inſtitu. Per quas perſo. nobis acquir. tenens quoad l. Seruos, ff. de Aliment. & ciba. lega. allegatam per gloſſ. in dicto § Illo, quòd ſerui in caſu illius l. interim quòd templum conſtruebatur, erant hæredis. & nihilo minus valet legatum eis factum ad alimenta. Et ita eſt tenendum. Quod etiam tenet Barto. hic licèt non alleget dictum § Illo, & tenet idem Barto. in dicta l. Seruos, in ſummario, & in primo notabili, qui poſtmodum extendit ad legatum factum fratribus minoribus ad alimenta & alia neceſſaria vitæ. Quamuis Salice. in eodem § Illo, quoad hoc propoſitum, teneat cum gloſſ. ibidem, videlicet, quòd quando ſeruus eſt incommutabiliter ipſius hæredis, legatum ei factum etiam ad alimenta non valet. Sed potior & humanior eſt prior opinio & ideo tenenda, præterquam quod eſt communior. Quia in caſu dictæ l. Seruos, illi ſerui erant re ipſa hæredis, quanquam gloſſ. ibi, aliud teneat per l. Seruos, ff. de Libe. cauſ. & licèt quoad ſpem eſſent ſerui templi conſtruendi, tamen quoad validitatem & inualiditatē legati hoc caſu attēdi debet tempus teſtamenti, vt in princi. iſtius l.

Concluditur ergo ſecundum magis communem, & humaniorem opinionem Doctorum, quòd legatū quoad alimenta relictum, ſeruo proprio remanente in dominio hęredis, ſiue remaneat reuocabiliter vt hîc, & in dicta l. Seruos, de Alimen. & ciba. legat. ſiue irreuocabiliter, vt in dicto § Illo, valet, & ſortitur effectum ſaltem officio iudicis, vt ibidem, & in dicto § Item nobis, per quædam ſimilia probat Ioan. Fab. Et re vera eſt de intentione gloſſ. hîc in quantum ponit regulam, quòd legatum proprio ſeruo factum regulariter non valet, exceptis quibuſdam caſibus, inter quos ponit prædictam l. Seruos. Vtrùm autem legatum ſeruo factum in aliam cauſam quàm alimentorum debeatur ab hærede ſaltem in foro conſcientiæ, vide ibi Bald. Ange. Pau. de Castro, & Cor. qui quidem parum ſibi ipſis in hoc articulo conſtant. Et per hæc remanet iſte text. vtcunque expeditus vnà cum glo.

Summa.

*Summarium.*

1 *AN in caſu iſtius l. poſt lapſum termini, ſit locus purgationi moræ, tandem concluditurq́ non*

2 *Ad certum tempus permiſſum uidetur poſt illud per eundem permittentem prohibitum*

3 *Ad certum tempus prohibitũ, uidetur poſt illud permiſſum*

4 *Relegatus ad tempus etiam cum comminatione pœnæ, ſi intra illud unde fuit relegatus redeat, poteſt termino lapſo etiam ſine licentia iudicis impune redire propria autoritate*

5 *Ratio, quare in ultimis uoluntatibus non eſt licita uariatio*

6 *Declaratio tam ultimæ uoluntatis quam contractus eſt inuariabilis.*

7 *Facultas declarandi regulariter non tranſit in herede ſiue in contractibus, ſiue in ultimis uoluntatibus, ſiue in iudicijs.*

## § Stichum.

STICHVM aut Pamphilum, utrũ hæres meus volet, Titio dato dum utrum velit dare, eo die, quo teſtamentum recitatum fuerit, dicat Si non dixerit hæres, Stichum an Pamphilum dare malit, perinde obligatum eſſe puto, ac ſi Stichum aut Pamphilum dare damnatus eſſet, vtrum legatarius elegerit. Si dixerit ſe Stichum dare velle Sticho mortuo liberari cũ Si ante diem legati cedentem alter mortuus fuerit alter, qui ſupererit, in obligatione manebit. Cùm autem ſemel dixerit hæres, vtrum dare velit mutare ſententiam non poterit, & ita etiam Iuliano placuit.

IN HOC text non eſt opus diuiſione quia ipſius dicta per ſe patent Et licèt Docto communiter tranſeant cum ſumma Barto eſt tamen defectiua, prout ex tex patet

Nota primò ex text quòd vbi alicui ſtatuitur terminus ad aliquid faciendum, & ille intra talem terminum non facit videtur prohibitus per ſtatuentem poſt eundem terminum id facere ſiue is qui ſtatuit ſit teſtator, vt hic, ſiue ſit iudex, vt in l Si ea, C Qui accu non po & in l Titia, ff de Accuſa & in l Mancipiorum, infrà de Optio lega quas ll hic adducit Barto Sed lex, Mancipiorum, non bene probat quia iudex ibi prohibuit expreſsè poſt tempus facere, hoc eſt eligere Tamen eſt ſingul in vno ad iſtius nota. declarationem & condimentum

1 †Videlicet, quòd etiam poſt lapſum temporis per iudicem præfixi, eſt locus purgationi moræ re integra Et ita videtur iſte text intelligendus, ſcilicet quòd antequam interſit legatarij aliquid & ſic re adhuc exiſtente integra, hæres poſſit eligere quem velit etiam elapſo tempore per teſtatorem præfixo ad eligendũ. Sed Pau de Caſt hîc colligit ſimpliciter ex iſto text contrarium in fini li imò quòd terminus per teſtatorem ſtatutus cenſetur terminus peremptorius & vltimatus ita quòd poſt illum non liceat ei, cui per teſtatorem talis terminus fuit præfixus, moram purgare Quod videtur contra dictam l. Mancipiorum, vbi videtur probari oppoſitum in

 terminus

terminis fortioribus, vt § tetigi, ſcilicet, quod etiam ſi per iudicem poſt aliquem præfixum terminũ ſit quis prohibitus expreſsè facere ſeu eligere, nihilo minus poſſit moram purgare De cuius legis intellectu remitto me obiter ad Aret in l Si quis ita, § de Vulga & pu qui videtur melius loqui in hoc, quàm Ioan de Imol & Alex ibi, prout ibidem dicit Iaſo Et licèt velit quis dicere, q; iſte text loquatur in termino per teſtatorẽ præfixo, ibi verò per iudicem tamen eſt conſiderandum, q; Bart hic æquiparat eoſdẽ duos caſus, ſcilicet quando per iudicem, & quando per teſtatorem terminus fuit ſtatutus ſeu præfixus Et id quod retuli s dicere Pau de Caſt in notabili, quod dixi eum elicere ex hoc tex fuit ſecunda ſumma Bald hic, qui addit idem eſſe in contractibus per l Qui fundũ, ff de Contrahen empt Et idem quod Bald & Pau de Caſtr not hic Ioan de Imol Et præterea vult idẽ Bald i no quòd ſi terminus aſſignatus eſt exequutoribus, poſt talem terminum nõn poſſunt ſeſe intromittere de exequẽdo quicquid ſit licèt Bar æquiparet hos duos caſus Tamẽ qđ Bal Pau & Ioã de Imo dicunt, videtur potiùs tenendum, ſcilicet, quòd terminus per teſtatorem præfixus eſt peremptorius & vltimatus, & poſt eum non eſt locus purgationi moræ, ea potiſſimũ ratione quia vbi exequutio facta eſt à iure, mora deinceps non eſt purgabilis, vt tenet Bart in l Si inſulam 4 quæſtione, nu 19 ff de Verbo oblig per l Si is cui, § iſto tit & ibi Alex in fallen dicit hĩc eſſe magis cõem opi Doctorum ſed ita eſt in re propoſita quòd poſt terminum per teſtatorem appoſitum, electio deuoluitur ipſo iure ad ipſum legatarium per hanc l igitur, &c Sic ergo æquiparatio Bar

Comprobatur qđ Pau & Ioan de Imol poſt Bald dicunt contra Bar qui tamẽ excuſatur vno caſu de quo, in ſequenti pag

de ſtatutione termini facta per teſtatorem, ad factam per iudicem, eſt accipienda ad illũ ſolummodo effectum cõmunis allegationis, quæ vulgò per minus traditur, † quòd permiſsum ad tempus videtur poſt tempus prohibitum Ad quod ſummatur iſte text & notatur per Doctores cum concordantiis traditis per Alberi hic Qui inter alia adducit l Titia Seio, § Vſuris, infrà iſto titu & eſt bonus text in l Sicut, § ſi ff Qui mo pig vel hip ſol vbi pmiſſio venditionis facta ad tempus non porrigitur vltra illud Et ibi ad hoc notant illum text Bart & Bald Ad quam rem vide innumeras remiſſiones per And Tiraquel in ope re retractus, fol 335 nu 44 cum ſequen Pariformiter è contra dicunt Barto & Doctor † quòd prohibitum ad certum tempus, ipſo iure poſt illud videtur eſſe permiſſum, per l Imperator, ff de Poſtulan vbi probatur, quòd ſententia temporalis & ipſius effectus non durat poſt tempus & ita ſummat Bald ibi, & idẽ tenet Bald met per illum text in c Ex literis, col 2 de Conſti Ad idem etiã facit l Pater filiũ, § Fundũ, § tit 1 de Lega, allegata per Pau de Caſt hic vbi prohibitio alienationis facta per patrem ad certum tempus in teſtamento deſignatum inducit permiſſionem ipſo iure poſt idem tempus, vt res poſſit alienari Et ibi notant Barto Bald & Alberi Ad idem confert notabil deciſio Bald in l Voluntas, C de Fideicom vbi ipſe motus dicto § Vſuris, tenet quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd vxores rebellium perpetuò ſint banitæ, tales mulieres ſtatim quòd ſunt viduæ poſſunt ſtare in ciuitate Quod eſt valde notabi propter verbum, perpetuò, quo Bald vtitur

2 (margin, at "gò per minus traditur, †"); 3 (margin, at "Barto & Doctor †")

Vide

De eadē re, notanda illatio i materia prohibitionis alienationis q̄ fit aſsiduè præſertim in cōfectionibus maioratuū, vniuerſaliū item & vinculoru(quę vocant) particularium

Vnde rectà poteſt inferri ſumpta cōſequentia de tempore ad perſonas quòd ſi teſtator prohibuit alienari fundum extra deſcendentes ipſius, etiam quòd dixiſſet, vt perpetuò eſſet inalienabilis extra deſcēdētes ipſius eo q̃ volebat eūdē fundū ꝑpetuò remanere apud eos Nihilo ſecius tamen ceſſantibus deſcendentibus alienatio poſſet fieri per vltimum poſſeſſorem deſcendentem in quemuis extraneum quia intelligitur perpetuò, id eſt extantibus deſcendentib⁹ quantocunque tempore ſuperſint Cæterum eis deficientibus qualitas perpetuitatis eis adhærens, eoſque qualificans euaneſcit, vtpotè ſubiecto deficiente Ad quod facit l A filia, § Alumno, ff ad Trebel quod eſt valde ſignandum ad declarationem prædicti § Fūdum, & eius quod Bar & Docto ibi & alibi dicūt per illum text Ratio eſt aperta tū ex eo quod ſ proximè dixi de qualitate tū etiā quia cauſa prohibitionis ampliat, & reſtringit prohibitionem ad & ſecūdum & vltra terminos eiuſdem cauſæ, ſuper qua fuit prohibitio fundata, vt in l Cùm pater, § Dulciſſimis, ff iſto titu & tenet Bart in eodem § Fundum, & ſic ſi ratio prohibitionis concernat ſolum fauorem deſcendentium, vt in prædictæ illationis exemplo patet, quòd perpetuitas ꝓhibitionis reſtringitur ad eos tantū Et ad hanc ſecundam regulam Doctorū, Quòd prohibitum ad temp⁹, &c eſt etiam glo no in c In primis, in verſic Sex menſibus 2 quæſtio 1 vbi allegans prędictam l Imperator, dicit quòd priuatus ad certum tempus poſt illud cenſetur ipſo iure reſtitutus Et faciunt etiam alia iura in idem hìc adducta per Paul de Caſtr & alias remiſſiones, vide etiam per Tiraque vbi ſ nu 46 cum ſequenti.

vbi ponit alias duas regulas è contrario de permiſſione poſt tempus, & prohibitione poſt tempus Aliqua tamen ex his quæ hic traduntur omiſit quanuis alia plura remiſſiuè tāgat Quę lex Imperator (vt ad eam redeam) allegatur in practica commu-
4 ni † quòd ſi quis in pœnā delicti per eum perpetrati ponatur ad confinia (vt dicunt) vel extra confinia Vulgariter dicitur, El deſtierro tēporal por tātos dias, meſes, o años preciſamēte, poſt lapſum illius temporis abſque alia licentia vel mandato iudicis, qui eum condemnauit, vel ſucceſſorum illius, poteſt redire ad vel intra priora confinia, vel ad ciuitatē à qua fuit expulſus Ad quod etiam bene facit glo in c 2 in verſic Infra ſex menſes, de Conce præben quaſi in ſentētia iudicis fuerit ſibi data redeundi licētia qui ex quo condemnauit eum ad certum tempus, videtur indulſiſſe, & præſtitiſſe licentiam redeundi poſt tempus, vt eſſet ipſo iure tutus, vt potè repoſitus tacitè poſt tempus ab eodem iudice in priſtino ſtatu, id eſt antequam relegaretur Circa hoc vide quod dicit Pau de Caſt in d l Imperator, vbi referens Bal tenet contrarium dicitq́, ſine aliquo fundamento, quòd audiuit à Bal legente, de facto fuiſſe deciſum contrariū, & fuiſſe amputatum caput cuidam confinato, qui redierat ſine licentia iudicis Hodie verò per l Parti quæ eſt l 10 titu 31 7 Part 1 reſpon confinatus ad tempus per Principem ſi redeat abſque illius licentia, patitur pœnam duplicationis tēporis ipſius relegationis & ſic in Principe relegāte ad certum tempus ſeruaretur prædicta l Partitæ In iudicibus autē inferioribus, qui impoſuiſſent prędictā pœnam, & non fuiſſent comminati mortem, contra redeuntes quando-

cunque ſine licentia eſſet tenẽdum quod prædixi, per dictam l Imperator, quod liberè poteſt confinatus reuerti quicquid Bald & Paul dicant Qui (vt dixi) loquuntur contra illam l Et re vera ipſi non aſtiuunt contrarium ſed referunt vel truculentiam vel imperitiam illius iudicis, qui nõ ſeruauit l Imperator, ſed fortè in cauſa fuit id quod prædixi quia comminatus fuerat mortem, ſed perperam & inique fuit factum Quia talis cõminatio pœnæ fit, vel fieri debet, ſi reuertatur ꝟ terminũ limitatũ non autem poteſt vltra extendi Vt ſi fortè iudex adieciſſet, quòd talis confinatus non poſſet vnquam redire ad ciuitatẽ ſine nouo mandato ſub certa pœna, quod præceptum vel comminatio non debet fieri quia contra mentem eiuſdem l Imperator, niſi relegatio eſſet perpetua i exilium Deinde ſolet allegari iſte tex ſecundũ Albe quòd propter negligẽtiam primi non eligentis deuoluitur electio ad alium Ad idem l Cum quidã ita, & l Peto, § Fratrẽ, ꝟ eo Et iſta deuolutio electionis de vno ad alium, quæ ob prædictam negligentiam fit in legatarium in caſu huius tex non fit ex natura legati alternatiui, prout (ſecundum Bal) vult glo in l Lucio, ꝟ iſto titu cõtra quam tenet ipſe Bal. hîc dicẽs, glo illam non procedere, quando verba exequutiua fuerunt ad hæredem directa, prout hîc, vt qa teſtator hęredi dixit, dato certè imò glo illa vult idem quod Bald alio tamen reſpectu, ſcilicet electionis importatæ per verbũ exequutiuũ, vt ꝑ tale verbũ ad hæredẽ directò cenſetur ſibi conceſſa electio in legato alternatiuo Et ſic glo illa non accedit ad iſtud propoſitũ, ad qđ allegat eam Bal qa nullatenus loquit̃ in deuolutione electionis, quæ fit ad aliũ ſed ſcđm eundẽ Bal & ſic (redeundo ad ꝰ proximũ intentũ) iſta deuolutio electionis fit ex natura termini per teſtatorem præfixi cùm appoſitio talis termini reſpiciat fauorẽ eius cui aſſignatur, vel apponitur interim (inq) dum terminus pendet, prout hic reſpexit fauorẽ hæredis, vt in l Ex his, C Quando dies leg ce & in l Eũ qui, ꝟ de Ann lega poſtea verò reſpicit fauorẽ alterius ad quem fit deuolutio, prout hic reſpexit fauorẽ legatarij Allegat no tex in l Quãdiu inſtitutus, ꝟ de Acquir hęre Vel poteſt dici, quod iſta deuolutio fiat ex natura cõditionis extinctiuæ, importatæ per iſtã dictionẽ, dum per quam patet, ꝗ hærede non eligente, electio per teſtatorẽ ſibi data extinguitur ſaltem ope exceptionis, per ea quæ Bart tradit in l 1 nu 15 in verſic Aliquando iſtę dictiones apponũtur iũcto verſi Aut circa obligationes merè perſonales, ꝟ de Condi & demonſt quantũuis iſta non poſſit dici perſonalis obligatio ſed potiùs quædã facultas. Siue ergo ipſo iure extinguatur, ſiue ope exceptionis reſultat idem effectus deuolutionis facienda in legatariũ Sed cauẽdũ, quòd cùm hîc appoſitũ fuerit certũ tẽpus, non videt̃ ꝗ dictio, dũ, capiat̃ tẽporaliter, vt ibi loquit̃ Bart ſed potiùs videtur capi taxatiuè pro, dũmodo, vel pro, dũ tamen quæ ſunt dictiones conditionẽ importantes propter taxationẽ ab eis deſignatã, vt per Bar in eadem l 1 & ſic elapſo tẽpore conditio inducit verũ argumentum à ſenſu oppoſito, vt ibi dicit Barto col 2 & conſequenter cenſetur per teſtatorem diſpoſitum in caſu non tactæ electionis intra tẽpus ſaltẽ ꝗ electio extinguatur vel expiret & ex conſequenti transferatur in eum, ad quẽ fuit voluntas vltima directa i in legatariũ

Contra Bal & Pau.

Ad intelle glo in l Lucio, ifra. eo

Intelle ad iſtum tex

Nam

Nam ad nullũ alium, niſi ad eum, potuit electio deuolui quum teſtator eius contẽplatione principali legando diſpoſuit Et iſte eſt expeditus intellectus ad iſtũ tex Et in iſtius notabilis cõprobationem plura adducit Albe hic ad fi & inter alia adſert l fi C Qui admi vbi iuncta lectura glo quæ cõmuniter tenetur, ſcd̃m Aret. & Moder ibi, Probat, ꝙ ſi proximior in gradu repudiet bonorũ poſſeſſione, tẽpus eiuſdem bonorũ poſſeſſionis petendæ è veſtigio ſiue continenter incipit currere ſequẽti in gradu, vbi gloſſ citat optimam l Si quis hæres ita, ſ de Acquirẽ hære vbi hæres ita ſcript', vt intra certũ tẽpus adeat hæreditatẽ & ſi non ita adierit, alius ei ſubſtituatur, & prior hæres antequã adiret, deceſſerit decidit ibi tex indubiè ſubſtitutũ non debere vltimum diẽ aditionis, id eſt præfixum à teſtatore aditioni, expectare Et ſic probatur in d l fin iuncta d l Si quis hæres, ꝙ omiſſio, vel repudiatio, vel negligentia, vel impotentia adeundi primi vocati ſtatim deuoluit ius repudiantis, vel omittẽtis ad alium Et ex prædictis ll videlicet ex l vlti & l Si qs hæres ita, dicit vtrobiq, Pau. de Caſt ſe cõſuluiſſe, ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ qs teneat appellare intra tot dies, & intra totidẽ, vel plures alios ſequẽtes ſeſe corã iudice ſuperiore præſentare, prout etiã cauetur l 3 tit de las appellaciones lib 3 Ordi Si quis condẽnatus appellauit ſtatim primo die ex aſſignatis ad appellandum, continuò vel in continenti poſt appellationem interpoſitam currit tempus præfixũ ſibi ad eam proſequendum Sed contrarium tenet Alexand in eadem l fin vltimis verb per text. cum gloſſ quem Bald & Ange dicunt ibi eſſe ſingul in l Si quis libellos, C de Appellatio vbi appellans poteſt quandocunque intra terminum datum ad appellandum pœnitere appellationis interpoſitæ & appellare ad alium ſuperiorem, ad quem etiam poſſit talis cauſa deuolui Ergo totum tempus conceſſum ad appellandũ cenſetur conceſſum in fauorem appellantis, qui fuit condemnatus & ſic tempus appellationis proſequendæ non currit ſibi niſi poſt lapſum totius temporis dati ad appellandum Et non ilico poſt appellationis interiectionem, vt aiebat Pau de Caſt cuius deciſionem impugnat etiam Cor ibi per eandem l Si quis libellos Sed Areti in d l Si quis hæres ita, tenet deciſionem Paul de Caſt per glo vlti cum text in cle Sicut, de Appella Sed certè glo illa in verſi Itẽ cum decẽ dies in quo verſi vult Are eã allegare, loquit de termino dato ad appellandũ abſolutè ſed nõ loqtur poſt diẽ interpoſitę appellationis quo caſu loquit Pau de Caſ. Et contra eam ineuitabiliter vrget tex in eadem cle in prin & glo quæ dicit, quòd terminus appellationis nõ computatur in anno fatali, intelligitur ( vt dixi ) ante interpoſitionem actualem appellationis etiam ſi vltima hora interponatur Nam ſi poſt eam interpoſitam dixiſſet, loqueretur contra text ſuper quo eſt ſita & ſic Areti (ſalua ipſius pace) non bene allegat gloſſ prædictam pro deciſione Pauli quia imò, vt dixi, text in eadem clemen eſt in cõtrarium & gloſſ nihil probat Miror quod de hac contrarietate, imò neque de ipſa deciſione Pau de Caſt neque Iaſo, neque Decius, neque Curtius verbum vllum faciant in eadem l fin Fortè in hoc puncto poſſet ita concludi quòd ſi condemnatus appellauit ſtatim, & intra totũ temp' per ſtatutũ vel legẽ aſſignatũ

Notãdæ cõſideratiões ad l Ordin tertiam titu de las appellaciones lib 3 Ord

Reſolutio vltra doctores

 ad

ad appellandum, non mutauit, vel non variauit appellationem & tunc computabitur ſibi dies proſequutionis à tempore appellationis interpoſitæ Idem ſi appellatus recepit appellationem, vt quia adhæſit eidem, vel ſua (id eſt appellati) interfuerit non renuntiari appellationi per appellantem quibus etiam caſibus appellationi non poterat per eum renuntiari, vt tenet Imo & Abb in c Ex parte ſecundo de Reſcri vbi Feli col 2 dicit ita teneri per omnes & his caſib' poſſit procedere deciſio Pau de Caſ ſed eis ceſſantibus, procedit contraria opinio quia regulariter deciſio ſeu diſpoſitio d l Si quis libellos, locum obtinet, ſcilicet, vt appellans indiſtinctè poſſit ab appellatione per eum interpoſita recedere ſeu ei renuntiare præterquam in prędictis caſibus ſpecialibus, vbi idem Pau tenet quod Inno vbi ſ allegans Spec & Cy & ibidem amplius dicit quòd etiam ob ſolam citationem appellati & ipſius comparitionem non poſſet appellãs in eius præiudicium appellationi renuntiare, & ſecundum hoc d l Si quis libellos, quæ tribuit intra tempora appellationis facultatem mutandi appellationem, ipſi appellanti, & ſic loquitur in fauorem ipſius, loquitur cum effectu, & re ipſa, mutauit appellationẽ ab eo interpoſitam eidem ex potentia renuntiando in totum, vel appellãdo ad alium, ſecundum vtranque lecturam glo ibi, communiter approbatã non autem loquitur quoad ſolã potentiam vel poſſibilitatem appellandi quia ſi appellauit intra debitum tempus putà hodie per prædictam l Ordi intra quinque dies, & non mutauit appellationẽ intra eoſdẽ quinque dies, vel reſiduum ex eis & ſic non eſt vſus fauore ſuo per eand l ſibi conceſſo, tempus quod cucurrit ad implendũ quinq, dies poſt interiectam appellationem computatur in tempore proſequendi appellationem etiã ſi non ſubſit aliquis de caſibus prænotatis, in quibus aut eorum quolibet appellatio non eſt mutabilis, ſicque opi Pau de Caſtr quem ſ retuli Aret ſequi, eſt verior, & in eam inclinat intẽtio cõſuetudinis patronorũ cauſarum exercitatiorũ qui appellant vltima hora illorum quinq, dierum Et certè allegatio Alex de l illa, Si quis libellos, contra Pau eſt nimis generalis, & non vrget quia quod illa lege dicitur, vel pręſupponitur, ſcilicet illud tempus eſſe in fauorẽ appellantis, intelligitur (vt dixi) ſi ipſe illo vtatur, & ſic non infertur, q, fauore reſoluto per non vſum ex eo, reſultet effectus, vt dies præfixi ad proſequendũ appellationem nõ currant niſi poſt eorum lapſum neque id eſt de intentione illius l neque alterius Fauor enim conſumptus per non vſum nihil operatur, vt dicimus de actu nullo aut inualido, qui nõ ſolet regulariter effectũ operari l Non putauit, § Non quęuis, ff de Bono poſſe contra tab l 4 § Condemnatum, ff de Re iudi cum alijs multis iuribus & deciſionibus per Feli traditis, in c Ex tenore, colũ 2 cum ſequen de Reſcriptis, in ornatũ regulæ non præſtat impedimentum, de Regu iu lib 6 Et re vera eſt clarũ, quòd ſi appellans non mutat actu appellationem, poſsibilitas vel potentia illa mutãdi eam quæ (vt eſt dictũ) per illam l cõceditur appellanti, eſt (vt ita dicam) abhortiua, quaſi caduca, vel caduca, & ita tollitur quod ibi Alexan dicit, ſcilicet in d l ſi in vltimis verb per illam l quòd facta appellatione non poteſt dici, quod ſtatim ſit finita cauſa dilationis prout Pau.

de

de Caſt præſupponit Nã eſto quòd ita ſit, quod non eſt finiti cauſa dilationis, id eſt fauor potentiæ mutandi ipſam appellationem interpoſitã illa tamẽ cauſa dilationis, id eſt, talis fauor, pependit & ſuſpenſus fuit toto tempore reſiduo appellationis, eo autem elapſo, fuit reſolutus quia appellans non fuit illo vſus, & ſic ratio fingitur ipſum qui erat cauſa dilationis fuiſſe peremptum à tempore appellationis dudum interpoſitæ & ex inde incepiſſe curſum temporis pro ſequendæ appellationis & iſta eſt ſolida ponderatio vltra Doct. in fauorem Pau de Caſt & Areti contra Alex & Cor Et iſta ſunt notanda quia in ll Ordina de hoc puncto tangentibus iſte articulus non deciditur

Ad rem ergo propoſitam redeundo, vltra omnia hîc per Doctor adducta in comprobationem prædicti notabilis bene facit tex in l Si maritus, § Si negauerit, ff de Adulte vbi ſi marit' dixerit ſe nolle accuſare de adulterio ſtatim incipit currere tempus ſequentibus ad accuſandum Quem tex commendat Aret in eadem l Si quis hæres & ſic facit pro Pau de Caſtro, vbi ſ & eundem tex inter multa alia iura allegat Albe hîc Concluditur ergo in ſuperiore nota quòd poſt moram hæredis in eligendo cõmiſſam, electio deuoluitur ad legatarium Idem poſt moram tertij, vt in l fi § Sed & ſi quis, C Communia de lega allegata per Bart hic Et propterea non abſre generaliter notat iſtum tex Albe hic comprehendẽs hæredem item tertium extraneum & cæteros, videlicet quòd poſt moram ab hærede vel alijs in eligendo commiſſam, electio deuoluitur ad aliũ, ſcilicet legatarium vel tertiũ licèt hîc tex loquatur in ſolo legatario ſed quoad hoc eadem ratio eſt in tertio, quæ in legatario

Concluſio

Deinde nõ quod in vltimis volũtatibus ei qui ſemel elegit non eſt licitum variare, vt hic, & in l Serui electione, in prin ſ titu 1 & in l Si pluribus, eo titu rationem ponit gloſſ hic ſed non eſt perfecta, vt pote non

5 generalis Ratio † autem generalis & communis, ſecundum Bald eſt quia vltimæ voluntates non debent eſſe in pendenti Et alias plures rationes refert Iaſo in d l. Serui electione, in prin nu 15 Et eſt adnotandũ, quòd inter alia Iaſo ibi num 18 concludit contra Areti ibidem, dicens quòd etiam vbi alicui à lege cõceditur electio, eſt loc' variationi vſq, ad actualem ſolutionem ex fundamentis per eum ibi adductis Quod poteſt adaptari ad l 52 in fin in ll Tau Et vide l 25 tit 9 Part 6 quæ ponit in primo reſponſo eundem caſum, cum verſi ſi iſtius l Et eſt etiam obſeruandum, quòd quanuis in electione ſit differentia inter cõtractus & vltimas voluntates tamen in declaratione eſt

Atten ad ad aptatione, faciend ad l 52 in ll. Tau

6 ſecùs † Nam is cui competit facultas declarandi, ſiue ex contractu cõpetat, ſiue ex vltima voluntate ſi ſemel declarauerit, non poterit ampliùs variare glo eſt ſingul & inſigniter notanda in l Quicquid aſtringendæ, in parte, ſecundum, in verſic Item & qđ dicit, cum verſic ſequen ff de Verb. obligat quam negat eſſe alibi Bald in c 1 col pe de Conſti Et eandem glo vt ſingu notat Bald met in l Huiuſmodi, § Si Stichum, ſ titu 1 vbi dicit eam procedere tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus Eſt tamen notandum, quòd hæres (niſi ſibi eſſet conceſſum per defunctum) non poſſet etiam ſemel declarare volũtatem defuncti obſcuram glo eſt ordina in l Idem Pomponius ſcribit ſi frumentum, § ſi cum tex ff. de

de Rei vendi & glo in l Inter ſtipulantem,§ 1 ff de Verbo obliga quas Bald commendat in dicta col penu eiuſdem primi cap

7 Ex quibus† probatur, quòd facultas daclarandi, tam in contractibus quàm in iudicijs, quàm in vltimis voluntatibus non tranſit ad hæredem niſi ſibi eſſet conceſſum à defuncto Facit l Centeſimis,§ ſi eo tit de quo videndus eſt omnino Bar in l Si quis à filio,§ Si quis plures,ſ titu 1 & alij Doctores ibi poſt eum Et hæc ſufficiant in hoc tex Cætera vero tradẽtur in l Vnũ ex familia,in prin ſ eo

*Summarium*

1 DEſignatio certi & determinati loci, in quo debeat eſſe pecunia, uel ſpecies depoſita, uel ſequeſtrata habet uim conſignationis

2 Conditionum uoluntariarum implementum debet eſſe ſpecificum & præciſum, neq; inſpicitur an interſit cuiuſq; eas impleri uel nemine

3 Species per quantitatem non autem quãtitas per ſpeciem, æſtimanda eſt

4 Reſtrictio ad iſtam l ſecundum ius hodiernũ

5 Carpuntur Ioa. de Imo & Pau in relatione uerborum Bal hic

L Si pecunia

SI pecunia legata in bonis legantis non ſit, ſoluendo tamẽ hæreditas ſit hæres pecuniam legatam dare compellitur, ſiue de ſuo, ſiue ex venditione rerum hæreditariarum, ſiue vnde voluerit

IN text ibi, [Legata] adijciunt Doctor ſcilicet, vt quantitas Secùs ſi legaretur vt ſpecies quia eo caſu hæres non cogeretur neceſſariò ad pecuniam ſoluendam ſi non reperiretur in patrimonio teſtatoris per text not in l Si ſeruus legatus,§ Qui quinque,ſ tit 1 vbi ſi teſtator leget decem, quæ in tali arca habebat, & ſic legauit quantitatem, vt corpus, vel tanquam ſpeciem,& non reperiãtur niſi quinque, legatum non valebit, niſi duntaxat in quinque quia cenſentur legata, vt ſpecies, vt in l Cum ita,§ ſpecies,ſ iſto titu cũ alijs Ad idem l Sed ſi certos numos,ſ tit 1 & l Si certos numos, ff de Verbo obligat per quam l Alb ibi decidit quæſtionem notabilem, dicẽs quòd ſi teſtator reliquit certam pecuniam fratribus minoribus (quam habebat penès talem campſorem vel numularium) conuertendam in fabricam eccleſiæ,& ſi hæres non ſoluiſſet illãmet pecuniam, applicuit hæreditatem in qua eum inſtituerat cuidam alij monaſterio capaci, & hæres in alios vſus conſumat illam pecuniam, decidit Albericus quòd hæreditas eſt applicanda illi monaſterio, ex eo quia fuit legata vt ſpecies, & per eũ amplius ſolui nequeat Argumento illius l in verſicu [Neq; permutationem] Ad idem l Talis ſcriptura, in verſicu [Sed ſi legetur] & in l Planè 2 § Sed ſi non corpus,ſ titu 1 & l 1 § Si decem quæ in arca,ſ vt lega no caue & Iaſo in eadem l Talis ſcriptura, refert quĩdam deciſionem Bart in terminis ſimilibus, & dicit ſe tenuiſſe contrarium ibidem Sed communiter Docto ibi tenent cum Bart quando pecunia eſſet depoſita per conſignationem in ſaculo factam Secùs ſi eſſet depoſita ad numerum argumento l Lucius, & l Die ſponſaliorum,§ 1 ff Depo Et quia Iaſo ibi nihil vigens adfert cõtra cõem præfatam deciſionem quin imò ipſius motiua ſunt leuia,

leuia, ideo cōmunis ſententia Albe poſt Dy & antiquos in d l Si certos numos, & Bart & aliorum in d l Talis ſcriptura, modificata inquam deciſione Bart vt ſ eſt dictum ad conſignationem, eſt tenenda ſed cum ſubdeclaratione ſequenti, videlicet, quòd quamuis prædicta modificatio Doctorum reſtringat prædictam cōmunem ſententiā Bart ad conſignationem tamen idem ſit dicendum, ſi non fuiſſet facta alia conſignatio præter deſignationē ſpecialem certi & determinati loci hoc eſt, quòd pecunia fuiſſet depoſita hoc acto, vt
1 omnino † ſtaret in loco certo & deſignato & ad eundem locum teſtator ſeſe in legando poſtea retuliſſet, vt per Pau de Caſ in d l Talis ſcriptura qđ etiā tenuit Bar poſt glo & Old ibi in l 1 § fi j de Dote præle vbi etiā Alber Stat itaque huius articuli reſolutio in hoc, an pecunia vel genus ſeu quantitas legetur vt genus, an verò tanquam ſpecies videlicet cum conſignatione vel item cum deſignatione & circūſcriptione certi & determinati loci, vt dixi, & rurſus ſtatim ſubijciam Necnon alia cōſideratione vltra eos, videntur tenēdæ prædictæ doctrinæ Bar & Albe in terminis in quibus loquuntur videlicet, quia præceptum teſtatoris de ſoluendo ſub pœna, q̃ ſi hæres nō ſoluiſſet pecuniā, daret vineam, vel q̃ applicabat hæreditatem alteri, &c eſt cōditionale, & conditiones † ſunt formaliter & ſpecificè implendæ, prout eſt ipſarum natura peculiaris ac genuina l Meuius, l Qui hæredi, in prin ff. de Condi & demō Quibus apparet, q̃ ad conditionū voluntariarum ſeu ſpontanearū per teſtatorē appoſitarum implementum, & exiſtentiam, non attendit̃ an aliquid interſit, necne & ita ceſſat fundamentū Iaſonis

Reſolutio iſtius artic

2

quod facere (& quidem infeliciter) tēptauit contra cōmunē, vbi ſ Et ad iſtius materiæ & prædictorū ſubdeclarationem non eſt omittendū id quod eleganter ponit etiam Albe in l Si certos numos, ſ allegata, de Ver obliga videlicet, quòd aut iſta verba deſignantia locum, putà quæ in arca ſunt, adijciunt̃ verbo diſpoſitiuo, vt promitto vel lego decē, quæ in arca ſunt & tūc cenſet legata quātitas vt ſpecies & ita ꝓcedit l Illa, & l Sed ſi certos, ſ titu 1 ſuperiùs etiā allegata cū alijs ſimilibus, intelligendo vt s ſ. cū conſignatione, vel cū deſignatione & circunſcriptione certi & determinati loci, in quo debeat pecunia extare vt puta in tali arca Aut adijciunt̃ verbo exequutiuo, vt lego cētū, quæ volo præſtari ex numis, quos habeo in arca & tunc illa centū cenſeantur legata vt quātitas etiā ſi deſignaret̃ certus & determinat᷒ locus dicēdo in tali arca, vel in tali loco talis arcę, vt in l Quidā teſtamēto, ſ tit. 1 vbi hoc etiā notat Pau de Caſ poſt alios Doct & in l Paula Calimacho, § Iulian᷒, j tit 1 de Lega 3 & ita ſunt ſubintelligenda ea quæ dixi ſ Et iſta eſt notāda dclaratio ad oīa illa Cæterā in hoc articulo vidēda ſunt in d l. Si q̄s ſeruū, § 2 ſ iſto tit vbi etiā iſtud & alia in ꝓpoſito tradidi Cōcludendū itaq, eſt in hoc textuali, prout in prin dixi q̃ tex iſte ſcđm cōmunem Docto apoſtillā, cuius ſ memini, intelligit̃ de pecunia legata ad numerum & ſic in genere & cōſequenter nō nocet legatario, ſi pecunia in patrimonio teſtatoris non reperiatur quum genus ſecundum rerum naturam ſ naturatā perire nequeat l Incendium, C Si certum peta

Cōis huius l intelle

His prædeductis ex hac l, notandum eſt, q̃ vnū pro alio ſolui non poteſt creditore inuito quāuis debitū

deſcendat

deſcendat ex cauſa lucratiua nam etiam eo caſu pro quantitate debita non poteſt aliud ſolui Sed quoad iſtum tex res eſt clara, cuius ratio in promptu ſeſe exhibet quia cùm deberetur quantitas, illa non æſtimatur per ſpecies imò per contrarium
3 ſpecies† debent & ſolent per quantitates æſtimari. l Si ita fideiuſſorem ac cepero, vbi notant Bar Pau de Caſt & Docto ff de Fideiuſſo Ad idem l 1 ad fin ff de Contrahen emptio & text in § Pretium, & in § Item pretium, Inſti eod titu præſuppoſita tamen regula illa, quòd vnum pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, an ſint dandi caſus in quibus poſſit, hoc eſt quando ſpecies debentur, an poſſint ſolui aliæ ſpecies, vel earum loco ſolui quantitas vel econtra, videndus eſt notabiliter Bar ſuper hoc diſtinguens in l 2 § Mutui datio, ff Si cert peta vbi Iaſ ex dictis Barto poſt glo epilogat viginti caſus, in quibus aliud pro alio, inuito creditore ſolui poteſt pro fallentijs ad regulam prædictam & ibi poſt Iaſo vi det Franc Cur & Ioan Fran cognomento Purpuratum, circa iſtum articulum nõ nulla punctuantes & addẽtes ad tradita per alios Docto ibi.

4 Deinde aduertendum eſt, † quòd iſta l hodie non procederet, ſi hæres confeciſſet inuentarium nam beneficio confectionis inuentarij iuuaretur, vt poſſet ſoluere de rebus hæreditarijs ſi hæreditas non eſſet ſoluendo pecuniam legatam, ſecundũ Bar hìc per tex in l fi § Et ſi præfatam, in verbo [Si vero] C de Iure delibe Sed contrarium nõ facta mentione Bart videtur tenere Bald poſt Iaco de Are imò quòd hæres non iuuetur in caſu iſtius l beneficio confectionis inuentarij quin teneatur ſoluere legatarijs in pecunia numerata Sed rectè expendendo verba Bart & Bald hic, nõ ſunt inuicem contrarij quia Bart loquitur propriè in caſu iſtius l videlicet, quãdo in hæreditate non reperiretur pecunia legata nam inquit ipſe Bart Hæc lex nõ procedit, &c Poſtmodum dicit, Si eas non poſſit vendere Ergo apertè loquitur, vbi in hæreditate defuiſſet pecunia Et videtur vltra confectionem inuẽtarij requirere duo Primum, quod in hæreditate non remanſiſſet pecunia tempore mortis teſtatoris, ſed duntaxat ſpecies Secundum, quod poſt mortem teſtatoris tales res vel ſpecies non poſſent vendi, commodè inquam, id eſt ſine ipſius hæredis nocumento, aut grauamine, vel moleſtia, vel iactura Bald autem loquitur argumentatiuè inducendo hanc l quaſi velit dicere, quòd ex hac l à cõtrario probatur quòd ſi hæreditas eſſet ſoluendo pecuniam legatam, id eſt, in hæreditate eſſet relicta pecunia legata, etiam hodie hæres cogeretur eam ſoluere eſto quòd inuentarium confeciſſet, & non liberaretur ſoluendo res hæreditarias in cor-
5 poribus † Hinc patet Ioan de Imo & Paul & de Caſtr non bene referre Bal hìc, in quantum dicunt eum loqui, vbi hæreditas non fuiſſet ſoluendo pecuniam legatam Nam imò hic eſt caſus Bartol in quo quidem caſu Bart ipſi concludunt & bene quòd cùm hæres grauaretur in quærendo & inueniendo pecuniam, & in ſupponendo ſeipſum oneri euictionis propter venditionem rerum hæreditariarum, ſi eam ipſum facere contigiſſet, grauaretur item alijs facti vexationibus, non teneretur ad venditionem rerum hæreditariarum, neq, ad quærendam & ſoluendam pecuniam Et ita eſt verum, quanuis Bart loquatur aliquatenus obſcurè dum dicit,

dicit, ſi non poteſt vendere Nam debuiſſet adijcere, vel ſaltem ſine præiudicio, vel incommodo, aut vexatione, aut iactura ipſius hæredis qa Doctor in caſu Bartol i quando in hæreditate non reperiretur pecunia legata, non faciunt vim ſed dicunt ſimpliciter, quòd ob euitandas prædictas vexationes non cogitur vendere imò poteſt ſoluere de rebus hæreditarijs per prædictum § Et ſi præfatam, poſt princi Sed ſaluando Barto vt modò tetigi, idem voluit, quod alij, dicere ſcilicet, quòd ſi non poteſt vendere abſque ſuo, id eſt ipſius hæredis præiudicio, &c vt infrà etiam repetā Et ſic attentis talibus vexationibus & moleſtijs indiſtinctè dicitur non poſſe vendere res hęreditarias, quando in hæreditate non reperitur pecunia legata quamuis Barto (vt prędixi) videatur abſolutè requirere quod non poſſint tales res vendi, vltra illud ſcilicet, ꝗ nō reperiat̃ pecunia in hęreditate, & hæres confecerit inuentariū In caſu autē in quo loquitur Bald videlicet, vbi quantitas legata reperiret̃ in hæreditate, licèt Ioan de Imo malè referat Bal cū negatiua, non tamē re vera loquit̃ eodē caſu, & tenet contra Bal in hoc Imò ꝗ hęres hodie conficiendo inuentariū, non teneat̃ præcisè ſoluere quantitatem ſed valeat ſoluere de corporibus rerū hæreditariarū niſi poſſit eas abſq; ſuo periculo vendere, prout concludit Bald in eodē § Et ſi præfatā, vbi tenet idem quod Bart hic Et ſequitur etiā Ang de Perugl hîc non faciens mentionem eius quod tenet Bald Albe autem hîc non aliter declarans, ſed ſimpliciter ſequutus Iacobum dicit, ꝗ hæres hodie inuētarium conficiēdo non tenetur ſoluere pecuniam non autem aperit, quādo in patrimonio eſſet quantitas, vel non Sed debet vt ſ intelligi, quando non reperitur Reſoluēdo itaque iſtum articulum concludo, quòd vbi non eſt in patrimonio quantitas, res eſt expedita, ſi conficiatur inuentarium, & res nō poſſet vendi, vel ſaltem non abſque hæredis præiudicio videlicet, quòd iſto caſu inuito legatario hæres poterit ſoluere ſpeciem pro quantitate & non cogetur ſoluere ſolam quantitatem, ex quo non reperitur in patrimonio teſtatoris, & res hæreditariæ non poſſunt vendi, vel ſaltem nō ſine hæredis incommodo, ſecūdum Barto quod vltimum, vt dixi, eſt quodammodo regulare Nam vt plurimum reſpectu habito ad vexationes cenſetur non poſſe vendere, ex quo quaſi ſemper ſubeſt in vendendo incommodum & vexatio ipſius, vt prę dixi Et iſte eſt caſus, quem Barto hic decidit, ſuppletus vt eſt prædictum Sed quando hæreditas eſt ſoluendo tam in quantitate quàm in corporibus, eſt caſus dubitabilior an confectio inuentarij tueatur eum à ſoluēdo quantitatem præcisè, & poſſit ſoluere ſpeciem Et certè eo caſu hæres inuito legatario non poteſt aliud pro alio ſoluere, etiam faciendo inuentarium, prout dixi velle Baldum hîc quia text in eod § Et ſi præfatam, & quod per eum ibi dicunt Docto dum ex eo notant, quòd propter beneficium inuentarij hæres poteſt aliud pro alio ſoluere, procedūt vbi pecunia nō reperitur in hæreditate, vt colligit̃ ex dictis Pau de Caſt hîc referentis id quod Docto dicunt in eo § Et ſi præfatam Si enim in hæreditate pecunia reperiretur, ad quid oporteret, vel expediret conferre hæredi electionem vel ſoluendi res hæreditarias, vel vendendi illas quū reperiretur, pecuniā hęreditariā in patri-

Reſolutio not in hoc articulo per qua cōcilia tur varietas appar inter contraria inter dicta Bart & Bal hic

patrimonio teſtatoris relictam, eſſe ſufficientem ad legatorum pecuniariorum præſtationem ſeu ſolutionẽ Et ſi bene aduertantur Bald & Ioan de Imo videntur loqui in caſu Bart Et quamuis Bald contrariaretur Bar tamen Doctor magis communiter inclinant in opinionem Barto & ita eſt intelligendum id, quod ſ dixi Albe dicere Sed intelligendo Bald vt ſ tetigi, quando quantitas reperiretur in hæreditate, non contradicit Bart Et quia iſtius puncti, vt pote cõfuſi, diſcuſſio erat valde neceſſaria & ſubſtantialis in iſtius l declaratione, & Doctor variè, truncatè atque etiam corruptè in eo loquuntur, inſteti aliquantiſper circa illum

Gloſſ in hoc prin ibi, Hodie ſecùs, debet referri ad id quod proximè in prin dixit, ſecundum quod glo iſta vult idem quod glo in l In ratione, la 1 §. Quod vulgo, ff ad l Falci cum alijs concordan traditis per Bar Alexan & Moderniores ibi Ad quod eſt l 10 titu. 6 Partit 6 Non autem eſt referendi glo in prædicto verſi Hodie ſecùs, ad caſum iſtius l neque loquitur in caſu inuentarij, de quo dixi ſ Bart hîc loqui

In glo verſi Vel, § Quod ita ibi, Secùs ſi tertius, reprobatur hæc glo per Docto communiter per tex in l Quibus dieb', § Quidam Titio, ff de Condi & demonſt vbi Pau de Caſt ſpeciatim not illum text contra iſtã glo vi eundem Paul de Caſtr in l 1. ff de Dona.

## Summarium.

1 Præmittuntur hic in primis ad iſtius l intell tria euidentialia

2 Idem ſibi ipſi reſpectu unius & eiuſdem debiti nullatenus poteſt eſſe obligatus

3 Notabilis cautela, ut ſpurius poſſit capere

4 In primo reſponſo iſtius l ponitur caſus in quo actio, quæ eſt inutilis penes cedentem, poteſt eſſe utilis penes ceſſionarium, inducendo tex prout ſtatim inducitur hic

5 Cautela notabilis ad exigendum & recuperandum debitum quod ex defectu probationis emergente alias non poſſet exigi

6 Requiſita quibus interuenientibus cautela Spec & ſequacium procedit optime

7 Exaggeratio præfatæ cautelæ, cum eiuſdem ſubuerificatione

8 Examinatur adamuſſim ac reſoluitur intellect' huius l nec non oſtenditur, quonam modo procedat tam de iure ff quam antiquo C item & nouiſſimo authenticorum

## L. Qui duos

QVI duos reos eiuſdẽ pecuniæ habebat, Titium atque Meuium, ita legauit Quod mihi Titius debet, *Meuio* hæres meus dato quod *Meuius*, *Seio* dato his verbis onerat hæredem Nam cùm actiones ſuas hæres Meuio præſtiterit aduerſus Titium videtur Meuius facto eius liberatus eſſe, & idcirco Seio hæres tenebitur Si is, qui vnum reum habebat, quod is ſibi deberet, duobus in ſolidum ſeparatim legaſſet oneratur hæres duobus ſatisfacere vni actionem cedendo alteri pecuniam ſoluendo

HÆC lex ſummatur vt p Doct. Et ad iſtius l ingreſſum præmittẽda ſunt tria
1 euidẽtialia † Primum eſt, quòd iſti duo, Titius & Meuius de quibus hæc l loquitur, erant duo rei debendi

debendi in ſolidum, vt ſentit glo parua hic, quam Pau. de Caſt ponderat, & ſequuntur omnes alij Doctor & probat iſta litera ibi, [*Eiuſdem pecuniæ*] iuncta l 2 ff de Duo re deb vbi Bart Paul de Caſtr & Docto Secundum eſt, quòd teſtator legans id quod ſibi alius debet, qui re vera erat debitor, videtur legare actionem & hæres eam cedendo liberatur, vt in l Si ſic, § primo, cum ſequen ſuprà titu 1 quam hic allegat gloſſ Tertium eſt, quòd vnus & idem reſpectu vnius & eiuſdem debiti, non poteſt eſſe debitor & creditor, vt in l Hæres à debitore, in prin & l Vrannius, § Sed quum duo, ff de Fideiuſſor & notant Bald & Docto per illum text in l Debitori, C de Pactis

His ita præmiſsis de intentione Doctorum hic, notat Barto ex hac l quòd quando hæres de mandato teſtatoris cedit actionem contra vnum ex correis, liberatur ceſsionarius quod alibi clariùs non reperitur, ſecundum Bald & eſt ſingulariter nota ſecundum Barto. in l Ex duobus 8 quæſtio nume 31 ff de Duobus re Ratio eſt, quia cùm teneatur in ſolidum, niſi ita eſſet, idem
2 † remaneret ſibimet obligatus quod eſſe non poteſt, vt modò præſuppoſui Idem & fortiùs inquit Bar quòd liberatur ab hærede cedente is, cõtra quem facta eſt ceſsio, id eſt alter correus debẽdi, qui eſt Titius in caſu iſtius l Et ad hoc vltimum ſatis conſonat l Si ſic, § fin ſuprà tit primo, quod procedit etiam ſi liberatio eſſet per teſtatorem facta de vno ex reis debendi, & alius correus debendi eſſet incapax Text eſt nota in l Si is qui duos, ad fin infrà de Libera legata quem Bartol allegat in prædicta quæſt 8 nu 31 quam l Si is qui duos, inducit ibi ad quæſtionẽ no Bar poſt Dy necnon Sali in l Societatem, la 1 ff Pro ſo & Bald in
3 l 1 14 quæſt nu 16 C eo tit † vbi tradunt vnã cautelã, per quã indirectè filius ſpurius efficitur capax bonorum paternorum videlicet, ꝙ talis filius ſpurius contrahat ſocietatem omniũ bonorũ cũ filio legitimo vel alio, qui filius vel ille alius ſocius poſtea inſtituatur hæres per patrẽ talis ſpurij Nã talis hæres tenebitur ſibi communicare ratione ſocietatis bona, in quib' ſucceſſit & ſic ſpurius erit capax illi' partis bonorum paternorum, non vi ſucceſsionis, ſed ſocietatis Et illam cautelam per l prædictam, Si is qui duos, in fine, approbant Docto præfati non apparente fraudis indicio Et plures commendationes illius l Si is qui duos, colliguntur per Andre Tira in opere retract fol 246 nu 30. vbi etiam meminit prædictæ deciſionis Dy & Bart Et id quod prædictũ eſt, ꝙ ceſsionarius liberatur ab hærede cedente, intelligit Barto procedere, vbi ceſsio nõ fieret ad cõmodum cedẽtis ſed ceſsionarij, vt hic *Quaſi velit* ſecùs eſſe dicendũ ſi *conſtituiſſet*, teſtatorẽ voluiſſe eam fieri ad cõmodũ cedentis nã tunc ceſsionarius nõ liberaret ab hærede & conſequenter imò neq; multo minus, & à fortiori liberaretur alius, per ea quę notat idẽ Bar in d quæſt 8 & in l Facta, § Si hęres 1 ff ad Trebe Et per hunc tex iuncta l Qui ſolidum, § fi ff iſto titu decidit Bart hic quæſtionem notabilem quem vi cuius deciſionem ſequũtur Bal & Pau Re vera tamen ipſi æquiuocant quia in hoc tex (vt prædixi) factum hæredis nõ eſt culpabile ſed
4 in quæſtione Barto & Docto ſic † Et ex hac l 1 reſpõſo colligitur caſus in quo actio, quæ eſt inutilis penès cedẽtem, eſt vel poteſt eſſe vtilis penès ceſſionarium Nam ex quo teſtator legauit Meuio, quod ſibi teſtatori Titius

debebat hæres non poteſt petere à Meuio debitũ, & à fortiori neq, à Titio & ſic actio erat cõtra vtrunq, Meuium videlicet, & Titiũ inutilis penès cedentem, id eſt hæredem Sed poſtquã eſt per eũ ceſſa ipſi Meuio, eſt eidem Meuio vtilis aduerſus Titium, vt ab eo exigere poſſit prædictum debitũ ex cauſa vel ratione legati Ad iſtud idem generale, eſt tex cum glo in l fin in princi in gloſſ in parte, Per ceſſionem, C de Iure dot quæ quidem gloſſ allegat alium caſum, ſcilicet l Cum is, ff de Fideiuſſo quam gloſſ dicit Albe ibi eſſe ſingul & conducere ad multa & ibi Salice notat, & declarat illum text 3 nota in eodemmet propoſito Ad hoc etiam eſt text in l Si abſentis, quem not Salic C Si cert peti vbi etiam commendat prædictam gloſſ Et illum text dicit ſingul Ange in l
5 2 § fi ff Si cert peta Et ex his † argumentatiuè poſſet imaginari cautela ſingu Quòd ſi ad probandum debitum non habeam niſi vnum teſtem, quòd cedam alteri actionem, & ego feram teſtimonium in cauſa & ſic probabitur debitum duobus teſtibus integris & conſequenter reſultabit, quòd actio quæ eſt inutilis penès me cedentem, erit vtilis penès cęſſionarium quia cùm non feram teſtimonium ad meum commodũ, ſed ceſſionarij, depoſitio mea erit valida Argumento prædictorum iurium, & eius quod no dicit Bal poſt Bart in l Si cui, la 1 § Si Titio, ad fin ſ titu 1 & in l fi § In computatione, ad fi C de Iure delibe in verſic Item quid ſi hæres de debito non habet, &c Et eius quod idem Bald dicit in l Dictantibus, in verſic Quatuor enim modis, nume 4 C de Teſtamen vbi ponit ſimilem cautelam, vt procuratoi litis poſſit eſſe teſtis, & redeundo ad ſuperius quòd teſtificari poſſit cedens in cauſa ceſſionarij in quæſtione rei ceſſæ tenet in effectu Bald contra Guilſ in l Si tibi decem, in lectura antiqua, ff de Pactis, & eſt communis opinio, duobus concurrentibus

Primum, quòd cedẽs nõ teneatur ceſſionario de euictione, vt quia ceſſit gratuitᵒ, itẽ in aduerſionẽ (quam ruſticum vulgus appellat,) ipſius ſoliᵒ ceſſionarij Secundum, q ceſſio non fuerit facta in fraudem tertij debitoris, eo duntaxat prætextu, vt cedens valuiſſet teſtificari Secundum Feli poſt plures Doct per eũ ibi adductos in ca Inſuper, col pe de Teſti Sed inquit ibi idem Feli quod attento hoc vltimo requiſito, cautela iſta, quæ fuit Specu in titu de Procuratore, § ſi ad ſi ſit inutilis, fortè conſiderans q nõ ob aliam cauſam poſſit fieri talis ceſſio, niſi ob præiudicium tertij & vt debitum poſſet contra eum probari, & ab illo efficaciter exigi per ceſſionariũ & ſic videretur habenda pro expreſſa, vt per gloſſ & Bald Paul de Caſt & Moderni in l Quamuis, C de Fideicom Et reuera ſi conſideremus rationem, quam Ro conſiderat conſilio 382 tenendo contra cautelam Speculato de qua ſ quam etiam cõſiderant Docto in donatore & venditore, etiã ſi nõ teneant de euictione (licèt eã Fel reijciat) deciſio & cautela Spec nõ bñ procedit Ratio ſiqdẽ eſt, affectio vnicuiq, naturaliter ingenita, vt cõtra actᵒ p nos facti ſortiant effectũ propter quã Docto dicũt vẽditorẽ & donatorẽ etſi de euictione nõ teneant, nõ eſſe idoneos teſtes in cauſa emptoris, & donatarij, vt tenẽt Petrus, Cy & Ioan Fab in l Omnibus, C de Teſti Anto Ioan de Imol & Panor in eodẽ ca Inſuper, Bal in l Etſi ad te, C de Falſis Ratio iſtius

rationis fundatæ in tali affectione deſumitur ex eo quod alias iura dicunt neminem præſumi velle facere actum fruſtraneum, imò validum, & pari ratione durabilem quoad validitatē l Si miles qui deſtinauerat, ff de Mili teſtamen Siue ergo iſta ratione, quam tamen (vt dixi) Feli reijcit, quanquam non ſit ſpernenda, in d c Inſuper, ſiue alia quam s d. i cū tenere, videtur quòd iſta cautela maneat dubia Sed re vera penitus intuēdo, cautela Specul poteſt ex ſequenti cōſideratione ſuſtineri Nā quoad primū inconueniens quo innititur Feli ſcilicet, q non poteſt alia cauſa præſumi ceſſionis, niſi præiudicium tertij, videtur q Feli non bene perpēdat iſtud Quia † ſi debitū ſit verū, & à
6 principio fuit probabile, quamuis ex poſt facto ex aliquo accidēti effectū eſt improbabile, vt puta vno ex duobus teſtibus defuncto, & ceſſio fuit facta ad meram vtilitatē ceſſionarij, & ſic gratuitò & per conſequens ad cedentē non eſt peruenturū cōmodum ex ſuo teſtificatu item q neq, cedens debeat teneri de euictione, non proſpicio quæ fraus creditoris cedentis poſſit contra tertiū, qui eſt verus debitor præſumi quin potius eſt prouidentia ipſius creditoris, & excluſio fraudis ipſius debitoris nolentis ſoluere, qđ re vera debet quæ & licita & commendata eſt in iure l Cū pater, § Titio, ante fi ī eo dū elegāter litera dicit, [*Nec uidetur dolo feciſſe, cum fraudem excluſerit*] & in l 2 C de Pōdera & Au illa lib 10 Et certè in caſu vbi vtilitas nō eſſet regreſſiua ad cedentē, vt s exemplificaui, cū alijs re-
7 quiſitis s proximè punctuatis, † indubiè cautela eſt laudabilis, & nequāq reprehendenda imò fortius videretur dicendū, quòd etiam ſi commodū i recuperatio veri debiti reſultaret in fauorē cedētis ſi tamen ſaltem p ſemiplenas probationes cōſtitiſſet alias de debito, vel conſtitiſſet q ille teſtis qui deceſſerat erat conſcius de illo debito, vel p alias præſumptiones & cōiecturas vigentes in fauorē creditoris cedentis & cōtra ceſſionariū de ipſo debito præter depoſitionem ſuā & alterius teſtis non video quin iſte cedēs, ex quo eſt verus creditor poſſit facere prætatā diligētiā ceſſionis ad ſuū cōmodū, vt ſ conſequatur id qđ ſibi eſt debitū, dū tamē ſit pſona honeſta & legalis, & quātitas debiti nō ſit nimis exceſſiua Et certè ſi res attētè practicet etiā in hoc caſu i qū ceſſio fieret ad vtilitatē cedētis i ad effectū recuperādi ſuū debitū, poſſet prædicta cautela procedere Tamē in s proximo ſaltē caſu i vbi vertit cōmodū ſolius ceſſionarij, nō video qd eā impediat, intelligendo, vt s intellexi ſ interuenientibus ſeu concurrentibus pręfatis requiſitis s recenſitis Et ad dignoſcendū qñ ceſſionari⁹ poſſit agere de euictione aduerſus cedentem vide Dec conſilio 102 & vide omnino ſimilē quæſtionem, quam ponit Albe poſt Spec vbi s in l Parentes, col fi in verſi Item quæro pulchram quæſtionem, C de Teſti licèt iſtę rationes in hac quæſtione s deducta non ex toto quadrent ad illam quęſtionem Specu & Alber Et generaliter in hac materia ceſſionis actionū vltra ea quę ſ Bar pleno ſermone tradit in l i ff de Actio & oblig i & in l i vbi etiam Bal col 5 & etiam Salice C eo vide omnino Pau de Caſt fundamentaliter (vt dicūt) loquentem poſt Doct antiquos in d l Facta, § Si hæres i ī ad Trebelli & Bald in l Per diuerſas, C Mandati, nume 11 à quæſtione 7 vſque ad 20 quæ eſt finalis & in prædicta quæſtione 7 decidit dubium elegās

An prohibit' aliâs agere poſſit actionem ſuam non prohibito agere cedere, vi eum ibi no diſtinguentem aliquot caſus & vi in alio propoſito, ſimili tamen, eundẽ Bald in l Si quis iniquum, § Si filius, ff Quod quiſque iuris & Alex in l Filiusfa § Diui, col 4 ͡s titu 1 Pau de Caſt in l Iuriſgentium, § Prætor ait, ff de Pactis, & Bar in l Filium, § Si quis verſi Quæro dicit ſtatutum, ͡j de Legat præſtã & in l Nõ putauit, § Non quauis, ͡j de Bono poſſe cõtra tabul & Bal in l Qui ſtipendia, & ibi quoque Salice Paul Alex & Iaſ C de Procura quibus in locis reperientur decifa plurima & memoranda in hac materia ceſſionis actionum vel iurium & quæ ſint ea quæ ſunt ceſsibilia, & quæ minimè vide redundanter Tiraque in opere retractus, fol 248 nu 42 cũ pluribus ſequen licèt articulũ (quod illi prope peculiare eſt) non reſoluat

8 Et † ad iſtius l (quæ mihi per difficilis videtur) intellectum, neceſſariò videnda ſunt duo Primum eſt, quo pacto procedat de iure ff & C antiquo Item ſecundum, quomodo procedat de iure C nouo & Authentic Circa primum dicendum eſt, quòd cùm ſecundum communem concluſionem (vt hîc dicit Rapha) duo rei debendi ex cauſa onerofa habeant regreſſum adinuicem vnus contra alium ſi vnus eorum ſoluat, ſubdiſtinguendo tamen, vt per Barto in l Reos, nume 1 vſque ad fin ff de Duobus reis, dicendum eſt, quòd iſtius l Deciſio in primo reſponſo non procedat in duobus reis ex cauſa onerofa obligatis nam cùm vnus eorum ſoluendo totum, poſſet recuperare ab alio partem ergo fortius poſſet obijcere exceptionem dolo facis, &c ei cui facta eſſet ceſſio contra eũ Sicq́, ſi in caſu iſtius text. in 1 rñſo ambo eſſent duo rei debẽdi ex cauſa oneroſa, Titi' poſſet obijcere contra Meuiũ exceptionẽ dolo facis, &c & ſic non teneret ei ſoluere niſi medietatẽ illorũ centũ, quorũ ſpectabat ad ipſum ſolutio & vltra illã medietatẽ non valeret legatũ & conſequenter in 2 rñſo iſtius principij hæres nõ teneret ad alia centum præſtanda Seio legatario ſed ad cedendã ei actionẽ contra Meuiũ, quæ (vt dixi) eſſet dũtaxat efficax contra Titiũ in medietate debiti non vltra, ſecundũ Rapha Cu hic etſi non ita clarè loquat Procederet ergo iſta l iure ff & C antiquo, in duobus reis debẽdi ex cauſa lucratiua qui tamẽ nõ eſſent ſocij, & promiſiſſent ex cauſa donationis ipſi teſtatori centũ in ſolidũ vel in duobus reis debendi ex cauſa onerofa in caſibus particularibus, qui colliguntur ex diſtinctione Bar in prædicta quæſt 8 in q̃bus quãdo ſunt tales rei debendi in ſimul obligati, non recuperat vnus ab alio

Circa ſecundum articulum Bal hîc poſt Pe tenet, quòd cùm hodie correi debendi ob beneficium diuiſionis eis competens ex epiſtola diui Hadriani, teneantur in effectu pro parte, vt in l fin C de Conſti pecu & hodie non poſſit cedi vni, id eſt Meuio, contra alium, id eſt, Titium niſi pro parte ideo in alia parte remanet ceſſionarius, id eſt Meuius, obligatus & ſic ceſſat ratio confuſionis & conſequenter ceſſat iſtius l diſpoſitio tam in primo quàm in ſecundo reſponſo Et ſic illud quod hic præſupponitur ſecundum communem intellectũ, quòd hæres ſoluat alia integra centũ Seio legatario, hodie nõ procedit q̃a imò non tenetur ſoluere, ſed Meuius ceſſionarius præſtabit aliã dimidiã partẽ de centũ eidẽ Seio legatario quin

imò

imò hæres cedet actionem Seio contra Meuium in alia parte i ad medietatem illorum centum,quæ fuerunt principaliter promiſſa per vtrunque reum debendi & illam medietatem recuperabit Seius à Meuio per illam actionem ceſſam,vt s dictum fuit in primo puncto Et hanc conſiderationem Bald poſt Pe dicit eſſe veriſſimam Paul hîc, & in eandem inclinat Rapha Cuma & cum ea videtur etiam Ioan de Imo tranſire Solùm ergo (ſecundum Bald & ſequaces) procederet hodie iſta lex, in caſibus, in quibus hodie ceſſaret beneficium diuiſionis, vt putà, quando ei eſſet renuntiatum item quando eſſent correi ex vltima voluntate quia illis on competit beneficium diuiſionis, vt in l Ille aut ille, in princi ff tit 1 de Legat 3 & in l Si ex toto, § Si ita primo,ſuprà titu 1. de Lega primo,& in l In lege Falcidia hoc eſſe obſeruandum, infrà ad l Falci ſecundum Bald Item quando ex pluribus reis aliqui eſſent præſentes, & aliqui abſentes, vel non ſoluendo Quibus etiam præſentibus vel exiſtentibus ſoluendo non competit beneficium diuiſionis, lex iſta remaneret incorrecta, prout tenet Iaſo in l Non quocunque,§ Qui Gaium,ſuprà titu 1 ad fin Itaque eo ſolo caſu,videlicet quando correi omnes eſſent præſentes & ſoluendo, lex iſta hodie eſſet correcta Semper tamen intelligo,quòd in caſibus prędictis in quibus hodie ceſſat beneficium diuiſionis, & in quibus Docto dicunt,iſtam legem non corrigi, debeat ſubdiſtingui an ſint duo rei ex cauſa oneroſa, & in eis l iſta nõ procedat per id qđ s dictũ eſt de iure repetitionis, qđ vnus habet cõtra aliũ Sed ſi ſint plures rei debendi ex cauſa lucratiua vel quaſi, vel ex cauſa onerosa in caſibus , in quibus inter eos non eſt locus repetitioni,de quibus per Barto in d l Reos,colum 2. procedat quod ipſi dicũt, & lex iſta habeat locum quia vnus non repetit ab alio Et ſic, licèt ceſſet diuiſio inter duos reos ex cauſa oneroſa quia tamen non ceſſat ius recuperandi inter eos, nihilo minus per id quod dicit hic Raphae Cuma reſtringitur valde hæc lex, & quod per eam Docto dicunt in puncto diuiſionis Et iſta eſt intentio ipſius Rapha ad fin qui poſtquam retulit id, quod Bald dicit de beneficio diuiſionis, concludit in alio puncto de recuperatione, prout dixi Extat ergo explicatio iſtius concluſiui intellectus circa primum punctum in hoc, quòd ſi Titius repetere potuiſſet à Meuio, ſi ſoluiſſet ſolidum teſtatori, prout eſt regulare(vt dixi)quãdo ſunt correi ex cauſa oneroſa, & hæres ceſſiſſet actionem Meuio contra Titium, ex quo Titius poſſet habere exceptionem dolo facis, & aduerſum Meuium, & ſic in effectu non teneretur ſibi ſoluere niſi partem licèt de rigore iuris Meuius recipiendo ceſſionẽ liberaretur in totum,& haberet actionẽ in totũ contra Titium Tamen ex quo (vt prædixi) Titius in effectu non eſſet obligatus ſoluere niſi pro parte, hæres non teneretur ſoluere Seio legatario ſecundo niſi medietatem debiti, & non totum debitum & illud quod ſolueret, id eſt medietatem debiti repeteret à Meuio condicendo ab eo liberationẽ pro parte quia in effectu non fuit liberatus niſi pro parte, quæ ſibi eſt ſoluenda à Titio & pars quam debebat Meuius, eſt ſoluenda Seio ſecundo legatario & ſic hæres debet eam à Meuio repetere condicẽdo liberationẽ (vt dixi)

Animaduertendum

Reſolutio veri intelle. in 1 articu

pro parte l Si quis accepto tulerit, ff de Condi ob cauſam Nam ſi hæres ceſſit actionem Meuio ſimpliciter contra Titium, fuit prætextu illius cauſæ, ſaltem tacitæ, vt Meuius totum conſequeretur à Titio Cauſa ergo non ſequuta, id eſt obiecta exceptione per Titiũ cõtra Meuiũ, legatũ Seij nõ debet̃ in ſolidũ, & ſic nõ duplicat̃, ſed d̃bet ſolui Seio pars Meuij p̃ hæredẽ & idẽ hæres debet ipetere à Meuio qui re vera debet ſuam partem Et iſta declaratio in hoc puncto eſt notanda, quia per neminem ſcribentium, quem viderim, hic neque alicubi tangitur & niſi hoc modo declaretur, non video quo pacto iſta lex in primo puncto poſſit intelligi, retenta punctuatione Raphae Et certè iſta lex ſtat poſita in magna ſpeculatione & ſubtilitate, punctuando ea quæ ſ̃ diximus ſi velimus ipſius intellectum reſoluere & verificare etiam attento iure nouiſſimo & habeo ipſam pro ſubtiliore l iſtius tituli ac minus per Doctores explicatam Non omitto quòd Ange de Peri videtur aliter dicere, fretus autoritate Bart in l 3 § 1 ff de Duobus reis vbi tenet, q̃ beneficiũ diuiſionis ſolum habeat locũ, quando duo in ſolidum obligãtur ex contractu ad aliquod diuiduũ præſtandũ quo caſu ſi aliter eſt præſens & ſoluendo, poteſt peti beneficium diuiſionis Nam inquit Bar ibi, q̃ quantum ad duorum reorum conſtitutionem nihil eſt innouatum p̃ authenticũ, Hoc ita, C de Duobus reis, & in corpore vnde ſumitur ſed ſolũ quoad exequutionem Sicque videtur velle, q̃ ipſo iure à principio per illud authẽticũ ſunt in ſolidum obligati, & beneficiũ opponi debet ad exequutionẽ & obligatio non diuiditur, niſi oppoſita exceptione illa de beneficio diuiſionis Et ideo dicit ipſe Ange quod etiam hodie non videtur dicẽdum, q̃ pro parte, pro qua poſſet opponi de beneficio diuiſionis priuſquam ſit oppoſitum, ceſſionarius remaneat obligatus Et hac ratione idem Angel concludit, hodie eſſe idem quod olim & quod in nullo lex iſta corrigatur per iura noua inducẽtia beneficiũ diuiſionis Quę opinio non eſt ſpernenda quia text in eodem authentico, id ſi refert ſeſe ad coactionem duorum reorum debendi quoad diuiſionem debiti & ſic refert ſe ad exequutionem nõ autem vult q̃ debitũ ſit à principio diuiſum ipſo iure Ad quod etiã eſt bonus tex in l Si creditores, C de Pactis ſed loquit̃ de iure C antiquo, ante iura authenticorũ Quia tñ præcedens opinio eſt cõis, & Ang nõ tetigit aliã difficultatẽ motã p̃ Raph de repetitione vnius correi ab altero ideo in deciſiuis non eſt ab ea recedendũ, cũ ſubdeclaratione & reſtrictione, de qua ſ̃ dixi poſt Raph licèt Iaſo etiã in d § Qui Gaium, non referat plenè Raphae hic quia non refert eũ circa prędictũ articulũ repetitionis, de quo prædixi Quod miror, cùm ſit valde ſubſtantialis in propoſito Cuius etiã articuli ipſemet Raph fuit oblitus (qđ magis miror) in eodẽ § Qui Gaium Et ad iſtius l declarationẽ adnotandũ eſt, q̃ Bart in intellectu rationis textualis hic poſitæ, quæ eſt q̃ a facto Meuij hæres fuit liberatus, videt̃ ſentire ppter ĩ, in quã tũ vult, q̃ hîc imputet̃ hæredi liberatio facta, ſeu quã fecit Meuio Nã ex quo hæres non fuit in culpa, cùm de mandato teſtatoris fecerit prædictam ceſſionem Meuio, vt in l Si ſic, § primo, ſuprà titu 1 Vbi dicitur, quòd legato debito cenſetur legata actio ad debitum competens, & ſic huic

Intelle cõis tenet dus

Pungit contra Bart

hæres cedit ex præcepto teſtatoris, & ex legis autoritate & conſequenter eſt factũ neceſſarium prouenies ex teſtatoris voluntate, vt in l Quid ergo, § Hæres, ſ titu 1 ergo non eſt in aliquo culpandus Quamobrem Paul de Caſtr iſtud fatetur eſſe verũ contra Bart (etſi eum non referat)& dicit iſtud legatum duplicari ex voluntate defuncti ſed non declarat per verba apta quomodo iſta voluntas eliciatur ex hac defuncti diſpoſitione Ideo clariùs & meliùs videtur altero ex duobus modis dicendum Primò, quia de voluntate teſtatoris hæres tenetur vni cedere, & alteri æſtimationem præſtare vt in dicto § Qui Gaium, ſecundum Albe in ſecunda declaratione iſtius l quia prima quam etiã ipſe ponit non eſt bona Qui text in § Qui Gaium, clarè probat, quòd iſta ceſſio facta fuit ex defuncti voluntate dum ad verbum dicit, [*Eam conditionem hæredi ſuo conſtituit, ut is neceſſe habeat alteri actiones ſuas, alteri æſtimatione m præſtare*] Quem tex ſingu nuncu pat Bal in l 3 C de Noua Vel aliter, & ſecundo modo poteſt euinci teſtatoris voluntas quia cùm præſumatur ſcire iura, vt in l Leges, C de ll & ſciat vel ſcire debeat (quę paria ſunt, vt in l Quod te, ff Si cert peta) quòd vbi eſt de intentione teſtatoris duplicare legatum, ſiue in ſpecie conſiſtat, vt in § qui ſequitur poſt dictum § Qui Gaium, ſiue conſiſtat in quantitate, vt in l Cùm centum, ſ de Adimen lega duplicatur Nam poſtquã teſtator hic iuſſit hæredem dare Meuio id quod Titius debebat & ſic in effectu & re ipſa iuſſit cedi actionem Meuio aduerſus Titium & conſequenter Meuium liberari & vlterius progreſſus eſt legando idem debitũ alteri, videtur, voluiſſe legatum duplicare Vel poteſt aliter declarari, vt per Rapha hîc, quem vide Et pondera vltra Docto quòd verſic. [*Si is qui*] iſtius l non debet legi vt paragraphus de per ſe, ſed vt verſus cõſequutiuus ex pręcedentibus, ſiue cõtinuatiuus & per eum declaratur text in princi iſtius l in ſecundo reſponſo, prout dixi eum declarare Paul de Caſtr vt ſit ſenſus, quòd in ſecundo reſponſo iſtius legis teſtator eſt viſus multiplicare legatum de centũ, & valet quoad Seium in alijs centum, prout eſt etiã in caſu ſequenti, in verſi [*Si is qui*] Et re vera argumẽtatur Iuriſconſultus de legato facto de debito duorũ duobus, ſcilicet Meuio vno ex correis primo legatario multiplicando illud legatum in vltimo, ſcilicet, Seio ſecundo legatario ad legatum factũ duobus de debito quod ab vno debebatur animo multiplicandi in vno ex iiſdem duobus legatarijs eandem quantitatem in ſolidum Et in vero ante verſum [*Si is qui*] deberet eſſe dictio ac, aut dictio, veluti quæ ſunt dictiones ſimilitudinariæ & continuatiuæ & ita conijcitur ex quodam ſpaciolo ſeu lacunula, quæ modò apparet in hac l ſecũdum impreſſionem recognitionis Haloan inter verba finalia principij, & literã Si is qui Quod etiam ſentit Paul de Caſtr & meliùs cæteris, in quantum legit verſum, [*Si is qui*] ſimul cum principio per modum caſus ſimilis, vel in ſimili ad ſecundum reſpõſum principij Et ita etiam eſt de intẽtione Raph Cu hîc in verſi Item teſtator in duob' locis licèt poſtea faciat paragraphum, & non bene Quanq̃ ex litera Pandectarum Florent non appareat, iſtum verſiculũ referri debere ad legis principium, necne Ex quibus pro virili remanet (vtcunque potuimus) lex iſta expedita qua (vt iterum repetam) in toto hoc titulo

Atten neceſſariam declarationẽ, verſic Si is qui in ſecunda e.d niq vltima huius l parte

non videtur mihi alia lex difficilior, neque obſcurior ſi quis ſpeculationem ipſius internè velit penetrare Et profectò in huius l intellectu & perfecta reſolutione animus nuſquã quieſcit, & Docto hîc perperam declarant ipſius intentionem reſolutoriam, vt poſſit iure hodierno eſſe vtilis in practica Reliquum eſt cũ illo mecum inſuſurrare, in magnis & voluiſſe ſat eſt

*Summarium.*

1 *Declaratio textualis Bal quam ſequuntur Io de Imo & Ange de perigl*

2 *Commemoratio prioris ſcripturæ, uel diſpoſitionis, quæ fit in ſequeti ſcriptura repugnante primæ, inducit probationem uoluntatis teſtatoris fuiſſe reuocandi primam, eſtq; neceſſaria quando ambæ ſcripturæ fiunt in continenti una poſt aliã, non autem quando ex interuallo*

3 *Intellectus huius l in 2 parte ut loqtur in caſu e contrario, cum eadem tñ qualitate primi caſus ſeu reſponſi.*

4 *Duæ ſcripturæ in continenti una poſt aliam cõfectæ non cenſentur plures, ſed una & eadem*

5 *Subintellectus ad uerſicu Sin autem, in 2, parte huius legis.*

6 *Quatuor corollaria ex huius l intellectu manantia & ſatis conducibilia ad ipſius declarationem*

7 *Intellectus ad l Vbi repugnantia, de Regu iuris. ut ſuprà ubi etiam iſtud retuli*

8 *Peruerſio ordinis unius actus ad ſe ipſum regulàriter uitiat illum*

L *Si idem ſeruus.*

SI idem ſeruus & legatus & liber eſſe iuſſus ſit: fauor libertatis præualet Sin autem, & in poſteriore ſcriptura legatus eſt, & euidẽs ademptio libertatis oſtenditur legatum propter defuncti voluntatem præualebit

Seruo alieno hæredé inſtituto, poſt mortẽ domini eius cui acquiſita hæreditas eſſet, & libertatem fideicommiſſarium dari poſſe conſtat.

ISta lex ſummat, vt ꝑ Bart & Doctores In tex ibi, [*Poſterio re ſcriptura, &c*] Bal declarat
1 †tex & ſequuntur Ioan de Imo & Ange de Perigl quòd in poſtrema ſcriptura fuit facta cõmemoratio de libertate data ſeruo in prima, quæ cõmemoratio inducit clauſulam derogatoriam ad primam Argumento l Non ad ea, in verſi [*Quod ſi pure*] ꝟ de Condi & demonſtra Et quia Doctor tranſeunt cum Bald & nihil aliud ſubdeclarant, adde quòd illum tex dicit ibi eſſe ſingu Pau de Caſt ad hoc, q; diſpoſitio vltima non tollit primã, quando ambæ ſunt confectæ in continenti aut continuata ſcriptura Nam tunc per vltimã non cenſetur à prima receſſum ſecùs in diuerſis ſcripturis ex interuallo confectis, ſeu perfectis vel abſolutis In quibus ſi diſpoſitio ſecũda repugnet primæ, vel non ſit compatibilis cum prima, tollit primam, vt in l Si quis eum, in prin vbi Areti ita declarat ꝟ de Vulga & pupi & ibi allegat not in d l Non ad ea Ad idem l Si ita ſit ſcriptum, in prin ꝟ eo vbi ponuntur duo exempla At ſi ſecunda in continenti facta repugnaret primæ in eui tabiliter, neutra valeret, vt in l Vbi repugnantia, ff de Regu iuris Et in hoc ſtat differentia inter has diſpoſitiones factas in continenti, & factis ex interuallo quando inuicem repugnãt indiſſolubiliter vel contradictoriè quia ſi in continenti, neutra valet, ſi ex interuallo, præualet priori poſterior Ratio, quia quando duæ ſcripturæ fiunt in continenti vna Atten hanc d. ... reſolutoria

na poſt aliam; & ſic vno contextu, ambæ cenſentur vna l Lecta, in verſ [Dicebam] ff Si cert pet l Hæredes palàm, § fin ſ de Teſta l Si quis eum, § 1 cum glo vbi de hoc tradunt Doct ſignanter Areti & Iaſo ſ de Vulga & pupi Quo caſu, id eſt in vnica diſpoſitione repugnante in ſe ipſa, loquitur propriè text in d.l Vbi repugnantia, vt patet ex verbo [Inteſtamento.] in numero ſingulari ibi prolato, & tangit Bald illud declarans in l 1 ad fin ff de Acquiren hære & ſ repe tam Et ad id quod eſt dictum de diſpoſitionibus coniunctis ſeu in continenti factis, quòd ſecunda non tollat primam, facit text optimus in l Quidam teſtamento, ſ de Pecu lega vbi in ſimilibus terminis huius l dicitur, quòd non eſt vis, an primo legetur peculium ſeruo & exinde in continenti in eadem ſcriptura continuata & conſequutiua iubeatur eſſe liber, vel econtra Quia in ſcripturis coniunctis ſeu continuatis non attenditur ordo vt ibi probatur, iuncta gloſſ & ita ſummant illam l Barto & Alberic ibi Ad quod eſt etiam text in l Si certarum, § Si eodem teſtamento, ſuprà de Mili teſtamento, ſecundo reſponſo De cuius intellectu videndus eſt Paul de Caſt in l Seius, & Augerius, infrà, ad l Fal & ibi Alexan in quãtum tenet contra Bart in l Paterfa teſtamẽto, ſ de Hære inſti Ad idem l 2 § Prius, verſicu [Si quis ita] ſ de Vulga & pupi & Bart in l Quidam conſulebãt, nume 11 in verſicu Sed quid ſi ſimul, ff de Re iudic vbi allegat dictum § Si quis ita, l Talem, in princi ſ de Hære inſti in argumentum Ex quo patet ratio expoſitionis Bal ad iſtum tex ſecundo reſponſo de ſcriptura poſteriore loquentem, quòd cum loquatur de ſcriptura in continẽti facta, ſit neceſſaria probatio voluntatis teſtatoris, vltra eam quæ ex poſteriore ſcriptura diuerſa à prima, imò & eidem repugnãte reſultat & conſequenter ſit neceſſaria prioris diſpoſitionis commemoratio, vt de-
2 clarat hîc Bal †Illa enim cõmemoratio ſolùm requiritur in ſcriptura vltimæ voluntatis, quæ fit in continenti poſt primã, vt inquit text in dicto verſi [Quod ſi pure] Et in vero iſte tex loquitur in ſcriptura poſteriore, id eſt in ſequẽte poſt primã in cõtinẽti nõ autẽ ex interuallo, vt patet ex duabus dictionibus [Sin autem] hîc poſitis, quæ ſui natura dicunt coniungere inferiora ſuperioribus in iure, & eiſdẽ aduerſari in facto quæ æquipollent illis dictionibus, ſed & ſi, de quibus per gl & Bar in l Hoc amplius, § De his, ff de Dãno infecto, & in l Sed & ſi lege,
3 in prin ff.de Peti hæredi cũ alijs †Et ſic ponitur in hoc verſi [Sin autẽ] caſus cõuerſus ad primũ, cũ eadẽ tamẽ qualitate videlicet, quãdo in ſubſequẽte & cõſequutiua ſeu in cõtinẽti facta ſcriptura fuit ſeruus legatus, poſtquam fuerat iuſſus eſſe liber, in præcedẽti ſcriptura facta in cõtinenti ante nõ autẽ ex interuallo vna, ante vel poſt aliam Et iſta fortè fuit intẽtio Albe hîc dũ addit ſuper verſi. [Oſtenditur] hęc verba Et ſic ſolus ordo ſcripturæ nõ attẽditur
4 Nõ aũt dixit ſcripturarũ †quia quando fiũt in cõtinenti (vt ſ dixi in verſi Ad idẽ l Si ita ſit ſcriptũ) nõ cẽſentur plures, ſed tamen quando ex interuallo, cũ in eadem ſcriptura dicitur factũ, nõ ſolũ quod fit in eadẽmet, in diuerſa in qua clauſula ſub ſequẽte ſed etiã quando fit in alia ſcriptura in cõtinẽti Quẽadmodũ generaliter dicitur, quod id quod eſt factũ diuerſis tẽporibus cõtinuatis ita quòd nullus actus extraneus intermedius interueniat, videtur factũ vnico contextu glo eſt no. in l Si quis eum, § 1 in glo 1 ſ allega.

Quam ibi Albe & Arc & nouiſſimi cōmendant, & tamen tex ibi loquitur per verba prima fronte deſignantia interuallum videlicet, [*Rurſus alia hora, &c*] & glo in vtraque expoſitione ob contrarietatem vitandam exponit, id eſt ordine ſucceſſiuo in cōtinenti, hoc eſt non interueniente aliquo actu extraneo intermedio Bene facit glo in l In operis, vbi notant Docto & in ſpecie Fulgo ff Locati, & glo in c Nihilo minus 3 quæſtione 9 Et plura de his quæ in continenti poſt actum fiunt, tradit And Tiraque tam implicitè, id eſt remiſſiuè, quàm explicitè, id eſt exemplificando in multis caſibus in opere retract char 339 gloſſ 5 per totam, vbi ſunt 28 numeri, in quibus de nulla alia re tractat per modum torrentis niſi de hoc articulo Recurratur ad eum, quādo expedierit, vel opus fuerit Ad prædicta etiam confert, quia poſterius non dicitur neceſſariò id, quod fit ex interuallo poſt primum, quum etiam dicatur poſteri' id, poſt quod nullum eſt l Si ex plagis, § In cliuo, ff ad l Aquil Item dicitur vltimum, vt in authentico de Nup § Super his, coll 4 non habita conſideratione an inter prius & poſterius ſit interuallum, an verò cōtinentia vel connexitas ſeu vicinitas actuum Et iſtud inuincibiliter elicitur ex eodē § Quòd ſi purè, dum text ibi expreſſim vocat poſterius id, quod in continenti ſequitur poſt factum Nam inquit litera illa loquendo de ſcriptura in continenti facta, [*Niſi commemoratione ſuperioris legati, poſterius ſcriptum fuerit, &c.*]

5 Eſt † ergo ſenſus iſtius l in verſi [*Sin autem & in poſteriore ſcriptura*] q̄ nō tm̄ qñ in eadem ſcriptura legatū ſerui ponit' poſt legatū libertatis tale legatū libertatis prævalet, ꝑut eſt in caſu è contrario poſito in principio legis. ſcilicet, quando libertas poſtponitur legato prius facto in cōtinenti de eodem ſeruo ſed etiam quando in alia ſcriptura in continenti facta poſt legatum de ſeruo factum ponitur legatum libertatis eidem factum niſi de alia teſtatoris voluntate in contrarium appareat, vt in exemplo Bald quod ponit de mentione prioris ſcripturæ, vel per alias coniecturas, ſecū dum Rapha Cu Ex qua declaratione & intelligentia huius l reſultant

6 corollaria ſequētia † Primum, quòd in ſecundo caſu iſtius l commemoratio legati ſecundariò facti, fuit facta in ſcriptura in continenti ſubiecta poſt primam Secundum, quòd ſi ſecunda diſpoſitio legati eſſet facta ex interuallo poſt primā libertatis, non eſſet opus aliter conſtare de voluntate teſtatoris, prout tex iſte conſtare exigit quia imò cùm eſſet contraria primæ diſpoſitioni, ipſo iure tolleret illam, ſiue prima eſſet circa libertatem legatam, & ſecunda circa legatum factum de ſeruo ſiue è contra l Si mihi & tibi, § In legatis, ſ̄ titu 1 & d l Non ad ea, in princ cū ſimi Tertium, quòd ſi in ſecundo caſu iſtius tex non conſtitiſſet de volūtate diſponentis in contrarium, tūc legatum libertatis primò factū prævaleret alteri legato de ſeruo facto poſtea in continenti, id eſt cōtinuata ſcriptura ſubſequuta, fauore libertatis relictæ in prima ꝑ principiū iſti' legis Et ex hoc fluit quartum corollarium, quòd ceſſante fauore libertatis, neque conſtito de voluntate alia teſtantis, neutra diſpoſitio ſpecialis in continenti vel continuata ſcriptura facta prævaleret alij, cùm vna eſſet alteri incompatibilis & cōſequenter ſeſe inuicem colliderent per tex apertū, quem ſ̄ etiam adduxi in l Vbi repugnantia, ff de Regul iuris,

iuris, vbi ad verbum dicitur [*Vbi re
pugnantia inter ſe in teſtamento reperiretur, neu-
trum ratum eſt.*] vel ſecundum literam
Pandectarum Flo [*Vbi pugnantia inter
ſe in teſtamento inueniuntur*] & eadem eſt
litera Haloandri Et ſic loquitur de
repugnantia vnius & eiuſdem ſcri-
pturæ in ſe ipſa, id eſt de repugnan-
tia vnius actus eiuſdem ſcripturæ
ad alium actum in eadem ſcriptura
contentum, prout ipſa litera præ
ſe fert quia tunc excluditur præ-
7 ciſè conſenſus † Et ita etiam illam
l Vbi repugnantia, intelligit Bald
in l 1 ad fin ſupra de Acquiren hæ-
redi Ad idem bonus text in capitu.
Inter dilectos, in verſicu [*Cæterum*]
de Fide inſtrumen & probatur in ca
pitu Si ea, in fin 25 quæſtion 2.
ibi, [*Et omnis ſcientia & lex in ſe diuiſa deſtrue
tur*] Necnon facit quod Bart notat
in ſimili in l Prolatam, poſt initium,
C de Senten & interlo omni iudi.
8 de peruerſione † ordinis vnius actus
ad ſe ipſum quòd vitiet ipſum actũ
Quod referunt & ſequuntur Mo-
derni ſignanter Aretinus & Iaſo in l.
2 § Prius, ſuprà de Vulga & pupi Et
in hoc ſtat ſubſtantia & vis intelli-
gentiæ iſtius text etſi ſcribentes hîc
ne vllum quidem verbum de hoc fa
ciant Sed quod prædixi, ſatis ſua-
detur ex litera textuali, dum dicit,
[*Fauor libertatis præualet*] Nam ſolummo
do Iureconſultus innititur fauore li-
bertatis quaſi apertè velit, quòd eo
ceſſante, diſpoſitiones ob earum
mutuam incompoſſibilitatem vitia-
rentur Non enim ſeſe inſimul com-
patiuntur legatum libertatis factum
ſeruo, & legatum factum alij de eo-
dem ſeruo, vt ex ſe patet Suaden-
tur etiam prædicta ex l Seruum fi-
lij, § Idem ſeruus, ſuprà titu primo,
vbi in caſibus, in quibus legatum li-
bertatis non valet, quorum tres po-
nuntur ibi, valet legatum factum
de eodem ſeruo ad idem l Qui te-
ſtamento, infrà eo Quæ iura alle-
gat gloſſ hic & eſt bonus text in l.
Si ſeruus legatus, § Si ſeruus alienus,
ſuprà titu primo, quem Alberi hic
poſt Dy allegat Attenditur ergo
principaliter fauor libertatis, quo
(vt dixi) ceſſante, etſi ambæ diſpo-
ſitiones poſſent valere in ſe ipſis, quã
do ſeparatim fierent tamen ex quo
ſimul copulatæ vel coniunctæ inui-
cem repugnant, vitiantur cùm pro-
pter mutuam repugnantiam non
poſſint effectum ſortiri, vt ſuprà eſt
dictum Et ex his iſte text (vt reor)
apparet perfectè expeditus præter
omnium Doctorum ſcripta neque
eſt credendum Bald & eum ſequen-
tes aliter intellexiſſe, dum innitun-
tur dicta l Non ad ea, in verſicul
[*Quod ſi pure*] Non omitto quòd per
text in eodem § Quòd ſi purè, iun-
Dubiũ pbabile, qđ ex facto olim euenit.
cto notabili Paul ibidem deciditur
dubium quod poſſet in facto eueni-
re, prout & aliâs accidit Si pater
in vna clauſula teſtamenti meliora-
uit filium in tertio bonorum deſi-
gnato in re certa cum vinculo ma-
ioratus in forma conſueta appoſito,
& in alia inferiori eiuſdem teſtamen
ti clauſula meliorauit eundem fi-
lium in eodem tertio ſimpliciter abſ
que aliquo vinculo, & deſignauit
illud tertium in eadem re, iſte filius
habuit illam rem pro ſuo tertio vin-
culatam eo mortuo, filius ipſius
maior, vult habere eandem rem eo-
dem modo vinculatam ac præci-
puã, alij filij minores dicũt eſſe diui-
ſibilẽ quia ex ſcriptura teſtamenti,
quæ inquã nũc eis innoteſcit, vel de-
bet innoteſcere, per vltimã clauſulã,
quę eſt ſine vinculo, viſus fuit teſtator
à prima

à prima, & à vinculo ibi appoſito receſsiſſe, per regulam generalẽ, quòd vltima voluntas poſterior, &c Veritas eſt, quòd in prædictis terminis per ſecundam voluntatem liberam nõ fuit ſublata prima voluntas vinculata quia eſt text in dicto § Quòd ſi purè, quòd eſt in electione meliorati, &c & cùm hic elegerit ſcienter igitur, &c ſecùs ſi ex interuallo ſecũda diſpoſitio eſſet facta poſt primã, puta in codicillo vel aliâs, quum per dictam regulam generalem, tum etiam per tex in l Auia, in princip ff de Condi & demon Sed obſtat aliquatenus tex in l Cùm ſeruus, ff de Condi inſti Cogita ſi poteſt dici, quòd illa cõditio quæ fuit ibi repetita deſignabat cauſam finalem quia non aliter teſtatrix relictura erat niſi filius à patre emanciparetur vid Old conſi 28 vbi loquitur in voluntatibus diuerſis & diuerſæ naturæ, ſcilicet inter viuos, & in vltima voluntate Et videtur bonus text in l Si tibi certam, ff de Adi lega intelligendo, quòd ibi vtraque melioratio vel prælegatum fuit facta, in eadem diſpoſitione ſi autem filius primò melioratus, item & filius maior ipſius ignorauerunt ſecũdam diſpoſitionem factam ſine vinculo, quæ modò nouè apparet, non viderentur elegiſſe l 4 ff de Opt lega & ſic tertium diuideretur inter omnes filios reſpectiuè, prout & aliæ res per teſtatorem in bonis ſuis relictæ

Ex hoc text colligi poteſt iuncta declaratione Bald ff memorata ad verbum, [*Oſtenditur*] quam declarationem Raph extendit etiam ad quaſ-
9 cunque alias cõiecturas, † quòd vbi lex exigit probationem euidentem volũtatis defuncti, ſufficit, talem voluntatem probari coniecturaliter, id eſt per legitimas cõiecturas licèt aliter euidentia voluntatis non probetur Ad quod etiam eſt text & ibi ad hoc notant Bar & Docto in l Licèt Imperator, poſt princ ff. titu 1 & ibi notat Iaſo tertio nota. & poſtea iſtud limitat dupliciter colum 3 vbi eſt videndum cum aduertentia

In § ſequenti Doctores nihil ſcribunt, & rectè quia eſſet tranſcribere materiam l Cùm filio, ff titu 1 quam Bart & Docto ibi tradunt pleno ſermone Rurſus non expedit inſiſtere circa materiam l Si quis duobus, quæ proximè ſequitur quia eſſet extrauagari ad alium titulum differentiũ materiarum, ſcilicet de Verbo oblig Nam in l 2 § Et harum, eodemque primo, & in l In exequutione, § Pro parte, eiuſdem tituli, diſcutitur plenè per Bart & Docto ſignanter Vincen in princ eiuſdẽ l In exequutione, articul⁹ principalis, qui in textu iſto tangitur, quãdo ſolutio fieri poſſit in diuerſis rebus, & præſertim videndus eſt Lãcelo Galiau in eodẽ § Et harũ, 4 col verſi Quartò nota, vbi tripliciter limitat regulam negatiuã in textu illo poſitam, & cum illa regula etiam in l ſequenti, Si quis duobus, ponatur, poſſunt prædictæ limitationes ad eãdem l affabrè adaptari Gloſſæ nihil habent

*Summarium*

1 *TAxatur Barto in allegatione quam facit de Auth Si quando, de Conſti pecunia*

2 *Carpitur allegatio, quam facit Ioan Fab alibi de hac l pro glo in l Hæredes palam, §. ſi ſupra de Teſta*

3 *Quonam modo procedat conſequentia de contractibus ad ultimas uoluntates, traditur hic ſub nube, & remiſsiue tamen ex remiſsione colligitur uera reſolutio in hoc articu.*

L Si

### L Si Titio.

SI Titio aut Seio, vtri hęres vellet, legatum relictū eſt hæres alteri dando, ab vtroque liberatur Si neutri dederit, vterque perinde petere poteſt, atque ſi ipſi ſoli legatum foret. Nam vt ſtipulando duo rei cōſtitui poſſunt ita & teſtamento poteſt idem fieri.

EX hac l (ſuppoſita ſumma Bart ) notandum eſt, quòd plures rei credendi ex vltima voluntate conſtitui poſſunt per diſiunctiuā Idē dicitur (licèt aliter & aliter) in reis debēdi in l Si ex toto, § 1 ſ̃ titu 1 vbi iſtud etiā notat Barto prout hîc Et in quantum Barto in præſentiarum & in eodem § 1 primo not allegat authenticam Si quando, C de Conſtit pecu ad fin pro concordanti ad eundem §. primum, ſcilicet, quoad plures reos debendi conſtitutos per alternatiuam videtur intelligere iſtum text. procedere in pluribus reis credendi alternatiuè conſtitutis etiam in contractibus Vt ſi promittam tibi aut Titio centum, tu & Titius ſitis plures rei credendi, & vnuſquiſque in ſolidum habeat me ipſum obligatum, quod eſt declarandum vt per eundem Barto in l 1 num 3 in verſicul Secundò quæro, ff de Duo reis, vbi Barto diſtinguit hoc caſu prout in copulatiua, ideo videndum eſt ibi per eum qui in illo membro quod ponit de copulatiua remittit ſe ad id quod ſuprà dixerat in pluribus reis debendi Et in effectu vult, vt patet ex vltimo membro ibi poſito, quòd in dubio non ſint duo rei credendi niſi ex adiuncto appareat. Et ſic attento eo quod prædixerat
1 dum allegauit † authen Si quando, videtur facere differentiam inter vnos reos, ſcilicet credendi, & alios, ſcilicet debendi Sed nunquam probauit mihi prædicta authentica id, ad quod Barto eam hic & ibi allegat, & in dicta l Si ex toto, § primo, videlicet, quòd per alternatiuam cōſtituantur plures rei debendi in contractibus neque in æternum probabit Et ſic (redeūdo ad primū no ) ſignandū eſt, ꝙ ſicut in contractibus, ita etiā in teſtametis cōſtitui poſſunt & plures rei credendi vt hîc & debēdi (licèt, vt dixi, aliter & alio modo ) vt in dicta l Si ex toto, § 1 ſecundum Bald Rurſus hunc text videtur allegare Ioan Fab in princi Inſtitu de Lega in propoſito gloſſæ ordinariæ, & pro ipſa in l Hæredes palàm, § vlti ſ̃ de Teſtamen de qua etiam feci mentionem, ſuprà in l Cùm fundus, quæ probat, & ad id allegatur cōmuniter, quòd contractus fieri poteſt in teſtamento neque ob id vitiatur
2 teſtamentum Sed † (pace ipſius dicam ) nō videtur bene allegare quia iſte tex loquitur in pluribus reis credendi Sed inductio, quam ibi ſentit Ioan Fab de iſto text procedit in pluribus reis debendi, & fortè debuit, aut ſaltem voluit allegare l Si ex toto, § 1. ſ̃ titu primo, quæ loquitur in pluribus reis debendi Præterea & fortius, quamuis illa gloſſ communiter intelligatur ( vt prædixi etiam in eadem l Cùm fundus,) quando contractus in teſtamento factus quomodolibet pertinebat ad teſtamētum tamen adhuc text iſte, neque text in dicta l Si ex toto, § 1 non probant talem contractum poſ

ſe

ſe fieri in teſtamento Nam tex iſte non loquitur de contractu, ſed de ipſamet vltima voluntate, quæ poteſt concipi in ſolidum reſpectu ipſorum reorum credendi ideo eis dabitur actio ex teſtamento non tamen dabitur actio ex contractu vel quaſi Adhuc tamen videtur, quòd ſi hic text loqueretur de pluribus reis debendi, prout loquitur dicta l Si ex toto, § primo, Ioan Fab allegaſſet bene illum pro illa gloſſ quia nō allegat eum ſimpliciter ſed dicit, quòd in vltima voluntate poteſt fieri contractus cōſequutiuus ad eam quia cùm in ea conſtitui poſsint plures rei debendi ergo & conſequenter fideiuſsio tacita conſequutiua, quæ reſultat conſequenter ex conſtitutione duorum reorum, vt in l Eandem, in princi ff de Duo reis Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd cùm illa fideiuſsio reciproca ſit contractus tacitus à lege præſumptus ſeu confictus, & ex conſequentia neceſſaria conſequutiuus ad vltimā voluntatem per quam duo rei debēdi fuerant conſtituti, non probet cōcluſionem glo quæ loquitur de contractu expreſſo ineundo per teſtatorem in teſtamento Et de illius glo declaratione vi omnino Aretinum ibi ſecunda & tertia colū & vi quædam exempla, quæ ad gloſſ illam ex dictis Doctorum ibi recenſet Alber Brun conſilio 43 incipien Circa caſum mihi præſuppoſitum, poſt princi Sic ergo in iſto tex talis conſtitutio duorum reorum eſſet reuocabilis, prout & ipſa vltima volūtas, per quam conſtituitur Et videtur quòd pro illa glo meliùs poſsit allegari tex in d l Eandem, in prin ff de Duo reis, & in d § 1 eiuſdem l Si ex toto Nihilominus tamen poteſt eis reſponderi, prout reſpondet Aret ad l Si auia, C de Iure delib quam l Sal. ibi ponderat pro glo illa & Aret ibi tenet reſpondendo Salice in primo no quòd imò non probet Et eadem reſponſio poteſt adaptari ad illas ll quamuis eas non afferat, remitto me ad eum in d l Si auia

De eadē re

De eodem

3 Quoad notabile † quod ex hac l colligitur id ſi videlicet, quòd valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, addendū eſt, quòd ad hanc generalem allegationē ponit Iaſo plures inſtantias in l Quæ de legato, ſ titul 1 & non reſoluit punctum, prout neque Dec reſoluit in l In teſtamentis, ff de Regu iuris vbi illum tangit, ſed verior & perfectior reſolutio, quam viderim in hoc articulo eſt ea, quam ponit Dy in l Seruum filij, § Eū qui chirographū, ſ de Lega 1 ad quem Bart ſeſe remittit ibidem Et prædictam reſolutionem Dy ſpeciatim & diſertè recitat ibi Albe & ipſemet in l Pactum inter hæredem, ff de Pactis licet ibi ſit aliquatenus corruptus & diminut' Et Ioan Fab (quamuis etiam in vno membro ſit imperfectus & mutilus) in prin Inſti de l Suffi cani tollen & ad prædictam reſolutionem Dy refert ſe Bald in l Vna, C eo titu de l Suffia in prin & ad illam recurratur quum expedierit Quia (vt dixi) non reperiet' alia melior & cōpendioſior per aliquē ſcribentium, quem viderim, poſita Addendus tamen eſt Alexand conſilio 61 incipiente, Super eo, col 3 lib 1 quem refert Dec in l In teſtamentis nu 7 eodemque vlti ff de Regu iuris Qui Alex nu 18 refert Guil & Ang in diuerſis locis

Gloſſ hîc approbatur communiter in ſolutione cōtrarij legis Cùm quidam, C de Verbo ſignifica Et in quantum gloſſ dicit de duobus reis debendi, ſtat corrupta ſecundum

dum Bald & debet dicere, credendi, ρrout iſta l loquitur Item in quantum hæc gloſſ dicit de recurſu per actionem negotiorum geſtorum habendo per vnum ex reis credendi in caſu iſtius l contra alium qui præoccupauit in agendo, reprehenditur per omnes Doctor ſecundum Pau

## Summarium

1 Quid interſe differāt legatarius mixtus exequutor, & merus

2 Concordia Bart ad ſe ipſum circa id quod tenet in l Pecuniæ, de Ali & cibа lega

3 Attede ad ea, quæ ſequuntur pro intellectu legis Pecuniæ de Alimen & ciba lega. nam hic diſcutitur ipſius intellectus melius forſan quam alibi

4 Fidei cōmiſſa deficientia non redeunt ad exequutorem, etiam non merum ſeu mixtum ſed eadem redeunt ad legatarium ſiue expreſſum, ſiue tacitum, a quibus fuerint derelicta, ſi deficiant inquam, poſt quam conſtiterunt, ſeu ualuerunt etiam poſsibiliter tantum. i potuerunt ualere uel conſiſtere, alias ſi ab ipſo initio omnino non conſtitiſſent, neq, ualuiſſent, redirent ad hæredem uniuerſalem, quouis modo deficiant, dum tñ non per teſtatoris pœnitentiam

5 Reuocatio facta per teſtatorem de fidei cōmiſſo relicto a legatario, inducit etiā reuocationem ipſius legati directo & immediate ipſi legatario relicti, ſicq, ſi fidei cōmiſſum eo modo deficiat a principio uel ex poſt facto, non redit ad legatarium ſed ad hæredem

6 Intellectus huius l ex quo manat declaratio notabilis ad d l Pecuniæ, uerſic Diuerſa cauſa, p ſcriptores hic & alibi, quod ſciam, intacta

7 Quanquam merus exequutor nō habeat actionē contra hæredem, habet tamen officium iudicis

8 Lapſus Roma in allegatione iſtius glo dum retulit eam alternatiuè contra cōmunem allegationem quæ de illa ſolet fieri hic & ubiq, , uidelicet coniūctiue ſeu copulatiue, nam communis litera glo eſt cum dictione ſeu.

9 Relictum diuiti pro anima uel ad alimenta non cenſetur relictum in, uel ad cauſam piam

10 Relictum alimentorum factum per patrem filio naturali uel ſpurio etiam indigenti non eſt proprie neq, exacte pium

11 Relictum conſanguineo in dubio cenſetur ſibi factum intuitu conſanguinitatis ſolo, & non alio etiā pietatis

12 Legatū factum cōſanguineo pauperi pro anima cenſetur ad piam cauſam relictum ſecus ſi diuiti

13 Legatum ad alimenta uel pro anima per filium matri relictū ſi mater eſt pauper, eſt relictū piū.

14 Executor cum facultate diſtribuedi bona amore Dei pro ipſius teſtantis anima poteſt nominare proprium filium illegitimum, ſi eſt pauper & nō demeritus & idem uidetur dicendum in filio ſpurio ex identitate rationis.

15 Maior pietas exercetur erga conſanguineos pauperes quam erga extraneos.

16 Filius naturalis non habet legitimam in bonis patris naturalis & a fortiori neq, pater in bonis talis filij, ſecus eſt in matre

17 Veritas & ſubſtātia rerum non mutatur hominum denominatione

18 Filio illegitimo legatario alimentorum incumbit onus probandi eſſe pauperem, ſi uelit legatum ualere tanquam pium

19 Executor non habet actionem contra hæredem, & etiam nō nudus & ſic mixtus ſecundum Bart

20 Executor ultimæ uoluntatis tenetur reddere rationem adminiſtrationis, & ſi quid penes eum ſupereſt tenetur reſtituere

21 Relicta C pro alimetis alicui ſi nō habeat neceſſe expendere niſi quinquaginta reliqua quinquaginta debent cedere commodo ipſius alimentarij.

22 Executor uel diſtributor nominatus a teſtatore fungitur uice hæredis interim quod nominatur pia cauſa ab eo, & fit diſtributio inter pauperes ſecundum unum intellect Inno & ſecundum alium qui eſt communis, eſt hæres d rectus nomine

23 Pietas accipitur pro actibus miſericordiæ

24 Executor teſtameti nō poteſt alium loco ſui ſubſtituere etiā ſi ſit diſpoſitū in teſtameto p teſtatorē.

25 Priuatio non cadit, ubi non cadit habitus

## L Si quis Titio.

Si quis Titio decē legauerit, & rogauerit, vt ea reſtituat Meuio, Meuiuſque fuerit mortu' Titio cōmodo cedit, non hæredis niſi duntaxat Titium nudum miniſtrum elegit Idem eſt, etſi ponas vſumfructum legatum

HÆC

HÆC lex in princi. poteſt diuidi in tres portiunculas, in quarum prima loquitur de legatario, in ſecunda de nudo miniſtro, in tertia extenditur eius deciſio ad legatum iuris perſonalis ſeu mixti, ſcilicet, vſufructus Secunda ibi, [Niſi] Tertia ibi [Idem eſt etſi pœnas] Summatur vt per Barto & Doctor Et ad text & eorum quæ gloſſ tradit intelligentiam præſeferēdum eſt primò, quòd legatarius grauatus, item exequutor merus, necnon exequutor mixtus differūt inter ſe, vt hic per Bar quod colligitur ex dictis eiuſdem hic inferiùs referendis Ex quibus patebit, quòd non omnis legatarius grauatus onere fideicommiſsi, dicitur exequutor mixtus, & è contra patet, vel patebit, quòd aliquando exequutor mixtus poteſt dici legatarius, vt quia per teſtatorem ipſi legatario fuit iniuncta cura exequendi

Legatarius, merus exequutor, Item mixtus, & vel quomodo inter ſe diſsideant

1 † Præſeferēdum item eſt id quod Bar & Docto tradunt clarè, ſcilicet, quis dicatur legatarius, item & nudus miniſter vel nudus exequutor, & etiam quis dicatur non nudus, ſeu mixtus Et in effectu Bart vult, quòd is dicitur legatarius, in quem verba legati diſpoſitiua expreſsè vel tacitè conferūtur, vt quando quis eſt habiturus cōmodum ex eadem re legataria actu vel potentia ſiue aptitudine, vel vt dicit notabiliùs & elegantiùs Bald ille qui non eſt nudus à cōmodo vel à titu & ſic ſufficit, eum habere ſolū titulum, vt dicitur legatarius licèt non percipiat aliud cōmodum præter illum Sed ille qui aliunde habiturus eſt commodum quomodolibet extra rem legatam (prout clarè Bar exemplificat, & clarius Ange de Perig illum ſequutus) ille eſt exequutor mixtus Nudus autem miniſter ſeu exequutor eſt per contrarium is, in quē verba diſpoſitiua ipſius legati expreſsè vel tacitè non conferuntur, neque aliquod emolumentum quomodolibet eſt habiturus ex teſtamēto vel extra, & etiam eſt nudus ab omni commodo, & titulo teſtamenti, vel ipſius occaſione Et quanuis legatarius habeat actionem contra hæredes, ex quo habet ex teſtamento titulum, ſecundum Bald & Pau de Caſtro, tamen merus exequutor nō habet regulariter actionem contra hæredem, prout etiam tenet vel præſupponit gloſſ hic Et idem in mixto tenet Barto hic, & ſequitur Pau de Caſtro in dicta l Si à pluribus pariformiter per contrarium merus exequutor non poteſt conueniri licèt legatarius ſic, vt in l Firmio, § 1 & ibi glo ꝗ Quando di lega ce vbi etiam Bart Item exequutor non merus tenetur ſatiſdare vt in l Quidam teſtamento, § penulti ſuprà titu primo Sed merus exequutor minimè, vt in L Diuus, ꝗ Si cui pluſquam per l Fal ſecundum Bart hic & ibi Et quatenus Barto allegat dictum § penulti aduertendum eſt, quòd text non loquitur de cautione præſtanda per exequutorem, tanquam exequutorem, ſed de ea quæ præſtatur ab hærede, tanquam ab hærede, de qua agitur in toto titulo ꝗ vt in poſſe lega Ideo tex ille non accedit ad propoſitum, & ita etiam tenet idem Bartol in prædicta l Diuus, vbi reſpondet ad text in dicto § penulti & concludit ſufficere cautionem, & ſic tenet ibi contra id quod hic tenet de ſatisdatione Quod videtur verius per l Pecuniæ, vbi Bart in 2 oppo ꝗ de Aliment & ciba lega Et pro alia concluſione Barto hic quæ habet, quòd ad exequutorem mixtum non redit legatum defectum, eſt

tex

tex in dict l Pecuniæ, ſecunda parte & ibi Barto 1 oppo quanuis in prin idem Barto aliud videatur voluiſſe Sed fortè ibi in princ loquitur ſecundum quandam antiquorum opinionem, quam ibi refert Alber † Vel me-
2 lius dicendum eſt, quòd id quod Bar dicit in princip non diſcordat ab eo quod in prima oppoſitiõe dicit quia in principio dicit ſimilitudinariè, ꝙ ille fuit, id eſt videtur electus, vt nudus miniſter Et quòd illud verbum, fuit, quod eſt veritatis, exponatur ꝑ videt, quod eſt fictionis, patet ex eo quod Bar poſtmodum dicit, quòd verè nõ eſt nudus, ſed mixtus & quòd licèt recipiat commodum ex inſtitutione facta de eo pro ſua parte nõ tamen debet illud ſentire ex ipſa exequutione per eum exercita vel exercenda quum ſit mandatum gratuitum, vt ibi tenet gloſ † Et quòd illa l
3 Pecuniæ, in ſecunda parte, loquatur de exequutore mixto, tenet etiã Bar hìc, & in l 3 oppoſitione item tertia, eod tit de Ali & ciba. lega & in l Diuus, § Si cui plus quàm per l Falc li. Et quod dicitur in eadem l Pecuniæ, 2 parte in ver [*Diuerſa cauſa*] in princip ipſius, quòd tenetur ibi hæres cauere cohæredibus ſe reſtituturum eis ceſſantium partes, ſubdẽs rationẽ quia diſtributio eſt res momentanea, & debet intelligi reſpectu portionũ ſuarum, id eſt cohæredum nam reſpectu ſuæ propriæ portionis tantum quando defecerit legatũ redibit ad eũ pro ea portione vel rata ipſius, ex regula, l Vnica, § in primo, C de Caduc tollen & tenet Pau de Caſtr in dict l Si à pluribus, in princ s titu 1 Principiũ verò illius l loquitur in cohærede prælegatario, ſecundũ glo 1 & 2 ibi Qui quidem cohæres & prælegatarius nõ tenetur cauere de reddẽdis partibus ceſſantiũ vel deficientium quia pertinent ad eum vt ad prælegatarium, per tex in hac l Si quis Titio Et idcirco quod in illius l fine dicitur de verecundia, debet intelligi, vt ſit ſenſus, quòd eſſet pudor cohæredibus ſi peterent id, qđ eſt cohæredis eiuſdemq́, prælegatarij, id eſt legatum defectum propter mortem liberorũ alimentariorum Et ad hoc tendit ſecunda expoſitio glo ibi approbata per Dyn & Alber Et quòd lex illa in princip hoc modo ſit intelligenda, ſcilicet in prælegatario eodemque cohærede vltra glo & Bar ibi, tenet etiã Bart in ead l Diuus Sed ponderandum eſt verbũ [*Neceſſitas*] in eadem l poſitũ, quod ingerit difficultatem Aut enim in cohærede eodemque prælegatario grauato præſtare alimenta conſideramus tempus ante aditionem ſuæ portionis hæreditariæ & tunc clarum eſt, ꝙ non tenetur præciſè ſeu neceſſariò adire & conſequenter nec præſtare legatum Aut poſt agnitionem eiuſdẽ portionis ante acceptationem prælegati, & idem, quia poteſt legatum repudiare adita hæreditate pro portione ſua, vt in l Qui filiabus, § fin ſ titu 1 & quanuis teneatur alij reſtituere non tamen dicitur fraudem committere repudiando, vt in l Qui autem, in princ. in verb [*Sed & illud*]. ff Quæ in frau credi. Similiter hæres deſignatus exequutor mixtus ante aditionẽ hæreditatis non tenetur acceptare officiũ exequutionis, ſed poſt aditionem ſic, vt tenet Barto in L 1 coliũ 2 ſ iſto titu Et ſic par ratio neceſſitatis videtur in legatario eodemq́, hærede poſt agnitum legatum, quæ eſt in hærede nõ prælegatario ſed exequutore poſt aditionem hæreditatis, qui (vt dixi) tenetur officiũ exequutionis acceptare Niſi dicamus, quòd Iureconſultus conſiderauit maiorem neceſſitatem præſtationis in cohærede eodemque

M prælege-

prælegatario reſpectu reſtitutionis fideicommiſsi quia tenetur reſtituere illud fideicommiſſario per actionem ex teſtamēto ſed exequutor mixtus vel non poteſt conueniri per fideicōmiſſarium ſecundum vnam opinionem Bart hic, vel ſaltem non conuenitur ſolus præciſè quia etiam legatarij poſſunt, ſi maluerint, conuenire hęredem, vt in dict l Si à pluribus, ſed fideicommiſſarius conuenit legatarium tanquam habētem titulum ex teſtamento Quæ omnia ſunt valde not ad intellectum illius l ſatis obſcuræ, & in cuius intellectu quoad rationem diuerſitatis, quam ponit ibi Iureconſultus inter primum & ſecūdum caſum, nunquam quieſcit animus.

4 Necnon † ad exequutorē non merum (redeundo ad pręmiſſa) hęc fideicommiſſa deficientia nō redeunt, vt hic, & in dict l Pecuniæ, neq, ad legatarium tacitū ſecundum Rapha. qui idem tenet etiam in exequutore percipiēte commodum ex eadem re Et ſic vult ꝙ iſta l. dum loquitͬ de legatario, nō ꝓcedat in tacito ſed hoc dubito Et certè ỽba ſua in hoc dicto ſunt valde diminuta & ſtatim ĩ referens Bar ſentit cōtrariū, & re vera contrarium eſt de mente Barto Sed talia fideicōmiſſa deficientia bene redeunt ad legatarium expreſſum vel tacitū, ſi deficiant poſtquam ſemel poſsibiliter conſtiterunt ſeu potuerunt conſiſtere aliàs ſecùs, vt in l Codicillis, in princip ff eod titu Nam tunc redeūt ad hæredem, vt ibi, & hîc in gloſ vel etiam ſi quocunque alio modo fideicommiſſum deficiat, dum tamen nō per teſtatoris pœnitentiam

5 Si autem † diretur pœnitentia ipſius teſtatoris reuocatoria fideicommiſsi per ipſius reuocationem, reuocaretur etiam legatū factum legatario vel prælegatario grauato tali fidei commiſſo Et ſic non remaneret penès illum aliquid ex tali legato, vt probatur ex l Filio, § Matri, ff de Adi. lega. Quem text minùs bene allegauit gloſſ hîc, in princip ſecundum Docto ſed glo ibi in vna ſolutione cōmuniter approbata per Bar ibi, & per eundem, & Doct hic, intelligit illum text vt prædixi, & idem Paul de Caſtro, & Docto in l Vna, § Pro ſecundo, C de Caduc tollend Cæteras autem diſsidentias inter vnum exequutorem & aliū, facilè erit colligere ex remiſsionibus per Barto Alberic & Docto traditis hic & vi eundem Bar in l Solent, colum 1 ff de Alimen & ciba. lega. vbi ponit alios duos caſus ſatisdationis præſtandę per exequutorem Ponit etiam Alber hîc de mandato poſt mortē collato, ad quod vi. Lapū allega. 91 & Io de Imo in l fin ff de Solut & l 10 titu 10 Parti 6

6 Addendum eſt † quòd iuxta tertiā differentiam ſuprà poſitam debet intelligi hæc lex de mero exequutore, qui non eſt hæres, vel ſi de cohærede intelligatur, tamen intelligi debet, quòd ad eum non redit fideicommiſſum deficiens pro aliorum portionib', ex quo tenetur cauere redit tū ad eū tanq̃ ad hęredem pro ſua parte vel portiōe, vt clarè colligitͬ ex ỽbis Paul. de Caſtr in dict l Si à pluribus, in declaratiōe ipſius textuali Et eſt de intētione tex in dict l Pecuniæ, in ver Diuerſa cauſa ĩ allegata, vbi tex non inficiatur quin poſsit ad exequutorē redire non tanquā ad exequutorem, ſed tāquam ad hæredem pro ſua portione Quæ eſt notabilis declaratio ad legem illum, & non tangitur à ſcribentibus hic Et quatenus Pau de Caſtro, apoſtillat text hîc poſt principium dum tex dicit, [*Vt eam reſtituat Meuio*] & ſubaudit Paul de Caſtro etiam in continenti, pace ipſius dixero, non

ro, non bene dicit, vt patebit ex his quę dicam in l Si quis quos, in tertio requiſito textuali, ff eo. His prædedu ctis, in quantum glo concludit, quòd merus exequutor non habet actionē contra hæredem, approbatur cōmu-
7 niter per Docto † Succurritur tamē ei officio iudicis contra eundem hæredē per legem Quintus Mutius, ad fi ff de Ann lega ſecundū Bar & Do cto cōmuniter hîc qđ reputat ſingu lariter not Ioan de Imo hic quia inter actionē & officiū iudicis nō ſunt paucæ differentiæ, vt tradit Spec plenè in titulo de Offi. omnium iudicū. & Io Fab Ang & Moder in princip. Inſti de Actio & reuera iſtud dictum eſt ſingu nota. propter autoritatem Bar. & Doctorum eum ſequentium quia dict l Quintus, in fin non bene probat quod Bart hîc dicit & tamen idem tenet Bart met in l Lucius, §. Meuia, ff. ad Trebel & ibidē Paul de Caſt idem ſequitur & declarat

In eadem gloſſ ibi, ſeu pro anima. Hanc glo commendāt Bart & Doct. hîc ad hoc, quòd legatum relictū pro anima, dicitur relictum ad pias cauſas quod declarat Bal pulchrè, vbi omnino eſt videndus in cap vlti ad fi. de Ferijs Qui locus eſt recōditus, neque vnquam (quod ſim memor) vidi eum per Doctores relatum alicubi. Et quia cōmuniter Doctores habue-
8 rūt literam glo (vel pro anima) & ſic alternatiuè, † lapſus eſt Ludo Roma in auth Similiter, col 1 C Ad leg Fal in allegatione iſtius gloſ quum eam allegauerit ad oppoſitū eius, quod ſuprà retuli Bart & Docto. ex ipſa elicere propter naturam alternatiuæ, quæ eſt vt ponatᷓ inter diuerſa, vt per gloſ in rubri ff De iuris & facti igno cū ſimil Cui incōuenienti ſatisfacit hic Io de Imol. & clarius Ange de Peru. licèt Ludo. Roma. non referant, quia forte eum nō viderunt. Sed ſecundū communē literam, quam habemus cū dictione, ſeu, nihil dubij ſupereſt, neque eſt opus ſatisfacere illi alternatiuę, quam Roma habuit in gloſſ ſui libri quia, ſeu, eſt dictio coniunctiua quoad effectū, & appellatur ampliatiua vel copulatiua quoad ſenſum l. Si ita quis, ff de Auro & argē leg quia deſignat relatiuè vtrunque caſum, ſcilicet ſiue vnum, ſiue alterum Vulgarizamus ſiquidem Hiſpano ſermone, [*agora eſto, agora lo otro,*] quod eſt idem ac ſi diceremus, [*eſto y lo otro* ] Et ſic glo deſignat hîc æquiparationem amborū caſuum & ad hoc glo iſtam ſingularizat Bald hîc, & pro ea expendit tex. in c 1 § Donare, Quā olim feu alie pote qui nō bene probat Sed probat alius tex ſcilicet in § Si vnum de prędictis, in auth Vt cum de Appella. cognoſ. colla. 8 Quem Bald ad idem pōderat in prædicta auth Similiter De quo tex fecit etiam mentionem Ange de Peru hîc & ad hanc gloſ videndus eſt omnino Dec *in conſi 72 Viſo puncto, nu 3 vbi notāter dicit, quòd* propriè & ſtrictè loquēdo *diſpoſitio* ad pias cauſas eo tantùmmodo caſu dicitur, quando pro anima defuncti *relinquitur per hanc gloſſ, Si autem* non concernat fauorem animæ defuncti teſtantis, non dicitur propriè ad pias cauſas relictū, vt ibi per eum, quem vi Limitant tamen Doctor.
9 hanc concluſionem glo † niſi relinqueretur diuiti pro anima, & eodem *modo* limitatur ſequens conclu glo quatenᵘˢ vult, quòd pariformiter cauſa alimentorum eſt pia Nam debet etiam intelligi, niſi alimēta relinquerentur diuiti, & quòd dicatur cauſa pia relictum ad alimenta, eſt tex in l. Mella, § 1 in ver [*Sed et ſi generaliter* ] ff. de Alimē & ciba lega quem Roma. cōmēdat in eadem auth Similiter, col.

2 & in l Si cùm dotem,§ Si maritus,ff Soluto Matri Nam vt ille tex loquatur in cauſa pia propriè ſumpta,eſt(vt prædixi) intelligendus in relicto alimẽtorum facto pauperi, vt proximè dixi Et eſt etiam tex optimus in cano Si quis dereliquerit 30 diſt vbi Dominicus notab loquitur,cuius dicta ferè ad verbum recitat Præpo Alexã ibi prout & ſæpe aliàs in eodem libro facit Et idẽ quod Doct hîc,tenent ipſimet ibi,in limitatione iſtius glo ſcilicet quòd alimenta relicta diuiti, etiã pro anima,non dicunt relicta ad pias cauſas Et tenent Ange & Ioann de Imol in l Diuus pius,ff Ad leg Falc. & eſt gloſſ optima, quam ibi notant Bal & Pau in l Illud, C de Sacroſan Eccle in parte, Alia cauſa, prope initium Et tenet hîc expreſſim Bald in ſuprà proxima quæſtione iſtius gloſſ Hoc tamẽ quod vult cõmunis ſchola,ſcilicet quòd relictum perſonæ indigẽti vel inopi pro anima eſt pium, vltra ſcribẽtes hîc eſt intelligendũ, †
10 niſi alimenta relinquerentur per patrem filio ſpurio, vel naturali etiam pauperi, quorum alimentorũ de iure canonico talis filius eſt capax, vt in cap Cùm haberet,in fi.de eo qui duxit in mat quàm pol per adul Tale namq; relictum non cenſetur eſſe factum ad piam cauſam quia licèt patris erga filium ſit pietas tamen non eſt pietas propriè & ſtrictè ſumpta Et ſic pro anima à qua denominantur piæ cauſæ,vt ſuprà dixi poſt Decium hoc eſt,dicitur quædam naturalis cõpaſsio erga filium nõ autem religio erga Deũ,prout propriè ſumitur pietas ſecundum Bald ſingulariter in l 1.in repe num 29 C de Sacroſanct Eccle.Pro quo etiam facit hæc ratio Nam cùm pater ſecundum æquitatem canonicã prædicti cap Cùm haberet, neceſſariò teneretur tali filio ſpurio vel naturali alimẽta relinquere,& ſic fuerit debitor neceſſarius,in dubio viſus eſt reliquiſſe animo cõpenſandi, vt in dict l Si cùm dotem, § Si pater, ff Solut mat vbi Barto & Docto notant Et ſic potius videtur reliquiſſe animo exonerãdi ſeipſum ab obligatione legali neceſſaria præſtandorum alimentorum, qua tenebatur & conſequenter intuitu ſanguinis quàm intuitu ſeu reſpectu animæ,& ſic propter Deum Et iſtud fundamentum videtur etiam fuiſſe de intentione Bald vbi ſuprà Sed de hoc vide quod ſubijciam in ſaluatione ad eandem deciſionem Bal in verſ Si autem velimus Pro Bald. etiã adduci poteſt † Nam relictum conſanguineo videtur in dubio relictum intuitu conſanguinitatis nõ autem alia ratione,etiam pietatis & ſic non contemplatione animæ teſtatoris,vt in c Requiſiſti, de Teſta & in cano Pontifices 12 q 3 in l Tutor,§ Quæ tutoribus,ff de Admi tuto vbi plus probat, quòd etiam ſi legatarius conſanguineus legantis præſit loco pio, cenſebitur nihilominus ſibi relictũ potiùs contemplatione ſanguinis, quàm pietatis vel animæ relinquentis Sed prædicta deciſio Bald in d l 1 de Sacroſanct Eccle videtur valde dubia ex eo quod tenet idẽ Bald poſt Spe ibi per eum allegatum in dict auth Similiter,C Ad leg Falc numer 3 in ver Et not vbi ſubdit in terminis propè noſtris, † quòd legatum factum conſanguineo pauperi pro anima cẽſetur ad piam cauſam relictum limitãs hoc modo glo in d l Illud,in prin quæ glo ſecundum eum & communiter Docto ibi & hîc loquitur in legato facto cõſanguineo diuiti Et idẽ quod Bald in d auth & adhuc propriùs ad rem noſtram tenet Io.And in addi ad Spe.in tit de Inſtru.edi.§ Nũc verò

Agitur de veritate,vel verificatione prædictæ deciſionis Bal.

verò aliqua, in fine, ſuper addi in parte, legatur, vbi referens quandam diſputationem Guido de Suza Doctoris priſci concludit, † quòd legatũ ad alimẽta vel pro anima per filium matri relictum, ſi mater eſt pauper, eſt relictum pium Secùs ſi eſt diues Item & contra prędictam deciſionem Bal in eadem l 1 C de Sacroſanct Eccle facit optimè quod tenet Paul de Caſtro in l Si is qui ex bonis, ꝟ de Vulga.
14 & pupilla. argu illius legis dicens, † quòd ſi pater fuit relictus exequutor in teſtamento alicuius cum facultate ſibi conceſſa per teſtantem, quòd poſſet bona eius amore Dei pro ipſius teſtãtis anima diſtribuere, prout ſibi viſum fuerit, poterit idem exequutor proprium filium illegitimum nominare ad tale relictum, ſi talis filius eſt pauper, & meretur, id eſt nõ demeretur Et idem quod Pau tenent ibi Alexã & Iaſo, ſicq, volunt hi Doctores, ꝙ diſtributio quæ facienda eſt ad piam cauſam, poteſt fieri in filium naturalẽ pauperẽ, & ſi ita fiat, dicitur facta ad cauſam piam Et quãuis deciſio Pau. de Caſt meliꝰ faceret ad rem noſtrã, ſi loqueretur in filio ſpurio teſtatoris tamen quoad rationis identitatem, quia vtrobiq, cenſetur relictum filio illegitimo eſſe pium, in vtroque caſu idem videtur dicendum Præterea cõtra Bald in eadem l 1 videtur bonus tex in ꝟ allegato canone Si quis dereliquerit 30 diſt vbi probatur, quòd obligatio qua pater tenetur alere proprium filium dicitur manare ex cauſa pietatis, & in eius exercitio & exequutione conſideratur pietas, quam ſi pater exercere omiſerit erga filiũ, indicitur ei anathema per illum tex & ſic eſt cauſa pietatis ſtrictè ac propriè ſumptæ, vt iura canonica & forum conſcientię accipiunt pietatem.
De eadẽ re. Tamen quia cum Bald in dict l 1 tenet Alex in dict l Diuus, & in addi ad Bar in eadem l 1 & in l Alio, col 2 ꝟ de Ali & ciba lega in addi etiam ad Bart & non reperio aliquem ſcribentium reprehẽdentem prædictam deciſionem Bald quanuis anxiè nimis ac ſolicitè in contingentia facti inueſtigarim ideo in hoc aſsiduo puncto videtur præter ſcribentes ſic poſſe concludi videlicèt, quòd quando legatũ, relinquitur conſanguineo pauperi ſimpliciter, circũſcripta vel omiſſa commemoratione pietatis, procedat deciſio Bald in dict l 1 Necnon ea, quæ ſuprà in fauorem ipſius adducta fuere Sed ſi in tali relicto exprimeretur cauſa pietatis, vt pro anima vel ad alimenta quia eo caſu ineſt ipſi relicto cauſa pietatem concludens, ſcilicet paupertas, tunc legatum videtur factum ad pias cauſas Et hoc ferè in terminis tenet Ludo Roma aliud tamẽ agens in dict auth Similiter, col. 2 dicenſq, ſe ita intelligere glo in c 2 de Sepul eo quòd per voluntatem teſtatoris expreſſam ceſſat præſumptio, quę ex conſanguinitate aliâs inſurgebat Ad quod facit, quod dici ſolet, quòd per prouiſionem hominis ceſſat legis prouiſio l ſi C de Pact cõuen Quo caſu, id eſt quãdo ſpeciatim exprimitur cauſa pietatem referens, non poteſt bene ꝓcedere, quod Bal. vbi ſuprà tenuit quanuis Rom eum non memoret Et licèt Alex (vt dixi) in prædicta l Diuus ſequutus fuerit Bald tamen forte, ſenſit idem quod Roma dum allegauit Io And in loco ſuprà per me adducto Neq, obſtat ratio, quam pro Bal ꝟ feci de animo cõpenſandi, &c quia reſpondetur, eam procedere in relicto facto conſanguineo pauperi ſimpliciter Secùs (vt dixi) ſi exprimeretur ſpecificè vel effectu cauſa pietatis, vt quia legaſſet pro anima vel ad alimenta, vel, vt aliâs ſolet di-

Reſolut o vltra Doct. i pręſenti, in hoc ancipiti arti Aqua tũ poſtea receditur, ver. Et ſic Abſolutè videtur concludendum.

 let di-

let dici, amore Dei, vel intuitu aut
cōtēplatione pietatis (quod in idem
recidit) perſonæ coniunctæ pauperi:
quia tūc (vt eſt iam dictum) ineſt ipſi
legato cauſa pietatis, vel cauſa pieta-
tem concludens, quæ eſt ipſa pauper
tas Ideo videtur tale legatum ad pias
cauſas relictum, non autem contem-
platione ſanguinis & conſequenter
neq, contemplatione neceſsitatis in-
ducentis præſumptionē compenſa-
tionis, vt eſt iam dictum poſt Roma
Et hoc idem videtur voluiſſe Bal Vn
de puto Romanum fuiſſe conſidera-
tionem bimembrem ſuprà relictam
mutuatum in eadem l 1 col 2 in lect.
eod titu de Sacroſan Eccle per gloſ
in dict cap 2 de Sepul quā eo modo
intelligit Sed quamuis prædicta reſpō
ſio Romani quæ (vt dixi) fuit Bald vi-
deatur ſatis ſuſtentabilis, & colorata
in ſeipſa, tamen in propoſito iſto non
eſt ſolida Imò potiùs videtur genera
liter dicendum, quòd relictum factū
pauperi ſpurio vel illegitimo relin-
quentis, ſiue ſpurius, ſiue naturalis ſit,
aſcendens, ſiue deſcendens, ſiue tranſ
uerſalis ipſius relinquētis, indiſtinctè
cenſeatur eſſe relictum ad piam cau-
ſam Et ſic abſolutè videtur concludē
dum cōtra Bald Et iſtud videtur fuiſ-
ſe de intentione Ioan And in prædi-
cto loco, ſcilicet, in addi Spec in titu
de inſtru edi § Nunc verò aliqua, in
ver Et ſcias quòd inter relicta, in ad-
di incipiente, Ad iſtum caſum Quā
additionem (vt dixi ſ) Alexā allegat
in ead l Diuus, & commendat Iaſo in
ead l 1 de Sacroſan Eccle in lect col
vlt Et eādem ſequitur etiam Petr de
Peru in tracta cano Ep 1 queſt prin.
14 arti Idemq, in effectu & reipſa te-
15 net Panor in rubr de Teſtamē † Nā
maior pietas exercetur erga conſan-
guineos pauperes, quàm erga extra-
neos, vt in cano Non ſatis 86 diſtin.

Quem text varijs in locis commen-
dat Abb ſignanter in cap 1 ad fin de
Cohabita cleri & mulie Vnde patet,
quòd Ioan And & ſequaces loquun-
tur in terminis adhuc fortioribus vi-
delicet in matre, cui non ſolùm in bo
nis filij naturalis debentur alimenta,
ſed etiam legitima, vt patet ex l Hac
parte, ff Vnde cogna. & ex l Humani
tatis, & l fin C de Natu libe coniun-
cta glo ordina in l 1 in prin ff de Bo-
16 no poſ cōtra tabu Quibus habetur, †
quòd filius naturalis non habet legiti
mā in bonis patris naturalis, & à for-
tiori neq, pater in bonis talis filij Se-
cùs in matre, vt in dict l Hac parte.
Ad hæc in terminis facit quod tenet
Franc de Aret in l A filio hærede, in
princ ſ de Legat 1 vbi expreſsè con-
cludit cum Ange in dict l Nam & ſi
parentibus, & allegat & approbat de
ciſionem prædictam Ioan And & te
net, quòd legatū factum à filio patri
vel matri, tunc dicitur eſſe pium pro
priè & abſolutè, quando pater & ma-
ter ſunt pauperes, aliâs non dicitur
piū, niſi largè & ita intelligit l Si ex-
traneo, in prin ff de Vſufr Et dicit ſe
conſuluiſſe in his terminis Et iſtius
intentionis videtur fuiſſe idem Bald.
in dict l Illud, in prin num 1 eo titu
C de Sacroſan Eccl à verſ Quod in-
telligo verum, vſq, ad ver Quid de eo
quod relinquitur fraternitatis, &c ex
cluſiuè Neq, his obſtat, ſi fortè dice-
retur, quod Ioan And & ſequaces lo
quuntur, quando fuit relictum matri
pauperi per filium ad ſubleuationem
vel ſuſtentationem ſuam, hoc expreſ
ſo, quòd relinquebat pro anima ſua,
& ſic vt opinio Doctorum ſubintelli
gatur prout ſuprà dixi, Ludo Roma
concordare in prædicta auth Simili-
ter, quia ad hoc reſpō quòd ſicut quā
do relinquitur filio, vel cōſanguineo
diuiti expreſsim pro anima, legatum
non

Diluitur obiectū contra hac generalē cōcluſionē per quā fuit receſsū a prædicta Bald deciſione.

non propterea eſt pium vt atteſtantur Barto Bald Paul de Caſtr & Sali ce in eadem l Illud,in ipſius intellectu, pari ac punctuali ratione nō eſt attendendum, an exprimatur pro anima quādo fit filio pauperi Solum enim conſiderāt Docto vt legatum dicatur pium, an relinquatur ad alimēta conſanguineo pauperi, qui verè eſt pauper & ſic attendunt ſolam realem exiſtentiam paupertatis & tunc cēſeatur legatum pium an nō ſit verè pauper,& tūc vt dicatur piū, non conſideratur expreſsio pro anima quia propter ſolam talem expreſſionem non debet cenſeri pium Argumen text ſingu & eius quod Bar. per eum ibi ad fin dicit in l Si fortè, ff de Caſtren pecu vbi probatur,†
17 quòd veritas & ſubſtantia rerum nō mutatur hominum denominatione cum multis nota concordantijs iurium & autoritatum Docto traditis per Andr Tiraque. in ope. retractus char 273 nume 34 cum ſequent Et iſta eſt vera & ſolida reſponſio, & eſt cōmune prēſuppoſitum Doctorum in dict l Illud,in ſaluatiōe glo ibi, & Bald & Docto hīc in eodem propoſito Et tenet etiam Ancha conſi 19. Et ex his concluditur deciſionē Bal. de cuius diſcuſſione agimus, in dict. l 1. iure non probari, & conſequenter non eſſe tenendam, neq, concordiam Romani eſſe ſolidam, vt ſuperiùs dixi Si autē velimus ſaluare prædictam deciſionem Bald in dict l 1 poteſt dici,quòd Bald loquatur in caſu,vbi pater legat filio naturali alimēta propter Deum, vel pro anima, & non conſtat eum eſſe pauperem,vel fortè cōſtat oppoſitum,id eſt eſſe diuitem Vbi verò per probationes de hoc conſtitiſſet,ſcilicet,eum eſſe verè pauperē,non diffitetur Bald quia veritas præualeat præſumptioni re-

*Excuſatur ꝓ dicta deciſio Bal vt procedat in caſu de quo hic.*

ſultanti ex naturali compaſſione ſanguinis,in qua ipſe fundat deciſionē ſuam quum præſumptiones veritati cedant,vbi de ea per probationes cō ſtat l Si non conuitij,C de Iniu & l 3 C de Li prēte & in cap Lator, qui filij ſint legi & in l Siue poſsidetis,C. de Proba cum alijs †Incumbit ergo
18 huic filio illegitimo eidemq, legatario alimentorum,ſi res in dubium re uocetur,onus probādi ſe eſſe pauperem,ſi velit legatum valere tāquam pium,& habere prærogatiuas pietatis propriè & exactè ſumptæ.Et indubiè ſi verba Bald.rectè ponderētur,loquit̄ propriè in hoc caſu,cū ſit notiſſimum,quicquid ſ tetigi (poſtq̄ retuli deciſionē Bald ) ꝙ quādo verè cōſtat de paupertate,nō videt̄ patei idemq, teſtator habuiſſe animū compenſandi cum debito, & ſic eadē obligatio iuridica alēdi filium remanet in ſuo vigore & efficacia ex qua quidē obligatione poſſet iſte fili⁹ naturalis ſuo iure ꝑ officiū iudicis agere ad alimēta,ſi eam viā proſequi maluiſſet Nec non ſi vellet poſſet actionē ex teſtamento ad legatū alimentorū intendere, tamē debet eſſe contentus alterutro remedio, vt in l Quod in hæredē,§ Eligere,ff de Tribu actio Qđ enim dicitur ꝙ qn̄ creditori legat debitor, videt̄ in dubio legaſſe animo cōpenſandi,vt tenet Bart & Doct in l Huiuſmodi,§ Cū pater,ſ tit 1 oppoſi.2 & in dict l Si cùm dotē,§ Si pater,& Pau de Caſt & Sali Alex Corneus & Moder poſt Bar.Bal & Doct. antiquos ibidē in l Si cōpenſandi, C de Here inſt intelligitur niſi de volūtate teſtantis cōtraria conſtet ſaltem per coniecturas,ſ ꝙ noluerit cōpēſationē fieri ſecundum Bart in dicta 2 oppoſi in ver Vel verius, prout in iſto propoſito conſtat quia cū pater legat filio ſpurio verè pauperi potius

*Tollit̄ fundamentū ſupra factū ꝓ deciſione ſæpe alleg Bal*

 vide-

videt̃ habere rõnẽ pietatis & aĩę, q̃ ſã-
guinis pręſeferre cõſiderationem Et
iſti ſunt ſummè cõmẽdãdi ac memo
*rabili* quia fortè, imò ſine fortè, ali-
cubi nõ ita reperient̃ diſcuſſa Et hæc
ſcripſi dum primò legerẽ iſtũ titu Ex
quibus vnà cum alijs articulis confeci
quãdam iuris allegationem, quã iuris
informationẽ vocãt Et poſt longã &
acrem controuerſiã partium collitigã
tium in regia cãcellaria diu depugna
tã lata fuit ſentẽtia in gradu vltimo re
uiſionis quã [*de reuiſta*] vulgo appellãt,
per decem auditores eiuſdem cancel
larię, per quã *fuit comprobata opinio*,
quã ſuperiùs fulſi contra Bal in fauorẽ
cuiuſdã notarij clauſtri iſtius Salman-
tinę vniuerſitatis, cognomento Fran
Cornejo, pro quo iſta & plura alia alle
gaueram, & fuit reuocata quædã ſen-
tentia quę aduerſus ipſum primò fue-
rat lata in eodem regio auditorio in
priori gradu, quem [*de uiſta*] appellant,
per quatuor auditores antequã meã
iuris allegationem vidiſſent quia eam
poſt primam ſententiam confeci An-
no domini 1539 In cæteris autem ad
hunc articulum pertinentibus remit-
to me ad illam allegationem, quã hîc
inſerere potuiſſem ſed quia videtur
mihi impertinẽs ſpeculatiõi, cui prin-
cipaliter in hac lectura ordinaria in-
cumbimus, alienas materias adiunge
re ſuperſedẽdum hac in re duximus
Non enim in hiſce lecturis ordinarijs
*materiæ* trahendę ſunt ꝑ capillos vſq,
ad immẽſam prolixitatem, vt aliâs in-
quit Aretinus ſtomachatus de pręce-
ptore ipſius Ludoui Roma in l Scien
dum, 11 colum ff de Verbo obliga. &
vtinam prauus hic mos non inualuiſ-
ſet inter moderniores Hiſpanos, qui
hoc prętextu replent chartas iuris alle
gationibus impertinentibus Et quod
magis condolendum eſt frõte perfri-
cta ceu corniculæ AEſopicæ alienis
plumis ſeſe plebeculæ inſciæ oſtentãt
& venditant

Redeundo ad præmiſſam quantũ
19 *glo hic vult*, † *quòd nudus exequutor*
nõ habet actionem contra hæredem,
et ita tenet Bart extendendo eam etiã
ad non nudum, & ſic ad mixtum, & di
cit Raphael iſtud communiter appro
bari licèt ipſe loquatur de exequuto-
re ſimpliciter, & non aperiat de quo
ſed ſatis eſt eũ loqui generaliter, cùm
comprehendat vtrunq, Albe tamen
in mixto videtur tenere quòd habeat
actionem & dicit hoc cõmuniter ap-
probari per Doct antiquos in l Nulli,
col 4. C de Epi & cle ſed in quantum
allegat Specu in titu de Inſtru edi §
Nunc verò aliqua, ver & ſcias, quòd
omnis exequutor qui recipit commo
dum ex teſtamento habet actionem,
fallitur Quia Specu non ita generali-
ter loquitur, ſed ibi primò loquitur de
participe in re legata, qui eſt legatari⁹,
vt hic etiã tenet Bar Et poſtea loquit̃
de exequutore, cui pro præmio legata
eſt *falcidia*, id eſt, quarta legatorum,
qui etiam eſt particeps, & cõcurrit cũ
omnibus legatarijs in reb⁹ legatis Ar-
gum l Linea margaritarum, ꝯ Ad leg.
Falci & ita intelligitur l 4 titu 10 Par Ad l 4 titu 10 Part 6.
tit 6 in ſecundo caſu, quem excipit, id
eſt de exequutore collegatario vł par
ticipe in legato eiuſdem rei, vel pluriũ
rerum cum alijs legatarijs Non autẽ
loquitur Speculator de exequutore
mixto, ſed (vt dixi) in participe legato
*rum alijs relictorum vel quãdo in ea-*
dem vltima voluntate fuit factum ſi-
bi legatum vnà cum exequutione, vt
in hac l Si quis Titio, 1 reſpon Et ita
etiam exponi debet verbũ, [*en uno*] poſi
tum in dict l Partitę Putarem tamen,
quòd licèt illa lex alios caſus præter il-
los quatuor ibi nominatos excludat,
quòd eſſet ſupplenda per prædictam
opinionem, quã dicit eſſe communẽ
Alber.

Albe in ead l Nulli,ſcilicet,q actio datur mixto exequutori quia illa exceptio non excludit caſus ſimiles,vt per glo in l.Ob æs,C de Præd mino cum ſimil & tradunt Alex & Moder in authen Non licèt,in illius extẽſione, C de Lib prȩte Si autem opinio Bar eſt cõmunis, vt inquit Rapha (prout eã cicedo eſſe,& tenendam) vt non detur actio,ſupplebitur ille caſus mixti exequutoris ad illam l per officiũ iudicis, vt hîc extendit Bart glo iſtam, vt ſ in prin huius verſ Et redeũdo addidi Et q̃quã Rapha dicat, q parum importat, vel competere actionem,vel officium iudicis tamen dicendum eſt, q imò multum ſecũdum Ioan de Imol. (q etiã tenet opi. Bar dũ ſupplet de officio iudicis) propter multas & varias differentias,quæ ſunt inter actionẽ & officiũ iudicis,de quibus per Ange & Moder in prin Inſti de Actio vt ſ dixi Addendum eſt etiam ad prȩmiſſa, q licèt merus exequutor non teneat hæredi cauere, vt in dict l Diuus,ff Si cui pluſquam per leg Falc tamẽ ſi nõ exequatur,tenetur ad reſtitutionem pecuniȩ, quã accepit p exequutione faciẽda,vt in l Si hȩres,ff de Cõdi ob cauſ.& ibi glo dicit, q ſi nudus executor facit id qđ ex pecunia fuit iuſſus facere per teſtatorẽ,& min' cõſumat, pecunia reſidua poteſt ab eo ſimiliter condici,per l Luci',§ Peto à te,ad ſi ff iſto tit Et per hãc l Si quis Titio,volẽtẽ q apud nudũ executorẽ non debet reſidere quicq̃ emolumenti, put glo. in eod.§ A te peto,intelligit,quã Pau de Caſ ibi ſequit,q̃uis Bar aliud velit Et ex d l Si hȩres cũ glo not ibi Bal &

20 idẽ Pau † q executor vltimæ voluntatis tenet reddere rationẽ adminiſtrationis & ſi quid penès eũ ſupereſt, tenet reſtituere Et dicũt eſſe caſũ quotidianũ,& eſt videnda glo in d § A te peto,aliâs Peto à te, allegans in id bonis ll inter quis ponderãdus eſt text in l Quibus diebus,§ vlti ff de Condi & demũ quem vnà cũ alijs illa glo allegat Ex quo not ibi Soci vlti not q vbicũq, pecunia relinquitur, vt ex ea aliquid fiat,vel conſtruat, tota eſt expẽdenda neq, debet aliquid ex ea cedere lucro legatarij,quod dicit probari ex illa litera in verb [*conſumeretur*] ſed iſta ponderatio Socini videtur quodã modo repugnare omnibus ll allegatis in glo in d § Peto à te Nam ſi ſemper tota pecunia eſt conſumẽda, quonãmodo illæ ll poterunt verificari dicẽtes,ſeu quatenus dicunt, q reſiduum eius quod nõ conſumitur cedit lucro hæredis,& non miniſtri ad cuius on' fuit iniunctũ,vt conſumeret? Et quia iſte artic eſt quotidianus,& non bene reſoluit per Doct ex dictis ſcribentiũ collectis ad inſtar diſtinctionis p Vincent de Peru poſt Alexã ibi,in l 1 § De impenſa,ff Ad leg Falci videntur in eo tres caſus conſiderandi Primus eſt, quando teſtator iuſſit certam pecuniæ quantitatem expendi in re aliqua, vel in aliquo opere & tũc ille,cui fuit iniunctũ onus expẽdendi, debet totam pecuniam expendere ſecũdũ Rapha Cu Alex & Vincen in eod §. De impẽſa,contra glo ibi,& ita loquitur tex ponderat' per Soci in ead parte,[*Conſumeretur*,]in dict § ff legis Quibus diebus,quo caſu videt non debere fieri vim An habẽs onus expendẽdi pecuniã per teſtatorem taxatã, ſit legatarius prout erat in dict § vltim. vt quia verba diſpoſitiua fideicõmiſſi fuerunt in eum collata, ſecundũ communem doctrinam Bart & Doct hîc An verò ſit nudus miniſter. Secũdus caſus eſt, quando teſtator non taxauit certam quantitatem pecuniæ conſumendam, ſed tantum deſignauit opus, in quod expẽdi deberet,tali deſignatione quȩ veriſimiliter inferret

Reſolutiõ memorabilis in hoc artic aſſiduè contingibili per diſtinctionẽ trium caſuum.

Caſus frequenter eueniens

ret deſignationem quantitatis expendendæ,vt qui dixit,volo, quòd hæres meus præſtet Titio pecunias, ad extruendum tale ædificium talis longitudinis,latitudinis,& formæ,tali loco,& ſitu & tunc etiam videtur ſaltem effectu,& re ipſa taxata certa quantitas pecuniæ, id eſt ea quæ taxabitur,vel declarabitur pro tali ædificio extruendo, & vt in eo cõſtruendo expendatur Et in hoc caſu prout in præcedenti tota eſt expendenda, cũ paria ſint,vel teſtatorẽ à principio quantitatẽ exprimere, vel ex pòſt facto eiuſdẽ quãtitatis fieri declarationẽ & ſic nõ poteſt tractari de reſiduo pecuniæ nõ cõſumptæ cũ(vt dixi)tota pecunia, quæ fuerit declarata ad talis operis conſtructionẽ, ſit expendenda & conſumenda Nam quemadmodũ in caſu præcedente quantitas à principio de ſe eſt certa ita hoc caſu debet cẽſeri certa, habita ratione ſumptus,& valoris ædificij ad quãtitatẽ expendendã licèt non taxatã per teſtatorẽ à principio Quia(vt dixi ſ̃ proximè) vterq; caſus habet parem rationẽ,vt probatur ex l 1 2 rñ. ſ̃ eo cum l ſi in ratione ſui,C de Falſa cauſa adiect legi vbi id notãt Bal. Sali & Cor & facit quod Bart notat in l Ait prætor,§ 1 per illum tex vbi multa tradunt Alex Iaſo,& Vincen ff de Re iudi & quod notat Bart in l Vna,nu 4.C de Senten quæ pro eo quod in te profe. Nam & in bono ſimili,& ad hanc rem ſatis conducẽte, habemus quod qui promittit intereſſe,verè & propriè promittit eã quãtitatem, quæ poſtea probabitur pro intereſſe, vt tenet ſingulariter Bald conſilio 212 cui initium,Ea quæ veniunt, &c libr 5 motus ratione quæ ex dictis iuribus ſumitur ſcilicet relationis de vna diſpoſitione ad aliã. Sequitur Decius commendans conſilio 449 col ſi & conſilio 539 colũ etiam ſi ſic in propoſito noſtro teſtator iubendo extrui ædificium certæ formæ & ſtructuræ, conditionis, ac qualitatis,videtur à primordio exprimere implicitè valorem & ſumptũ ex pòſt facto declarandum ad ipſius ædificij neceſſariam cõſtructionem ſeu confectionem Cùm itaque forma ſit in ſe indiuidua l Si is qui,400 § Quidam legata,ff Ad l Fal non videretur defuncti voluntatem adimpleri poſſe niſi opere (ſecundum formam per eum deſignatam) conſumato,ac examuſim perfecto & in antecedens neceſſarium tota pecunia ad illud extruendum neceſſaria conſumeretur.

Singul not ad promiſſiones quæ fiunt quotidie, de intereſſe implicitè, & ſimpli citer facta de ijs ſo poſtea liquidatione per ꝓbationes.

Tertius caſus eſt, quando non cõſtat de taxatione pecuniæ relictæ per teſtatorem ad expedendum, vt quia non fuerit certa per ſe, vt in primo caſu neque per relationem ad aliud, vt in ſecundo caſu proximo præcedenti, id eſt per relationem ad ipſum opus vel ædificium certæ formæ deſignatæ cõſtruendum Vt puta quia teſtator fortè iuſsit hæredem dare Titio certam pecuniam ad aliquod mediocre ædificium cõſtruendum vel ad aliquod opus faciendum arbitrio ipſiuſmet Titij vel fortè legata fuit ſibi certa pecunia ſimpliciter & abſolutè ad monumenti extructionem, vel ad capellam, vel ſepulturam extruendam Tunc enim videntur poſſe verificari omnes leges in gloſſ allegatæ in dicto § Peto à te, vnà cum caſu eiuſdem § vt fiat diſtinctio ſecundum glo & Paul ibi, & ſecundum prædictos Doctores in eodem. § de impenſa videlicet, quòd ſi Titius grauatus expendere, ſit legatarius poſsit retinere ſuperfluum . Sin autem ſit nudus miniſter, minimè. ſed reſiduum redit

dit ad hæredem Argument etiam iſtius legis 1 reſpon & l Quæ de tota, in princi cum ſi ff de Rei vendica. Simile tamen ad primum caſum præcedentem quàm ad ſuprà proximũ,
21 videmus, † q ſi alicui relinquant c pro alimentis,& non habeat neceſſe expendere, niſi quinquaginta quòd reliqua quinquaginta debent cedere commodo ipſiusmet alimentarij, ſecundum Alberic in l Cùm oportet, in princi C de Bon quæ libe per text not in l Creditor, § Si inter maritum, ff Mãdati quia eo caſu eſt merus legatarius Quem tex commendat etiam Ioan de Ana in cap Salubriter, col 2 de Vſur & ſtatim ille tex ibi dicit ſecùs eſſe ſi eſſet nudus miniſter, vt ibi Bald ſummat Et ſic in caſu illo, vbi onus alimẽtorum fuit ipſius mariti,& vſuræ dotis pręſtabantur ei per ſocerum mera contemplatione eiuſdem mariti, id quod ſupereſt, cedit lucro ipſiusmet mariti ſecùs ſi eſſet nudus miniſter & ſic cõſonat pręmiſsis Et idem quod Albe tenet Bal poſt Oldra in l Lucius, la primera, ſ. eod non allegans dictum § Si inter, ſed l Lucius, ĩ de Alimen & ciba lega Vel poteſt breuius dici ad prædictam l Quibus diebus, § fina & de plano ad illum ſic reſponderi quòd ſi ue ille qui tenebatur pecuniam con ſumere ſit hæres, ſiue legatarius, ſiue nudus miniſter, aut exequutor ſi id in quo eſt expendenda, non æquè bene ſeu commodè poteſt fieri, ſecundum quod teſtator diſpoſuit, niſi tota conſumatur poteſt adigi & compelli ad eam conſumendum, id eſt totam expendendam Tamen talis pecuniæ reſiduum, vbi non eſſet neceſſarium totam conſumere, non remanebit apud exequutorem nudũ ſed apud hæredem vel legatarium, à quo relictum fuerit fideicommiſſum vel onus talis pecuniæ expendendæ Quæ omnia ſunt ſingulariter memoranda quia non tanguntur per aliquem ſcribentium hic & tamen eueniunt ex facto aſsiduè

*Alia reſolutio particularis quo ad caſum, d l Quibus diebus § fi ſolũ mo relata*

Et quatenus Bart hic ante finem, in ver Aduerte, tenet, quòd quando teſtator iuſsit bona ſua dari pauperibus & ad volũtatis ſuæ exequutionem nominauit aliquem exequutorem talis exequutor obtinet vicem hæredis Et inter alia adducit Innocent in cap Cùm tibi, de Teſtament vbi Innocent iſtud tenet, in tertia lectura, & remittit Barto ſe ad quæſtionem, qnam ipſemet diſputauit, incipientem, Filium adultum, quæ eſt tertiadecima in ordine, vbi iſtud tangit in princip ſolutionum Addendum eſt, quod Bar. met tenet idẽ qđ hic per eũdẽ tex & autoritatẽ Innoc in eo cap Cùm tibi, in l Alio, numer 6 ĩ de Alimen. & ciba lega vbi etiam ponderat in idem text à ſenſu oppoſito Et idem Barto in l Hæreditas ad Statium, ſ. de Hæred inſtit & idem effectu videtur tenere Barto met, in l Illa inſtitutio, in ver pe eod titu Et licèt videatur loqui in caſu diuerſo quia præſupponit inſtitutionem fuiſſe expreſsè factam de pauperibus nihilominus tamen ex dictis eiuſdem Barto in prædicta diſputa conſtat, parum, aut nihil referre inter vnum exemplum, & aliud quoad iſtum intellectum cap Cùm tibi, quem Barto hic tetigit Nam ſecundum iſtud exemplum Barto hìc, pauperes cenſentur virtualiter inſtituti, & exequutores ſuſtinent vicem hæredum. Reuera tamen, quando teſtator expreſsim inſtituiſſet pauperes, non eſſet caſus dubitabilis Quamobrẽ Bar. rectè intellectus in dict l Illa inſtitutio, loquitur de pauperibus nouiter nomi-

*Agitur ĩ hoc § de intellectu Decretal difficil Cũ tibi, de Teſtament.*

nominandis à commiſſario, vel exequutore ab eo deſtinato Et idem quod ſ in intellect prædictæ decretalis vult idem Barto in effectu in l. Centurio, nume 21 ſ de Vulga & pupi vbi poſt Innocen in eodem c Cùm tibi, ad fin dicit, quòd quando nullus alius eſt hæres, exequutores commiſſarij quibus fuit iniunctum, vt bona inter pauperes diſtribuerent, habentur loco hæredis Quod etiam ante Barto tenuit Rofre Beneuẽ quem Barto commemorat, in titu de Actio ex teſtamen colũ 2 in verſic Quid erit, vt ſæpe contingit, vbi iſtud eleganter declarat quanuis non meminerit prædictæ decretalis, Cùm tibi, quod eſt mirandum. Et vltra Bart addendum eſt, quòd alium intellectum ad tex in dicto ca. Cũ tibi, tenet ibi Inno qui eſt Quòd ille videtur ad pias cauſas teſtatus etiam ſi non diſpoſuit aliquid ſpecialiter, ſed ſolummodo dixit, quòd cõmittebat voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni & talis commiſſarius, qui hæredis loco habetur, debebit reſtituere pijs cauſis Quem intellectum præſupponit etiam gloſſ ibi in caſus poſitione licèt poſtmodum loquuta fuerit multum generaliter Eandem etiam intelligẽtiam tenet ac declarat ibi Ioan And in Noue & poſt eum Cardi Florent & Ioan de Imo & expreſſiùs declarat Panor ibi dicẽs, quòd per talem commiſſionẽ videtur teſtator velle omnia de quibus aliter non diſpoſuit, erogari in pias cauſas etiam ſi in commiſſione id non expreſſerit & ita conſonant prædicti omnes Docto in relatione prædicti intellectus Et inquit idem Panorm ibi, quòd Innocen met poſtea illum intellectum declarauit in quadam additione noua, & quòd eſt communis intellect Legiſtarum & Canoniſtarum Quem etiam apertiſſimè tenet Bald in l Exequutorem, nume 7 C de Exequutio rei iudi vbi appoſitè & notabiliter eum declarat, & Ange & Ro in l Captatorias, C de Teſtamẽ mili vbi Corne 3 colum in verſic 7 lectura aſſerens eum eſſe communem Et eundem etiam tenet Ioan de Imo in l. Captatorias, colum 3 ſ de Hære inſtitu & eundem dicunt prædicti Docto quòd videtur voluiſſe idem Bar in l Theopompus 2 colum num 6 ſ de Dote præ in verſic Fallunt prædicta, iunctis verſic præceden Si tamen ibi bene aduertatur Barto ſeſe non declarat quinpotius videtur tenere præcedentem intellectum Nã ibi Bar non vult aliud, niſi ſolummodo, quòd in relictis ad pias cauſas valet commiſſio voluntatis ipſius diſponentis in ſecretum voluntatis alienæ & ſic nihil apperit, imò vult vnum, quod eſt cõtra mentẽ omniũ tenentium cõmunem intellectũ in quantum dicit, valere captatoriam voluntatem ad pias cauſas, quod eſt falſum ſecundum Bald in dicta l Captatorias, C de Teſtamen mi & in repetitione l 1 nu 6 contra Cy ibi, C de Sacroſan Eccleſijs Et licèt communis opinio ſit cum Bart ſecundũ Alex in eadem l Captatorias tamen Iaſo ibi ad fin & bene, tenet priorem opinionem, quæ eſt verior proculdubiò quicquid teneat Barto & ſequaces ſcilicet, quòd imò non valeat Imò eſt impoſsibile ſecundum iuris & rationis naturalis regulas valere Vi quæ trado ſ hac l in verſicu Declaratur ſecundò

Et vt res apertiùs manifeſtetur, diuerſitas ſeu differentia inter hos duos intellectus Innoc ſ memoratos extat in hoc ꝙ ſecundũ primũ intellectũ † diſtributor vel exequutor 22

*Declaratio diuerſitatis quæ eſt inter prædictos duos intellectus di ctæ decretalis Cũ tibi*

tor à teſtatore nominatus fungitur vice hæredis, non tamen eſt hæres, ſed ipſamet pia cauſa & interim quòd illa nominatur ab eo,& fit inter pauperes diſtributio,cōmiſſarius (vt modò dixi) ſuſtinet vicem & locum hæredis, prout eſt de intentione Barto in pleriſque locis ex ſuprà allegatis,& declarat Roſie in loco ſuprà p me citato Sed ſecundum alium intellectū Innocen ſuprà relatum, qui eſt communis, vt iam dictum eſt, commiſſarius ſeu executor eſt hæres directus nomine & pauperes ſunt tanquam fidei cōmiſſarij vniuerſales, & ſic velut hæredes vtiles & eſt multum pōderandum, quòd ſecundum vtrunque intellectum iſta diſpoſitio nō eſt captatoria voluntas ſed duntaxat exequutoria, & ſic paria ſunt dicere committo voluntatem meam extremam alterius diſpoſitioni & mandare quòd bona mea diſtribuantur inter pauperes ſecundum Bald in dict. l Exequutorem,num 7 Sicque apparet apertè veriorem eſſe opinionem Bald & Iaſo quam ſuprà proximè tenui contra Barto & communem, q; etiam ad pias cauſas capratoria diſpoſitio,vel voluntas (diſpoſitiua inquā) nō valet ſed ſolùm exequutiua Vide quæ dicam infrà in verſu,Declaratur ſecundò

Declaratio prima intellectus Inno.

Declaratur primò prædictus communis intellectus Innocen & Doctorum, vt procedat, niſi teſtator haberet filios vel alios ſucceſſores, quibus legitima in bonis ſuis deberetur nā tunc commiſſarius debet arbitrari quòd filij ſint hæredes,vel capiant bona Sed eo caſu non poſſet cadere vel adaptari, quòd ille commiſſarius ſit hæres etiam nomine tantùm,prout eſt quando pauperes ſunt eligendi,ſecundum Cor in prædicta l Captatorias, in eadem ſeptima lectu Et voluit dicere, quòd filius dicto caſu erit hæres vniuerſalis ac pleno iure & ſic re & nomine,& poteſt tanquam præteritus rumpere prædictam diſpoſitionem vel teſtamentum Sed vltra eum fortè poteſt dici, quòd licet eo caſu filius ſit præteritus, & prædicta commiſsio & inſtitutio virtute ipſius facta rumpatur ſi tamen in teſtamēto,vbi commiſsio fuit facta prædicto exequutori, eſſet clauſula codicillaris appoſita tunc id quod ſuperflueret à legitima videlicet,quintum bonorum,eſſet per talem filium piæ cauſæ reſtituendum quia ſecundum cōmunem Doctorum ſententiam contra glo ibi in authentic Ex cauſa, in ver Cætera,C de Libe præter clauſula codicillaris inter alia de iure cōmuni antiquo operatur repetitionē à venientibus abinteſtato etiā quando teſtamentum rumperetur ex cauſa præteritionis, vt in l Generaliter, § Ex teſtamento, de Fideicommiſ liber quam in id dicit eſſe ſingul Ioan de Imol in l Filio præterito 23. colum ſuprà de Iniuſto rupto irritoque facto teſta An autē hodie iſtud ceſſet per authentic Ex cauſa, tangit gloſſ in eod § Ex teſtamento, & poſt eam Bened à Plum vid ibi

Declaratio ſecūda intellectus Inno.

Declaratur ſecundò prędictus cōmunis intellectus, vt reſtringatur ad caſum vbi commiſsio facta eſſet diſpoſitioni, vel arbitrio alterius & ita procedit prædicta decretalis communiter intellecta Secùs ſi commiſsio eſſet facta in alterius ſimplicem voluntatem, ſecundum Barto in repet l primæ, nume 63 cum ſequent in verſi Tertiò quæro,C de Sacroſanct Eccle in quo puncto de voluntate patet non bene allegaro Abbatem Panor mir Barto ibi in eodem cap Cùm tibi, dum refert Bartol ibidem tenere prædictum intellectū

lectum Innocen 2 quem ſuprà dixi ſæpiùs eſſe communiter approbatũ, & illum declarationem Barto in dicto verſicu Tertiò quæro, ſequitur Alexand in eadem l Captatorias, nume 6 & ibi Iaſo nu 13 ita tranſit dicens eam eſſe ſingulariter notandam & quòd eam tenet Rapha Cuma cõſilio.205 incipiente, Magiſter Ioannes Et reperio vltra eum quòd idem tenet Lauren Calca conſilio 108 incipiente, In cauſa, colũ penu. & in præcedente conſilio in princi Vult ergo Barto quòd interpretatio iuris canonici, volentis quòd illa cõmiſſio intelligatur eſſe exequutiua vel diſtributiua ad pias cauſas, habeat locum, quando fit per verbum importans arbitrium . non autem quando fit per verbum importans ſimplicem ſeu meram voluntatem. Idem tenet Ioan de Imo in prædicta l Captatorias, ſuprà de Hæredi. inſtitu colum penulti & in eo ca. Cùm tibi, & Cor in dicta l Captatorias, colum 3 C de Teſtamen mi. vbi hoc limitat niſi commiſſio in voluntatem alterius ſimplicem de voluntate ſeu voluntatis teſtatoris eſſet facta deſcendenti ſoli ſucceſſuro abinteſtato Nam tunc talis commiſſarius futurus eſſet hæres in ſua legitima & ſuperfluũ à legitima, quod eſt hodie, quintum , deberet reſtituere pijs cauſis Idem quod Barto. in dicto verſicu. Tertiò quæro (vt ad eum redeam) tenet Bald in eadem l 1 nume 6 in verſic. Iuxta hoc quæro, an in relictis ad cauſas pias . Ex quorum Doctorum cum Bar tenentium aperta intentione patet eſſe verum, quod ſuprà dixi ſcilicet, captatoriam voluntatem non valere ad pias cauſ is contra communem & erroneam allegationem fieri ſolitam de prædicta decretali Cùm tibi, de Teſtamen Et circa prædictum communem principalem intellectum ad eandem decretalem vi not Soci. conſilio 49 incipiente, Viſo inſtrumento mandati, volumi 4 vbi illum declarat, & extendit Sed contra prædictum communem intellectum videtur obſtare hodie deciſio noua in ll Tauri, quæ eſt l 32 quatenus diſponit, quòd quando moribundus dedit alicui facultatem ſolummodo ad conficiendum teſtamentum, venientes abinteſtato admittantur ad vniuerſam hæreditatem, ſiue ad ſucceſſionem vniuerſalem eo duntaxat excepto, quòd commiſſarius poteſt diſponere de certa parte bonorum, ſcilicet, quinta circa exonerationes defuncti quas ſermone vulgari appellamus [Deſcargos] & circa alia de quibus ibi. Intelle l 32 in ll Tau.

Sed poteſt reſponderi primò, quòd eſto quòd l illa diſponeret contra ius canonicum, & ſic contra illam decretalem, communiter (vt dixi) acceptam in materia piarum cauſarũ, etiam in foro ſeculari non eſſet ſeruanda, vt ſingulariter declarat Bart loquens in indiuiduo in hac materia piarum cauſarum, in repet dictæ l primæ, colum 2 C de Sacroſanct Eccleſi. Reſpon 1

Secundò reſpondetur, quòd intentio illius l non fuit, neque cenſeri debet fuiſſe diſponere in aliquo contra ius canonicum illius decretalis, ſecundum ſæpe dictum communem intellectum acceptæ ſed illius l propria intentio fuit decidere, quòd ſi diſponens committat ſolummodo alteri facultatem faciendi teſtamentum proſemet diſponente, &c quòd cùm talis voluntas ſit captatoria, quod patet quia committitur alteri voluntas interior & ſecreta ipſius diſponẽtis, quod manifeſtatur Reſpon 2

ſtatur clarè per iſtam vocem, teſtamētum, prolata in commiſsione confectionis diſpoſitionis, quæ ſignificat teſtationem & declarationem mentis diſponentis, vt in prin Inſt de Teſta ꝙ quanuis talis diſpoſitio non valeat in totū, id eſt eo modo quo teſtator diſpoſuit, & voluit tamē ſecundū diſpoſitionem aliarum ll. regiarū, ſcilicet Fori remanet valida quoad diſtributionem quintæ partis bonorum ꝓ anima, & pro exonerationibus conſcientię defuncti, de quib⁹ lex illa pręſumit teſtatorem fuiſſe memorem ac prouidiſſe ſi per ſe ipſum teſtamentum confeciſſet explicitè & diſcretè. Et ob id lex illa taxatiuè dixit, [*Sino ſolamente le dio poder, &c.*] quaſi dixerit, fuit ſimplex & captatoria volūtas Tamē caſus in dicto cap Cùm tibi, ſecundū communem acceptionem, eſt admodum diſtinctus à caſu prædictæ l Taurinę quia quādo teſtator confert voluntatem in alterius diſpoſitionem, prout eſt in caſu eiuſdem decretalis, non eſt voluntas captatoria, vt prędixi, cùm ius canonicum potiùs interpretetur, quòd iſte ſit hæres nomine tantùm inſtitutus ad diſtribuendum in pias cauſas, quàm quòd ſibi commiſſum fuerit ſuæ voluntatis ſecretū, vt inquit Bald contra Cyn in dicta l prima, in repet num 10 & in dicta l. Captatorias, colum 2 & declarat Bald mēt in eadem l Executorem, in loco ſ citato, dicens quòd in quantum text in dicto cap Cùm tibi, dicit [*Voluntatem*] denotat ſubſtātiam voluntatis, quę non poteſt eſſe niſi forma ſubſtantialis & conſenſus Vnde quod in eodem cap ſequitur (diſpoſitionem) debet intelligi, ſcilicèt exequutiuam, vt ibi latiùs per eum Et licèt iſta ſolutio procedat tñ prædicta ꝓxima ſolutio videt̃ potior, quę fuit, quod in foro canonico illa lex non ſit ſeruanda, neque in foro ciuili vtpote contra libertatem Eccleſiaſticam diſponens, quę quidem libertas verſatur in tuitione piæ cauſæ Et ita aliàs allegabam in contingentia facti coram iudicibus ſupremę curię, ſed non potui obtinere quia inhęſerunt dictæ legi Taurinę, vt Bononienſes carrotio, nihil aliud ſpeculantes ſuper his quę ſupradicta ſunt, quæ etiā fuerunt eis allegata ſuper intellectu prędictæ decretalis Quamobrem poſtea inſiſtendo in eiuſdem decretalis intellectu dum tertio loco interpretarer iſtum titulum, curaui adhuc enixiùs ſuſtinere differentiam, quam ſuprà feci inter dictam legem Tauri, & dictam communen lecturam, quam ſuperiùs ſępe retuli ad illam decretalem Quia vt declarat Bald in prędicta l Executorem, in effectu illa commiſsio de qua in prædicta decretali, nō eſt captatoria, ſed potiùs quędam diſpoſitio exequutiua & ſic (vt ſuprà dixi) idem eſt hoc modo committere ſcilicet, cōmitto voluntatem meā tuę diſpoſitioni, ac ſi dixiſſet, vel mādaſſet bona ſua diſtribui, *non dicendo in quem quia talis diſtributor intelligitur hæres inſtitutus*, vt reſtituat piæ cauſæ Sed in caſu l Tauri, (vt ſępe eſt dictum) non committitur voluntas diſpoſitioni alterius exequutiuę ſeu diſtributiuę ſed committitur ſecretum voluntatis diſponentis per illa verba, ſcilicet, vt commiſſarius faciat teſtamentum pro committente, quod quidem teſtamentum (vt ſuprà dixi) eſt mentis teſtatio, id eſt ipſius declaratio, atque manifeſtatio Præterea, teſtamentum eſt iuſta ſententia voluntatis noſtrę, vt in l 1 ſuprà de Teſtam & ſic dum committitur factio teſtamenti, committitur nuda voluntas, & ex conſequenti eſt captatoria diſpoſitio

Ad

Attē ad hāc diſsidētiam inter præfatā l. 32 Tauri & diſpoſitione, c Cū tibi, ſecūdū cōem intel

De eadē re.

De eadẽ re Ad hæc, Teſtamenti conditio vel confectio debet eſſe omnino libera, vt in l 1 C de Sacroſanct Eccle & in l Illa inſtitutio, ﬀ de Hære inſtitu ergo libera voluntas eſt ea, quæ committitur per commiſſionem factionis teſtament Præmiſſis opitulatur prędicta ſolennis deciſio Barto in dict l 1 in repe col 12 vbi tenet (prout etiã ﬀ retuli) in ver Declaratur 2 poſt princip Quòd communis intellectus ad illam decretalẽ non procedat, quã do cõmiſsio eſſet facta per verba merè volitiua, & ſic captatorio modo, & conſequenter in caſu dictæ l Tauri, eſt voluntas captatoria & ideo non valet niſi in quinto bonorum per l fori, & alias leges iſtius regni, diſponentes, quòd quintum bonorum ſit deputatum pro anima, vel quòd expenſæ pro anima ſint ex eo deducẽdæ Et in quantum poſtea in eadem l Tauri, dicitur, quòd ſi non extent cõſanguinei, omnia diſtribuantur in pias cauſas, intentio illius legis eſt, quòd captatoria voluntas, etiam non expreſſa pia cauſa, valet ad pias cauſas, quando non ſuperſunt venientes ab inteſtato Vel meliùs, ac reſolutiùs loquẽ- De eadẽ re do ſumma intellectus illius legis Tauri eſt, quòd captatoria voluntas non expreſſa pia cauſa, non valet niſi quo ad quintum bonorum extãtibus ſucceſſoribus ab inteſtato ipſius diſponẽtis Sed eis non extantibus, valet quo ad omnia bona Et cõſidera quòd ex quo ibi reſeruatur quintum bonorũ, datur intelligi, quòd illi ſucceſſores ab inteſtato debẽt eſſe tales, quòd eis debeat legitima, id eſt deſcendentes quæ per leges regni hodie ſunt quatuor partes bonorum exquinq, partibus, quibus tota hęreditas conſtat, ſecundum prædictarum legum ſupputationem alìâs ad quid reſeruarẽtur veniẽtibus ab inteſtato, ſi non eſſent de neceſſarijs quatuor partęs bonorũ de quinq, cùm eis non debeatur legitima Quocirca Doctores in dict cap. Cùm tibi, poſt Inno. non faciunt vim in venientibus ab inteſtato, niſi ſint de his quibus legitima debet Et ideo lex illa dum dicit, [*Venientes ab inteſtato, & parientes*], meliùs & ꝓpriùs iuxta prædictas Doctorum declarationes dixiſſet, [O *deſcendientes*] Sed ex quo communis litera illarum legum ſonat, [*Parientes*], attento vſu cõmuni loquendi qui precipuè eſt attendendus l Librorum, § Quod tamen caſſius, ﬀ tit 1 & l Cùm de lanionis, § Aſinam, ﬀ de Fundo inſtru intelligitur de tranſuerſalibus Extantibus autem filijs de iuris rigore dicendum eſt, quòd cùm per talem commiſſionem abſque nominatione eorundem factam cenſeãtur præteriti poſſent poſtea rumpere declarationem, quæ per talem cõmiſſarium fieret & de rigore iuris admitterẽtur non tantum ad legitimã, ſed etiam ad quintum bonorum reſiduũ & ſic ad omnia bona. Quia nullitas vltimæ voluntatis nõ poteſt ſubeſſe pro parte cùm ipſa diſpoſitio vltima in ſemetipſa ſit prorſus indiuidua, l Si is qui, & l Vnum teſtamentum, ﬀ de Teſta vbi Bald Pau de Caſtr & Aret notant Sed de æquitate fauore animę putarem, quòd etiam hoc caſu dict l Tauri na ſeruaretur, quoad expendẽdum quintum bonorũ in pias cauſas Et ita generaliter practicatur Practica hodierna Quę practica (vt dixi) potiùs procedit ex æquitate fauore animæ quàm de iuris rigore, & ratione ſtricta, vt alìâs latè deduxi in quadam iuris allegatione ﬀ per me citata, quam feci pro magiſtro Oliua huius Academiæ Rectore quondam, qui ferè per eadem verba fuit relictus exequutor à quodam diſponente Cætera in materia iſtius legis tangente exequutiones vltimarum

rum voluntatum videnda ſunt in lo-
cis ſ memoratis Hic autẽ ſatis eſt ac
ſuper attigiſſe principalia iſtius l pun
cti,quoad eius declarationẽ necnon
eorum quæ per Bart & Doct hic tra-
23 duntur Nunc autẽ † quia ſuper hac
glo ſæpe facta eſt mentio piarum cau
ſarum, obiter notandũ duxi, q apud
iuris tam Pontificij q̃ Cæſarei,qui vul
gum in hoc ſequuntur,peritos pietas
accipit̃ p actibus miſericordiæ Quia
Deus teſtat̃ hos actus pietatis ſibi pla
cere Et ex hoc dicit̃ pius ſecũdũ Be-
tum Thomã 2 2 q 101 arti 1 vbi lo-
quitur de vulgo , & ita capit glo hic,
in quantũ dicit poſt principiũ (vt ſ
annotaui)idẽ eſſe relinquere ad pias
cauſas,& pro anima,vel ad ipſius ſub-
leuamẽ & adiutoriũ Et illud propriè
apud nos dicitur relictũ piũ , vt dixit
Bal in loco ſæpius ſ allegato ſ in l 1
de Sacroſan Eccleſ & patet ex remiſ-
ſionibus cõferentibus ad iſtã gl ſ de-
ductis,& declarat Dec in conſil 72 ſ
allegato Et patet etiã ex diſcurſu eo
rũ quæ affatim tradit Roma in repe
Auth Similit̃ C ad l Fal Et iſta pie-
tas apud nos eſt ea, à qua denominat̃
cauſa pia quanq̃ & in pluribus iuris
partibus aliter 1 largo modo, ſumat̃
pietas,vt in l Nam etſi parentibus,in
prin ff de Inoffic teſta vbi Angel &
Docto & in l 1 C de His quib vt in-
dig vbi idem Angel & in l fin § Illo
proculdubio,C de Neceſſarijs ſer hæ
re inſti vbi Bart Bald & idem Ange
& alij Doctor Et ita generaliter aſſu-
munt Latini in quantum dicunt, q
pietas diriuatur à verbo Pio,quod eſt
*idem quod colo & ſic deſignat cul-*
tum diuinum in genere Et eam eo-
dem modo deſcribit Beatus Auguſti
nus Et quanq̃ dicatur, q iſta eſt pro-
prie pietas tñ apud nos propriùs &
ſtrictius ſumitur(vt dixi) ſ ea quæ cõ
cernit ſalutem animæ tãtummodo

Nonnulla, nec contemnenda, hic ſubſequunt, ad cognoſcendu quonã modo, & pietas ipſa & *cauſa pia* & vulgo item & apud nos accipiantur

Vnũ non omittã ad huius l materiã,
necnon legũ Tauri de exequutorib⁹
vel cõmiſſarijs loquentium hic refer
24 re videlicet,† non valere diſpoſitionẽ
teſtatoris diſponentis, q *exequutor*
ab eo nominatus poſſit aliũ loco ſui
ſubſtituere,ſecundũ Ioan And in c.
1 de Procura in Noue Et hoc cõmẽ
Bald in Margarita,in verſic Exequu-
tor 4.Vi tamen eundẽ Bald in eodẽ
c 1 col ſi præſupponentẽ contrariũ
neq facientẽ mentionẽ de Ioã And.
ibi Sed fortè loqtur primo exequu-
tore exiſtente inhabili Cogita,quia
*importat ad declarationẽ & intelli-*
gen● l 31 Tau Vltimò in quãtum
Albe hic exponendo text poſt anti-
quos in verſi [*Idem eſt*] vult, q ſi relin-
queretur Titio nõ mero & nudo mi-
niſtro vſusfructus reſtituendus per
eũ Meuio q mortuo Meuio, in vita
teſtatoris remaneret vſusfruct⁹ apud
eundẽ Titiũ referendo iſtũ verſic ad
primũ reſpõſum ſecùs ſi referatur ad
ſecudũ,vbi Titius eſſet merus ac nu-
dus *miniſter* Itaq, *eſt* hic *ſing* tex iũ
cto 1 rñſo,ponens caſum, in quo vſu
fructuario mortuo, vſusfructus non
*redit ad proprietatẽ ſed remanet a-*
pud eũ à quo fuit eidẽ derelict⁹ Nec
mirũ,quia vſusfructus nunq̃ incepit
aliâs ſumere eſſe vel valorẽ in perſo-
na Meuij & vſusfructus non poteſt fi
niri, anteq̃ incipiat eſſe,vt eſt regula
naturalis patens ad ſenſum & eã etiã
ponit Iurecõſultus in l Titio vſusfru-
ctus,ſ de Cõdi & de Et in l Titio cũ
morietur,ff de Vſufructu Ex qua l
Titio vſusfructus,no ibi Pau de Caſ
25 †*quod vbi non cadit habitus,non ca*
dit priuatio,quæ fuit nota Bal per eã
dem l in Authen Ex cauſa,col 1 C
de Libe præte & idem probatur ex l
Si decem cũ petiero,ad ſi vbi notant
Moder l Iaſo,ff de Verb oblig Hinc
per contrarium eſt, q ſi in caſu iſtius

Notabile in materia exequutorum

Attẽ aduertenter

Redit ad declaratione tex.

Alias decc

N l 1.rñſo,

l 1 rñſo, ſemel fuiſſet poſt mortem teſtatoris(& ſic vſufructu iam formato)idem vſusfructus per Titium Meuio reſtitutus, etiam ſi Titius eſſet legatarius, Meuio poſtea mortuo, non rediret vſusfructus ad Titium ſed ad proprietatem Quia exiſtentia & defectus ipſius vſusfructus conſideratur ex perſona fideicommiſſarij Argumento l Si quis vſumfructum,ff de Vſufru lega hic in glo allega Et quia iſte text loquitur in fideicōmiſſo defecto à principio, vel ſi ex poſt facto ſcilicet, quando fideicommiſſarius,etiam ſi poſt mortem teſtatoris viueret, tam[illegible] non agnouiſſet fideicommiſſum, & ita obijſſet Et iſta ſufficiant in huius l principij interpretatione

§ Si hæres

SI hæres damnatus eſſet decem vni ex libertis dare, & non conſtituerit cui daret omnibus eadem decem præſtare cogendus eſt.

SVmmatur iſte text vt per Bart & Doctor qui omnes videtur habuiſſe literam, quā nos habem⁹ ſ [Cōſtituerit] vt patet ex glo quatenus opponit de l proxima præceden ad fin cum qua omnes Doctor ſentiunt, intelligentes iſtum tex in legato relicto alicui incerto de certis, quem hæres elegiſſet, & ſic eſt electio, & hæres in eligēdo habet liberam facultatem gratificandi cui voluerit vſque ad litis conteſtationem, ſecundum Bart etiam poſtquam ſemel incurrit morā poſt interpellationem extraiudicialē ſibi factam per legatarios, ſecundū eundem & Pau de Caſt Sed in aliquibus libris, habetur in hoc tex litera, [Conſtiterit] quam literam reperio etiam in lib recognitionis G Haloan Sed iſta litera [Cōſtiterit.] non poteſt bene quadrare ad iſtum tex quia hic teſtator non ſenſit de certo ipſum nominando, ſed de incerto de certis & hic nihil ad rhombum tale verbū [Cōſtiterit] & Docto intentio cum glo hic fuit opponere ſecūdum literam, ſeu præſuppoſita litera [Cōſtituerit] vt ex tex in d § ſi de quo glo & Docto opponunt apertiſsimè patet, cōiuncta ſolutione Docto hic Et ſecundū cōmunē literā [Cōſtituerit] quæ verior & cōgruentior eſt ad hūc tex intelligit etiā iſtū tex Io. de Imo in l Qui filiabus, § 1 ſ tit 1 quē Alex hîc, in quadā ſua additiūcula ad Bar allegat, & ſequtur ſimpliciter, & eodē modo etiam intelligit Soci in l Quē hæredi, ante ſi ff de Rebus dubijs vt iſte tex procedat, prout eſt dictū qñ electio eſt cōmiſſa hæredi, quo caſu eo non eligēte vnū ex pluribus, oēs admittuntur ſecùs in declaratione facienda p teſtatorem qñ inq̃ declaratio non eſt cōmiſſa hæredi, ſed teſtator legauit obſcurè ſ lego vni ex libertis, &c & ipſe nō declarauit in vita, vel non apparet per cōiecturas de quo certo teſtator ſenſerit nam tali declaratione minimè ſubſequuta, nemo eorū admittit Ita loq̃tur d l Quem hæredi, ſcđm eū Et quāuis ipſe Soci reſideat in hoc puncto anceps nō tñ oportet de hoc dubitare q̃a ſcđm diuerſitatē literarū, de qua ſ tetigi, & ſcđm ſolutiones cōtrariorū p Doct hîc poſitis, nō poteſt aliud dici, q̃ qđ ſ dixi, q̃ litera, [Cōſtituerit] ſit veriſsima & aptiſſima huic textui, & cōi intētioni & declarationi glo & oīm ſcribentiū ſup hoc tex & alia litera [Cōſtiterit] nō poteſt ſtare q̃a repugnaret directò d l. Quem hæredi, & placuit mihi reperi

re

re prædictam literã [*Cõſtituerit*] in Pandectis Flo recenter impreſsis.

In quantum gloſſ opponit de l. Si quis ſeruum, § Si inter duos, ff eo dic, vt per Bar hic, & Soci in d l Quę hæredi, ad ſi Item in quantũ gl opponit de § fin legis præcedentis, dic vt per Bar hic, & ſubdeclara, vt p Pau de Caſ in eod § ſi Sed obſeruãdũ, q, in quantum Albe poſt Dy hic ſoluit, q, iſta iura cõcordant, poteſt id qđ dicit intelligi aliâs procedere quoad præoccupationẽ, quę ſi in hoc tex fieret per vnũ, præferretur alijs, vt ibi Et tenet etiam Bar i. l Si tamẽ, ff eo. Sed q, ibi omnib⁹ cõcurrentibus ad petendũ, omnes ſimul admittãtur, vt inquit Albe iſtud prima inſpectione videtur contra curſum l. Si fuerit, ff de Rebus dubijs tñ re vera non eſt, ſi bene aduertat quia ibi ex facto legatariorũ concurrentiũ fuit cauſatum impedimentũ certitudinis implementi conditionis & ſic conditio fuit habita pro non impleta, & legatum remanſit incertum quia ſeipſos concurſu impedierunt Sed in d l. Si Titio, ff. proxima, legitum remanet incertum ob aliam cauſam, id eſt, ob factum ipſius hæredis, qui debebat reſtituere vel dare Quã obrem ſi omnes concurrunt ad petendum, & nemo eorũ præoccupat, vtrique eſt dandum pro parte virili, vt tenet Barto etiam faciendum eſſe in caſu iſtius tex in l Si tamen, ff eo vt proximè retuli. Præſertim, quòd hæres in hoc non grauatur quia quod erat vni eorum dandum per ipſum in ſolidum, ſoluit duobus, vel pluribus pro cuiuſque parte virili & ſic non plus ſoluit pluribus, quàm vni ſoluturus eſſet.

*Summarium.*

1 *IN l. obligatione alternatiua utrunque extremorum eſt in obligatione, etſi non praecisè & abſolute, ſed in euentum electionis*

2 *Iura dicentia, errantem neque conſentire, neque aliquid efficaciter agere, non procedunt in obligatione facta ſub alternatione, ut ſi quis debitor uel creditor, cui electio competat, per errorem alterutram alternatiuæ partem dicat ſe elegiſſe*

3 *Ea quæ iam facta ſunt naturaliter infecta fieri nequeunt, ciuiliter tamen, id eſt, per fictionem poſſunt pro infectis haberi.*

4 *Error in qualitate actus ſubſiſtẽte eiuſdem actus ſubſtantia minime uitiat ipſum*

5 *Error in cauſa uel in qualitate cauſæ actum non uitiat*

6 *Dominij translatio neutrius, id eſt neque tradẽtis, neque recipientis conſenſum expoſcit, quando fit ex legis poteſtate, imo neque ſcientiam*

7 *Traditionis exequutio, quæ fit autoritate rei iudicatæ, ut ea, quæ fit per legem à pari procedũt quo ad dominij translatione, ut utraq; illud transferat, etiã ſi tradens credat ſe eã tradere uelut recipietis*

8 *Poſt exequutionem à lege uel ab homine expeditam nullus relinquitur locus moræ purgationi, & eſt communis ſententia, & hæc eſt quarta ratio deciſiua ad hanc l.*

## L. Si is cui

SI is cui, legatus ſit Stichus aut Pamphilus: quum Stichum ſibi legatum putaret, vindicauerit amplius mutandæ vendicationis ius nõ habet Nam etſi damnatus hæres alterutrum dare, Stichum dederit, cùm ignoraret ſibi permiſſum, vel Pamphilum dare, nihil repetere poterit

SVmmatur hæc lex, vt per Bart & Doctor & allegatur per Dy ſecũdum Bar Albe & Pau de Caſt hic quòd vbi ius dominij reſoluitur in pœnam illud habentis, nunquam poteſt habere locum purgatio moræ. Secùs vbi reſoluitur ius obligationis, iũcto tex — Notanda theorica.

 in l.

in l Apud Aufidium, ſ. de Optio le-ga & iunctis his quæ ſ dicta ſunt in l. Statuliberum, § Stichum, ſ. eo Ad quod vide quæ dicam in l Cùm quidam, magna, in verſic His viſis, ſ iſto titu. Ratio deciſionis in iſtius ſingularis legis vtroque caſu, ſecundum Bald & Paul eſt ea quæ colligitur ex glo not quã hîc ſequuntur Doct cõiter in l Cùm is, § ſi ff de Condi inde

1 videlicet, † quia in quolibet extremo rum reperitur debitum nam in obligatione alternatiua vnũquodq, extremorũ eſt in obligatione l Illud, in princi cum glo ff de Conſti pec cũ ſi & ideo vtroq, exacto vel ſoluto, ceſſat conditio inde ex parte hæredis exacti, vel ſoluentis ſponte Quum ergo in hac l in primo reſponſo electio fiat per legatarium, eundemque, creditorem, vel per hæredem debitorem in 2. reſpõſo licèt non ſit præcisè debitum, ſed ſubalternatione & in euentum electionis, non vitiatur electio propter errorẽ Et ſic non obſtãt

2 leges dicentes † q, errans non videtur cõſentire imò neq, aliquid facere l Si per errorem, ff. de Iuriſdi om iudi cũ alijs quæ notæ ſunt, ſecundũ Paul de Caſtr hîc dicentẽ, q, fortè iſtius l. caſus nõ reperitur alibi, & q, ſi eum non haberemus, poſſet reſpõderi cõtrariũ, cùm electio procedat à libera volũtate & ſic poſſet primo intuitu videri, q, errans non eligat De cuius difficultatis ſolutione videbimus ſ poſt Bar quæ etiam ſatis eſt ſoluta ex eo quod ſ proximè retuli Pau de Ca poſt Bald dicere

Secundã, & quidẽ ſubtilẽ rationẽ ponit Bald in l ſi 2 oppo C de Condi inde ſ q, a cõditio indebiti eſt actio quæ ſui natura nõ datur ad electionẽ cõdicendã quum talis obligatio ad condicendũ re ipſa cõtrahatur, id eſt ex quaſi contractu habeat ortũ, vt in §. Is quoq,, Inſti Qui mo re cõtrahi. ob Sed facultas eligendi nõ eſt res in eſſe deducta ſed quædam potẽtia, ex qua producit actus, ad quẽ nõ poteſt obligatio re ipſa cõtrahi is actus eſt ipſummet eligere Vult dicere Bal q, actus ex eligendi facultate reſultans cõſiſtit in facto momẽtaneo i qđ momẽto expedit electione facta Ad quẽ actũ iã explicatũ nõ eſt dabilis condi

3 tio indebiti † quũ ea quæ iam facta ſunt quatenus in q, in facto cõſiſtunt, naturaliter nõ poſsint ad infecta reduci licèt p fictionẽ poſsint haberi p infectis, vt in l In bello, § Factæ autẽ cauſæ, ff de Capti Et notãt Moder C. Soci ac poſteriores per illum tex decidentes quandam quæſtionẽ ex facto ſubortam & deciſam in l 1 § Si vir vxori, ff de Acquiren poſſe

Tertiã rationẽ deciſiuã ponit idẽ Bald hîc videlicet, quia in hac l non erat error in cauſa ſubſtantiali ipſius obligationis, ſed in quodã extrinſeco ſ in ipſa electione quia legatarius putans ſe nõ habere ius eligendi elegit

4 vnã rẽ tanq, præcisè relictã † Qui error cùm fuerit error qualitatis nõ vitiat quia ſubſiſtebat ſubſtantia obligationis in re nominata vel electa Error nanq, in accidentalibus diſpoſitionis non vitiat illã Glo no in l Si quis in fundi vocabulo, in glo ſi verſicu ſi ſ titu 1 quam Doctor ibidem magis communiter & approbant, & commendant, adducentes in idem text in l penulti in verſic [*Tametſi in artificio erratum eſſet*] infrà de Rebus dub. vbi eſt text elegans in propoſito Et illam l ſuo caſu dicit non reperiri alibi Bald in capit. Quoniam Abbas, de Offic dele & commẽdant idem Bal & Pau de Caſt in l Si in nomine, C. de Teſtamen & Barto in l Demonſtratio, in princi. col ſi ſ de Condi & demonſtra.

Opponit

Opponit Bart poſt Dy hoc modo, & iſta oppoſitio cōcernit ſcdm iſti' l rñſum) errans nō transfert dñium l Cùm in corpus, ff de Acquiren rerū domi & l 3 § Subtilius, ff de Condi ob cau & vtrobiq; hoc probatur, quā quam diuerſis reſpectibus ſed hic ꝓbatur cōtrariū igitur, &c Soluit poſt Dy Bart q́ hic eſt talis error, qui non impedit translationē dominij, vt pote error in cauſa, qui nō ſolet eiuſmodi tranſlationem impedire, vt in toto prædicto titu de Condi indebi & dicit expreſsè text in eadem l Cùm in corp' Et hāc ſolutionē Dy refert etiā Albe clarius q̃ Bar videlicet, † q́ errauit in cauſa quia putauit eā eſſe puram vel præciſam, cùm eſſet alternatiua Sed melius dixiſſent hi Doctor (eorū pace dixero) quòd fuit erratū in qualitate cauſæ, id eſt legati, vt hic dicit & ſubtilius Bald quem ſ̄ retuli in tertia ratione deciſiua Sed tenendo ſimpliciter reſponſionem Docto aduerſus eam, inſtant ipſimet Dy & Albe & non reſpondent Quòd imò nō videtur fuiſſe error in cauſa quia potiùs in ipſomet dominio quia hæres tradendo ipſi legatario erranter vnam ex pluribus rebus alternatiuè legatis, putans eam ſolam fuiſſe legatam & ſic ſolam fuiſſe ſibi debitā, tradit eam velut propriā eiuſdémet legatarij, in quem putauit immediatè dominium fuiſſe tranſlatum præciſè Vnde non videtur dominium in legatarium transferri per tex in dicto § Subtilius Sed Barto ſoluit notabiliter, quod regula illius text procedit quando agebatur de transferendo dominium ex voluntate tradentis, vt ibi ſed hic transfertur ex legis poteſtate vel diſpoſitione, eo ipſo q́ elegit dare iſtum ſeruum Et hanc ſolutionem ſequuntur Paul de Caſt & Ange de Peru hic Et reputat ſingul. no Ioan de Imol hic ad intellectum eiuſdem § Subtilius, & in l oc propoſito dicit hanc l eſſe ſingu Bald in capit ſi col 1 de Ferijs Ratio diuerſitatis eſt in promptu quia cùm ex volūtate tradentis dominium transfertur ſi dominus tradit ſub illo prætextu videlicet, ac ſi res qua traditur eſſet recipientis, ceſſat voluntas transferendi dominium quia error eam impedit, vt in l Si per errorem, ſ̄ allegata, & in l 2 in prin ff de Iudi & in l Nō idcirco, C de Iuris & facti ignoran & in l Sed hoc ita, ff de Aqui plu arcen & tamen eſt notum, quòd dominium à nobis abire non poteſt abſq; volūtate noſtra, vt in l Id quod noſtrum, ff de Regu iur quam ita exponunt ibi Docto & in ſpecie Dec 1 expoſitione Nā cùm tex dicit, facto, ipſe Dec poſt Docto exponit, id eſt voluntate noſtra, ex qua factū ſubori-
6 tur † Sed quādo dominiū ex legis diſpoſitione vel poteſtate transfertur non eſt opus cōſenſu tradentis, neq; acquirentis l Cōmiſſa, ff de Publi & vecti l pe cū ſi C Ad l Iul Maieſta. & in c Cùm ſecundū, ll de Hære lib 6 Imo neq; ſcientia, vt in l Si à furioſo, vbi Bald not ff Si cert peta Et ex his reſultat prima not declaratio reſtrictiua ad prædictum § Subtilius Secūda eſt, vt ille tex procedat, niſi executio facta fuerit autoritate rei iudi
7 † Nam tunc idē iuris eſt qd̄ quando exequutio (vt modo dixi) fit per legē Vnde ſi quis condēnetur ad rem proprij reſtituendā, & eā reſtituit actualiter tradēdo etiā non tanq̄ ſuā, ſed velut recipientis nihilominus tamen propter autoritatē rei iudi eiuſdem rei traditæ dominiū transfertur in recipientem, ſi tradens erat dominus aliàs ſoli vſucapiendi conditio glo no in l Pomponius, § Si iuſſu, ff de Acquiren poſſe quam Bart ibi ꝓbat,

Margin notes: Tenet hic et in ſequ intelle leg 3 § Subtilius ff de Condi ob cauſam. — 1 D[...] ratio ad d[...] tex — Diuerſitatis ratio inter caſus huius textuum — 2 ad illum tex declaratio

probat, & alij Doctor communiter, ſecũdum Ioan de Imo & tenet Paul de Caſt. in l Exceptio ͡ de Except rei iudi Bene facit l 3 § Idem quæri poteſt, in verſi [*Idemq̃, erit*] ff de Reb eorũ quam ibi glo allegat Ad quod etiam vi Iaſo in eo § Subtilius, cuius § regula (vt id interim non omittam) producitur etiam ad caſum quando tradẽs & recipiens ſcirent rem quæ traditur eſſe dantis, & non recipientis nã etiam eo caſu per talem traditionem non transferretur dominium illius rei ſic traditæ tanquam recipientis in eundem recipientem nam & hoc caſu videtur abeſſe voluntas tradentis à tranſlatione dominij, id eſt videtur eum non habuiſſe voluntatẽ trãſferendi illius rei dominium, ex quo non tradit vt ſuam, ſed vt illius eam recipientis gloſſ eſt ſingu in l Si aliquam rem, in parte, Quaſi meam, ff de Acquiren poſſe ſecundũ Raphae Cu Are & Clau ibi Et licèt Alex ibidem non bene firmet illam concluſionem tamen Aretin eam firmat, & ſuſtinet contra Bart aliter tenentem in l 1 col antepen ff de Offic procu ceſa Et ibi Aret reſpondet ad l Iul ff de Cura furio. adductam in eadẽ l 1 per Bart in illius l lectu & illã cõcluſionem gloſſ dicit eſſe communem Fran de Ripa, & eam ſequitur nu 18 eiuſdem l Si aliquã, & ex regula prædicti § Subtilius, declaratur text ſingu in l Si pro fundo, C de Trãſactio. vbi probatur ex verſi fin [*Si tamen res*] iuncta gloſſ 3 q dimiſſio, quam facit actor penès reum ex cauſa tranſactionis, nõ præbet reo titulum in re apud eũ iſtiuſmodi dimiſſa Quod eſt not ſecundum Bart & Docto ibi, ſignanter Alex qui dicit non eſſe alibi poſt Bald in c 1 in fi de Controuer inter vaſſal & alium de bene lib Feudo. Nam illius text ratio ſumitur de dicto § Subtilius quia is qui rẽ ex cauſa tranſactionis retinet, eam retinet vt ſuam, & ideo neq, acquirit nouum dominium, neq, vſucapiendi conditionẽ Ita declarat Bald ſingulariter in l pen C de Vſuca pro emp Sed de hoc dubito, quia non ſeqtur neceſſario Is cui dimiſſio fit ex cauſa tranſactionis retinet eã vt ſuã, aut etiã recipit vt ſuã ergo tradens credidit eſſe illius recipientis tẽpore dimiſsionis Voluntas enim tradentis conſideratẽ in d § Subtilius, vt impediatur traſlatio dominij, nõ autẽ recipientis Cogita de hac re Vel aliter (redeũdo ad præmiſſa vnde ſum diggreſſus) reſpõderi poteſt ad § Subtilius, ſecundum Bal hîc, q dominium in caſu huius l potius transfertur ex facto teſtatoris non errantis q̃ ex facto hæredis errãtis circa electionẽ Nam electio quæ poſtea fit per hæredẽ, habetur ac ſi à prin facta fuiſſet p teſtatorem Argumento l Vnũ ex familia, in prin & § 1 ͡ eod & in l Tutores non ab hærede, ff de Teſtamen tutela

Alia ſolutio ad § Subtilius

Vltimò nota, q poſt factã etiã errore exequutionem à iure vel ab homine, error non eſt reuocabilis ad limitationem l Error facti, cum ſimili C de Iuris & facti igno ſecundũ Ioã de Imo vltra quẽ poteſt l iſta induci ad glo in c Ex literis, de Diuor in parte, Admonita, in fi tenentẽ, q cõfeſsio facta ab aliquo, dato ſibi priùs termino ad deliberandũ, nõ poteſt poſtea reuocari ex capite, aut ſub prætextu erroris nã tunc videtur quædã hominis exequutio facta per confeſsionẽ ꝓpter deliberationẽ præcedentẽ q a cõfitens poſt terminũ deliberationis ſibi iniunctũ, videt́ fuiſſe eius intentionis, vt amplius reuocationẽ petere nõ poſſet & eiuſdẽ videt́ etiã fuiſſe iudex præfigẽs terminũ ad deliberandũ, vt eã poſtea non admitteret

Quam

Quī glo dicit eſſe ſing Bal in l Si q̄-dem,ad ſi C de Excep & in l Cū pre c ī,C de libe cauſa Sed idē Bal & An to tenet contra eandē in c ſin col , de Cōſe & idē Bal in d l Errori facti, col vlt vbi etiā Alex in addi & Ro in repet § de Viro 31 fallen l Si verò ſ Solu mat Tamē Cepo in cautel 69 tranſit cū prædicta gl allegans alios Doct Et revera iſte tex nō facit pro gl illa quæ tantum ibi, eo q̄ detur tēpus ad deliberandū ſit exequutio,de qua in iſta l nec ſecure cauet q̄ illo caſu post deliberationē exequutio cēſeat facta à iure vel ab homine,prout vult Cæpola ſaluare illā duobus cōcurrentibus Sed poteſt ſaluari aliter gloſſ illa prout idē Cæpola vult eadē 69 cautela in prin ſ q̄n prius quis cōfeſſus fuiſſet,& poſtea daretur ei terminus ad deliberandū an velit reuocare confeſſionē ex aliqua iuſta cauſa ſubſiſtente,& intra illū nihil allegaret Nā poſt talem terminū non admitteretur erroris allegatio, poſt Ange Are quē ibi citat in § Si minus,Inſtitu de Actio 17 col qui Angel ad id allegat glo illā, ſed perperam allegat quia imò inter vnū caſum ſ iſtū,& aliū ſ gloſſ maximè diſtat Et licèt ſimpliciter allegās illam gloſſ & Cæpolā,& remiſsiones eiuſdem Capolæ tranſeat Claudius in l Sed ſi alio,ff ad Trebel tamen dic vt modò dixi ſ q̄ illa glo non procedat ita indiſtinctè, prout loquitur ſed duntaxat in caſu in quo ſaluat eā Cæpola in prædicta cautela,in prin vt proximè retuli licet gloſſ illa (vt modo etiā dixi) illo caſu non loquatur ſed ſaluatur propter generalitatem dicti ipſius

Rurſus Bart hic poſt Dyn inducit iſtū text ad id videlicet,† q̄ vbi exequutio eſt facta à lege vel ab homine nō eſt locus pœnitentiæ mora ad qđ etiā adducit l Qui ob rem,ff de Cōdi indebi & hoc recitat Rapha Cu hic pro ratione principali ad iſtius l deciſionem & ſic erit 4 ratio vltra tres rationes deciſiuas ſ aſsignatas quæ potuiſſet ſ cōmodè poni pro prima earum in ordine Conſidero tamen Bar velle vnū,in quo videtur eſſe contrarius his quæ ſ proximè ſunt dicta Nam hic tenet,q̄ in prima iſti9 l parte fuit facta exequutio à l per petitionem legatarij, qui ſtatim quod petijt,videtur elegiſſe, & ſuccedit iuris diſpoſitio tranſlatiua dominij, vt in l Apud Aufidium,in fi ff de Optio lega Vnde infert Rapha q̄ ſi in iſtius l principio,Stichus & Pamphilus eſſent ſerui alieni non procederet tex quia per ſolam petitionem abſq; alia traditione dominiū non eſſet tranſlatum & ſic verbum, vendicauerit, oſtendit quòd iſte tex in prima parte loquitur in ſeruis proprijs ipſius teſtatoris Sed in ſecūda parte tex exequutio fuit facta ab homine quia hæres elegit vnū ex ſeruis teſtatoris per eū alternatiuè legatis, dum eum ſoluit legatario & ſic per ſolutionem fuit tranſlatum in legatarium eiuſdem ſerui electi & ſoluti dominium Et in hoc videtur Barto aduerſari ei quod prędixerat in ſolutione contrarij de § Subtilius,voluit expreſsè, q̄ quādo dominiū transfertur ex legis diſpoſitione, non officit tranſlationi dominij, q̄ tradēs erret in illo, vel in illius ſubſtantia Secus quando fit ab homine Tamē ad hoc poteſt dici, quòd licèt in ſecunda parte exequutio ſit facta ab homine quia hæres ſoluit & conſequenter(vt dixi)per ſolutionē cenſetur elegiſſe tamen in vtroque caſu tranſlatio dominij in legatarium fit iuris autoritate Stat ergo differentia in hoc,q̄ in primo iſti9 l caſu exequutio electionis,& ſic tranſlatio dñij fit protinus facta petitione p legatariū

Ad iſtū tex

Excuſatur con ſilio glo ... Dicto ... vltra Cæpo

Conſideratio vltra Do cto no in intelle ctorum Barto. hic

8

Excuſantur dicta Bart ne inuicem pugnent & reſoluit declaratio textualis

In ſecũdo autem caſu, licèt tranſlatio fiat ipſo iure ante actualẽ traditionẽ legati (vt expreſsim dicit Bar in ſolutione prædicti § Subtilius) nihilo minus tñ cõſideratᷣ, & attenditᷣ exequutio ab homine facta vltimatè ac perfectè quia traditiõe facta nihil deeſt ad perfectam & vltimatam exequutionẽ. Et ſic vbi electio fit p ſolutionẽ, eſt vltimata & minus principaliter conſideratᷣ iuris exequutio. Sed alio caſu, in primo iſtius l conſideratur magis principaliter. In eo aũt qđ Bar & Docto dicunt de moræ purgatione, videndus eſt idẽ Bar & Docto poſt eum, in l Si inſulam, nu 19 ff de Verb obli. Vbi Alex nu 31 dicit hãc eſſe cõmunem opi. quã in prin huius verſi dixi Dyn & Bart hic tenere per iſtum text ſ q; vbi exequutio eſt facta ab homine vel à iure, non eſt locus purgationi moræ.

Vltimò adnotandũ eſt, q; cõtra hãc l videtᷣ fortius tex in l 4 ff de Optio lega. vbi dicitᷣ, q; volẽti eligere vel optare eſt exhibẽda familia ſeruorũ aliàs electio eſt nulli: ſed hic probatᷣ contrariũ, vbi nõ ſolùm legatario nõ fuit exhibita familia ſeruorũ vt eligeret, ſed etiã ſi legatarius ignorans electionẽ ſibi cõpetere, vnũ vendicet ignoranter, non poteſt reuocare præfatã vendicationẽ, vel electionẽ erroneã neque amplius prætextu erroris licet ſibi variare. Sed ad illã l cõmuniter tenetur ſolutio Bar hic licèt Bart eam non alleget ſed glo in l Serui electione, in prin ſ titu i quæ meminit illi9 l 4 videlicet, vt intelligatur, quando relinquitur optio ſerui in genere, vel optio plurium rerum ratione de qua per Bart hic. Quem (vt dixi) ſequuntur Docto cõmuniter ſecundũ Iaſ in d l Serui electione, in prin nu 5 cum ſequen. Et per hæc ſit expedita iſta ſubtilis l. In l Cùm quidam non expedit inſiſtere, ex quo Docto ſunt cõtenti remiſsione ad Bar in repetitione l Demonſtratio, in prin ff de Condi & demonſtratio.

## *Summarium.*

1 *Coniuncti coniunctione legali non ſunt coniuncti ex iudicio & ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex accidẽti.*

2 *Per ſubſtitutionem his uerbis factam Quiſquis mihi hæres erit, &c non admittitur hæres remotus ſeu mediatus.*

3 *Seruus communis uidetur obtinere uice utriuſq; domini.*

4 *Seruus communis repræſentat perſonas ſeparatas duorum dominorum.*

5 *Teſtator coniungens duos uel plures legatarios uerbo, præſumitur eos uoluiſſe coniungere re & effectu.*

6 *Seruus plurium dominorum repræſentat perſonas plurium ſeruorum.*

7 *Vno ex pluribus hæredibus uniũs legatarij decedentis ante agnitionem legati repudiãte partẽ ſibi cõtingẽtẽ ex legato, talis pars repudiata non accreſcit eius cohæredi ſed redit ad hæredẽ principalẽ quæ cõcluſio illatiuã fluit eo cõmuni intelle & aliæ itẽ quinq; illationes non contemnendæ.*

8 *Ratio uulgaris per glo & Docto uarijs in locis tradita ad inductionem iuris accreſcendi uniuerſalis in hæreditate, hoc eſt, quare fuerit per iura inductum ſ euitationis inconuenientis, ne teſtator decedat partim teſtatus, & partim inteſtus, nõ eſt ſolida neq; finalis.*

9 *Quando ſubſtantiuum & adiectiuum ſtant ſub eodẽ conſtructu & ambitu uerborũ, unum regit & determinat aliud, & determinat reciproce ab alio.*

10 *Ius accreſcendi procedit uno ex duobus fontibus uel cauſis uidelicet, uel ex impedita partis acquiſitione ipſo iure à principio uel ex eadẽ reſoluta ex poſt facto & hæc eſt maxima in hac materia, anteſignana, ac primipilaris.*

11 *Id quod ſeruo cõmuni plurium dominorum relinquitur, ſi eorum uni per talem ſeruum acquiri nõ poteſt, acquiritur alteri domino.*

12 *Ex eo ius accreſcẽdi appellatur reale, q; de ipſius natura ingenita ſit, portione uel partẽ rei de cuius accretione agitur concernere ac potiſsimum conſiderare ſine qua ipſummet ius accreſcendi (ut pote abſq; ſubiecto fundamentali) impoſsibile eſt procedere, aut effectum ſortiri.*

13 *Vbi pars nõ deficit omnino, & ipſo iure, ſed ope exceptionis duntaxat, ius accreſcendi in tali parte uacante locum non obtinet.*

Etiam

14 Etiam in contractibus ſtricti iuris, prout eſt ſtipulatio, ſola legalis coniunctio inducit ius accreſcendi etiam in proprietate impedita acquiſitione partis a principio.

15 Ex titulo donationis principalis inter uiuos à principe duob' diſiunctim facta inter eoſdē coniunctos legali ſola coniunctione circumſcripta uerbali, item reali, coniunctionibus, conſequitur ius accreſcedi inter eiuſmodi donatarios etiā poſt ius in re utriq; acquiſitum, parte ipſius rei deficiete. Quæ eſt cōmunis Doctorū ſententia.

16 Vbi nulla prorſus eſt coniunctio, ius accreſcendi non procedit etiam in uſufructu. Et ex oppoſito, ubi ſubeſt quæuis coniunctio, ſiue uerbalis tantum, ſiue ſola realis, ſiue utraq; iuncta, locus eſt iuri accreſcendi, uel nō decreſcendi, etiam in proprietate.

17 Sola diſpoſitio legalis circa ea, quæ à lege inducuntur contra uoluntatem teſtatoris, inducit ius accreſcendi, ut eſt in bonorum poſſeſſione cōtra tabul. quæ duob' uel plurib' per legē Prætoriā defertur.

18 Ius accreſcendi procedit ſecundū uoluntatē teſtatoris tacitā & à lege cōfictam uel ſaltem præter eā.

19 Rupto teſtamento ex poſtfacto, intentata bonorum poſſeſſione contra tabul. ſiue etiam querela, regula Ius noſtrum ſileſcit cum nō incōueniat teſtatorem decedere eo caſu pro parte teſtatum necnon pro parte inteſtatum.

20 Quando plures uocantur ad idem legatum in eadem oratione, ut cenſeātur uerbis tantum cōiuncti, oportet portiones quotas legati eſſe diſtinctas, & diuiſas per teſtatorem aliās cenſerentur mixtim in re ſimul & uerbis coniuncti.

21 De uerbis legis ad uerba teſtatoris ideo tenet cōſequentia, quia diſpoſitio ipſius cenſet lex quædam priuata, ubi in quā talis diſpoſitio iuri non obſiſtit.

22 Vna & eadē cauſa numero non poteſt duos effectus inuicem contrarios producere.

23 Quando ex una perſona honorata legatum peruenit ad plures illi nō cenſentur habere partes omnino diſiunctas in ipſo legato, quin imo cum unius perſonæ uice fungātur, nō cenſentur partes diuiſæ.

24 In fideicommiſſis uniuerſalibus, etiam conditionaliter relictis pluribus, locus eſt inter eos iuri accreſcendi ſecundum ſubſequentem modificationem.

25 Reijcitur ratio uulgaris, quæ ſolet ſignari ad regulam, q, in hæreditatibus, etiam inter omnino diſiunctos eſt locus iuri accreſcendi uidelicet, ne deueniatur ad inconueniens l. Ius noſtrum. Subijciturq; noua ad eandem rem ac ſubtilis ratio ſ. indiuiſibilitatis.

26 Quærere rationem ubi ſenſus adeſt, nihil aliud eſt, q̃ intellectus quædam infirmitas illius habetudo cō. ſa & obtuſa.

27 Scire, & ſcire debere, parificantur.

28 Voluntas teſtatoris in dubio cenſeri debet conformis legis uel ſtatuti uoluntati diſpoſitiuæ.

29 Declaratio reſtrictiua, cum apta, tum noua ad §. Hæc uerba l. Qui liberū, ſupra de Vulg. & pupi. ut p illa uerba, Quiſq; n ibi hæres erit, &c comprehēdatur hæres mediatus uel remotus teſtatoris ſubſtituentis ſi de ipſius uolūtate etiā implicita ac coniectura id liqueat.

30 Ius accreſcendi eſt quædā impropria ſubſtitutio, ſicq; parificatio quæ de illo ad eam fieri eſt ſolita eſt quoad quid & abuſiue, ut alias dicitur, ſiue improprie uel reſpectiue & nō ultra.

31 Vt accreſcēdi ius locū habeat, nō ſemp neq; perpetuo generaliter requirit inter extrema copulæ interiectio quū ad id fortior ſit unitas rationis, uel ſermonis, q̃ copula, eaq; ratione tacita coniunctio per copulam implicitam ad id ſufficit.

32 Actuum pluralitas prout eſt perſonarū minimē præſumitur eſtq; regula pene infallibilis.

33 Verbū, uidetur, in lege, pariq; ratione in ſtatuto poſitum ſuapte natura deſignat ſeu importat regulariter fictionem.

34 Non eſt in mundo uerbum, adeo realis exiſtentiæ ſiue ſubſtantiſicum, ueritatiſq; expreſſiuum, prout uerbum, eſt.

35 Ius accreſcēdi & ius non decreſcendi habent uaria & quodammodo inuicem principia productiua repugnātia, quā de re iure noſtro ciuili nō eſt reperibile, q, eiuſdē legatarij reſpectu eadē portione deficiēte poſſint concurrere ut hic not. explicatur.

36 Tacita partium diſtributio nō impedit ius nō decreſcēdi uerū & propriū ſecundum cōmunem & ſecundū meā intelligentiā, neq; fictū & impropriū.

37 Reſolutio noui intellectus huius l. ſtat in hoc q, loquatur ſaltem permiſſiue in iure non deceſſionis, & in iure accreſcēdi ſimplici loquatur prohibitiuē, ſeu negatiue quod hic declaratur ſtatim.

38 Tenet ſequela de legitima patronorum ad legitimam filiorū tanquam de minori ad maius, uel a fortiori, ut pote his magis quam illis debita.

39 Inter l. abentia ſymbolum, id eſt ſimilitudinē, facilis eſt tranſitus de uno ad aliud, cuius oppoſitum eſt in diſſimilibus.

40 Inter ſuccedētes iure uniuerſali hæreditario etiā ſola legali coniunctione coniunctos, eſt locus iuri accreſcendi uniuerſali.

41 Ius diſponens aliquo caſu contra uoluntatem teſtatoris dicitur ius diſpenſatiuū ſicq; reſtringibile, ut pote odioſum & ſtricti iuris.

42 Leges prohibitiuæ indictionis uiduitatis cenſentur inductæ ob fauorem publicū, ſicq; extenſibiles etiam ſi ſint priuatis odioſæ quod etiam in ſtatutis locum habet.

43 Diſpenſatio a principe manans in fauorē patris,

*ut poſſit duobus filijs legare, nõ impedit ius accreſcendi inter eos ſi eiſdem per patrem fuerit factum legatum unusq; ipſorum partem ſuam abiecerit, uel aliter illa deficiat eo quod uoluntas teſtatoris eſt fauorabilis & amplianda*

44 *Quando uerba legis uel ſtatuti in ſenſu directo nihil operantur tunc neceſſario ſumitur ex eis argumentum a ſenſu oppoſito etiam ad iuris communis correctionem, ne uerba ſint ſuperuacua*

45 *De natura dictionis, quandiu, eſt eam eſſe ſuſpẽſiuam, ut eueniẽte caſu contrario illi caſui per eam qualificato, diſpoſitio per ipſam in tempus futurum ſuſpenſiue collata uel dilata, reſoluatur cum ceſſet ipſius duratio*

46 *In uſufructu duobus legatarijs relicto, etiã poſt acquiſitionem partis unius ex ipſis poſtea deficientis, eſt locus iuri accreſcendi.*

47 *Quis inducitur faciliter ad repudiandum, q; non poteſt quærere*

48 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur tantum præteritis*

49 *In coniunctione legali copulatis habet locum ius non decreſcendi*

50 *Paria ſunt portionẽ deficere ab initio, uel ualere & reſolui ex poſt facto ad hoc ut ius accreſcendi habeat locum*

51 *Ius accreſcendi habet locum in portione ſemel quæſita, & ex poſtfacto iure ſpeciali deficiente*

52 *Legatũ ſeruo cõmuni factũ, uidet factũ dominis.*

## Prælectio L Et Proculo

*Verba legis* ET Proculo placebat, & à patre ſuo ſic accepi, Quod ſeruo cõmuni legatũ ſit, ſi alter dominorum omitteret, alteri nõ adcreſcere Non enim coniunctim, ſed partes uideri legatas nam ſi ambo vendicarent, eam quęq; legati partem habiturũ, quã in ſeruo haberẽt.

PROCEDAM in huius l lectura per modum relectionis ſcholaſticæ quia eã aliàs relegi, dum primò interpretarer iſtum titulum ordinariè & ideo placuit mihi illam relegere quia in toto iſto titulo non eſt lex in ſuo puncto notabilior, & magis deſerui per Docto hic & alibi, quàm ſit iſta In cuius relectione congerenda ſitis inſudaui, quia materia eſt anguſtiſſima & non dilatabilis, vt pote arida & peregrina, & non patitur diggreſſiones ſed intra cancellos proprios ſe continet Ideo condonandum mihi erit per lectorem candidum, ſi in ipſius proceſſu potiſsimũ ſtuduero ſpeculationi, & ad res aſsiduas in praxi non ſæpe diuertero cũ ſermones (vt inquit Philoſophus) debeant eſſe iuxta materiam ſubiectã cuius meminit Bald in repe l In ſuis, in fi de Libe & poſthu Nihilo min⁹ tamen ſubtilitates ſemper ſunt valde vtiles ſaltem in acumine intellectus, vt inqt Bal in l Vna, in prin C Si ſeruus extero vbi ſuadet, materias ſubtiles (etiã ſi prima inſpectione videantur ſteriles) non eſſe ſpernẽdas præſertim quia in huius l proſecutione incident nonnulla minimè cõtemnenda, & inutilia

Lex iſta licèt per Docto non diuidatur, poteſt tamen, attenta eorũ intelligentia diuidi in duas partes In quarũ prima ponit quoddã dictum, ex quo reſultat thema ſeu quæſtio, eiuſdem ſolutio In ſecunda ponitur ratio ſolutionis vel deciſionis ſecunda ibi, [*Non enim*] Figuratur ſpecies ſeu caſus literalis (quam vocant) ſic

Cuidam ſeruo communi fuit res legata, vnus dominorum ſpreuit partem legati dominicam id eſt pertinẽtem Quærebatur apud Celſum Iureconſultum iſtius l autorem, an talis pars omiſſa alteri domino accreſceret Iuriſconſultus reſpõdet quod nõ Subdit rationem reſponſionis in ſecunda parte quia non coniunctim, ſed partes videntur eſſe legata, &c *Caſus*

Sumarium

ET ſecundum hanc exempli literalis figuram lex iſta hoc ſummatim dicit In legato proprietatis cõiunctio legalis non inducit ius accreſcendi H D ſecundum Barto Ioan de Imol Pau de Caſt Albe & Ange de Perig hîc Et ad hoc eſt ſingul ſecundum Ange de Per in l Teſtamẽto,C de Impube & alijs ſubſtitu Et hic eſt cõmunis omniũ intellect', nemine ſcribentium(quem viderim)reluctante Secundum quem cõmunem intellectum,videtur hic caſus expreſſus cõtra noſtram primam concluſionem quæ ponitur ̃ in vltima pagina vnà cum corollarijs & illationibus ex ea deſcendentibus Et quia in ſumma continet hæc l quod prædixi,& ſic principaliter loquitur de coniunctione legali breuiter lectorem meminiſſe oportet,quòd legalis cõiunctio eſt ea, quam Barto declarat, & exemplificat in l Re coniuncti,ſ quæſtio principali,nu 59 ̃ titu 1 quem vide Et quia ratio huius tex poſita in verſic [*Non enim coniunctum*] eſt obſcura, & per eam nõ facilè aſſequimur legis intelligentiam ideo rationem huius rationis ſubijcit Bal hîc,quę eſt †Quia

1 coniuncti coniunctione legali non ſunt coniuncti ex iudicio & diſpoſitione teſtatoris ſed tantùm ex accidẽti,ob mediam ſerui perſonam per quã coniunguntur Et quanuis ipſe non alleget tamen pro hac ratione adduci poteſt tex optim' in ſimili,in l Qui liberis,§ Hæc verba,ſ de Vulga & pupi ita cum inducendo nam ibi ſubſtitutio facta per hæc verba Quiſquis mihi erit,&c non verificatur in eo qui eſt hæres per filium, vel per ſeruũ neque in hærede hæredis, ex eo q immediatè ex iudicio teſtatoris non veniunt Modò ſic adapto Sicut mediatus ſeu remotus hæres non admittitur ad ſubſtitutionem ita etiam nec mediatus vel remotus, & (vt ſic dicam) incidens legatarius, qui eſt alter ex dominis ſerui, admitti debet ad ius accreſcẽdi quod eſt quaſi quædam ſubſtitutio, vt in l Si Titio & Meuio,§ Iulianus, vbi notat Imol ̃ eo Ad quod etiam eſt bonus text in l Sed etſi plures,in princi eo. titu ſ de Vulga & pupi vbi ſi pater cum filio impubere plures hæredes inſtituat,& eoſdẽ per illa verba, Quiſquis mihi hæres erit, pupillariter filio ſubſtituat, quibuſdã ex eis defunctis, hæredes eorũ non admittentur ad ſubſtitutionem pupillarem per medias perſonas prædefunctorum, vnà cũ hæredibus ſuperſtitibus Ita à ſimili (vt modò induxi) neque mediatus, vel remotus legatarius, qui eſt alter ex dominis ſerui, admittendus eſt ad ius accreſcendi Quæ ſimilitudo de hærede ad legatariũ probatur ex l Id tempus,§ primo,ff de Vſucapio Conſequentia autem & ſimilitudo de ſubſtitutione ad ius accreſcendi luculentiùs apparebit ſtatim.

2 Ad illud autẽ ſuppoſitũ videlicet,† quòd per ſubſtitutionem his verbi[...]ctam Quiſquis mihi hæres erit,&c non admittatur hæres remotus ſeu mediatus Ratio ſubtilis ac ſolida eſt, quia hæres hæredis eſt perſona incerta Text eſt mihi ſingul & fortè vnicus in l Sciendum, poſt princip ̃ de Verbo ſignifi verſicul Signi de qua perſona incerta nõ eſt veriſimile teſtatorem cogitaſſe quum inſtitutiones & legata cenſeantur relinqui ob affectionem & benemerita, vt in l Nec adiecit,cũ ſequenti ff Pro ſocio Et hoc modo declaratur text in dicto § Hæc verba,ad fin dum dicit [*Quia non ex iudicio veniunt*] Non enim poteſt conſiderari iudiciũ,neq, voluntas,neque affe-

ctio

ctio diſponentis erga perſonam incognitam vel incertam, omnimoda inquam incertitudine, prout eſt incertitudo reſpectu hæredis remoti Sic in propoſito dicendũ cum ius accreſcendi, licèt proueniat ex iuris diſpoſitione, vt eſt glo ordin in l Apud Iulianũ, § 1 ff ad Trebe in glo fin ad fin & probatur ex tex in l Si in teſtamento, in fin ff de Vulga & pupi vbi notat Alex Prouenit tamen concurrente defuncti voluntate, vt ibi Alexan dicit Quum (vt dixi) per § Iulianus, prædictæ l Si Titio, cẽleatur quædam tacita & impropria ſubſtitutio. Ergo non videtur teſtator cogitaſſe de perſona incerta quã poſtea, id eſt vacãte portione altera vellet admitti per ius accreſcendi ſub legalis coniunctionis prætextu ſeu colore

Secundã rationem ſeu rationis rationẽ aſsignat idem Bal in l Vna, nu 20 C Quãdo nõ petẽ partes in verſi. Sextæ quæſtioni videlicet, quia non ſolũ ius accreſcendi de quo eſt dictũ ſed etiam ius cõiunctionis, à quo ius accreſcendi in legatis, velut potiſsima cauſa deſcendit, habet inſtar ſubſtitutionis, vt probatur etiã ex eodẽ § Iul ſed in vna eademq; perſo[illegible]nõ cadit ſubſtitutio, neq; copula ſeu cõiunctio quia omnis copula requirit duo extrema, prout requirit ſubſtitutio, vt in d l Sed ſi plures, § fin & in l ſi § Titius, eo titu de Vulgari & pupi notat Bart in l 1 col 3 eiuſdem titul Et ſic non poteſt vocari coniunctio niſi iungat plura ſignificata, vt notant Cy Bal & Sali in Authen Iiſdem pœnis. C de Secund nupt per l. 2 C Per quas perſo nobis acqui Et in materia iuris accreſcendi illa eſt propria copula, quæ iungit plures perſonas vni verbo Et dicitur copula à cõiunctione Verbalis autem dicitur à verbo principali igitur hoc caſu non poteſt habere locum ius accreſcendi Hæc Bald vbi ſ.

Tertiam rationem aſsignat glo & ibi Doctor in l Qui hæredi, § Si duorum, ff de Condi & demonſtra vbi dicunt, rationem iſtius l eſſe, † Quoniã ſeruus cõmunis cenſetur obtinere vicem vtriuſque domini, vt in l 1 § Cõmunis ſeruus, ff de Stipula ſeruo ergo habetur, ac ſi ambobus dominis ſeparatim per partes legatum fuiſſet factum Et hoc eſt quod inquit iſta litera in ratione per eam reddita ibi [*Non enim coniunctim, ſed partes uideri legatas*] Vnde iſti domini non videntur vllo modo dici poſſe coniuncti Sicque inter eos non poteſt eſſe locus iuri accreſcendi, quod ceſſat, coniunctione ceſſante l Triplici, ff de Verbo ſigna l Coniunctim, & l Re coniuncti, ff titu 1 & l Meuio, in prin ff hoc eodem titu & in d § His ita Et hãc rationem ſemel & iterum ponit in pręſentiarũ Raph Cu primo in textualibus, & iterũ in notabilibus, dicens rationem huius deciſionis eſſe † quia ſeruus communis repręſentat pſonas ſeparatas duorum dominorum & conſequenter id quod tali ſeruo relinquitur, videt relictum dominis, ſeparatim inquam vnicuique ipſorum, non verò cõiunctim omnibus Et ſic perinde eſt ac ſi ſpecialiter & ſeparatim vnicuiq; dominorum pro ſua parte dominica legatum per partes diſcretas relinqueretur, per dictum § Communis ſeruus, iam allegatũ Quod etiam euincitur ex hac litera ad ſi dum in ea dicitur, quòd ſi vnuſquiſque dominorum vendicaret, non poſſet id facere niſi pro parte ſua dominica Quaſi velit dicere ſecundum expoſitionem Raphi quòd iſtud innuit ſeparationem, & non coniunctionem cùm de natura coniunctionis ſit, q vnuſquiſq; coniunctorum æqualiter

Ratio ad hunc tex

3

4

ſed

ſeu Viriliter admittatur non autem quotitatiuè, id eſt pro portione dominica quandoquidem portiones dominicæ poſſent eſſe inæquales, vt in d l Vna, § Vbi autem, C. de Cadu tollen iuncta l. 1. cum alijs multis ff de Stipu ſeruo Et quamuis in dicto § Si duorum, l Qui hæredi, non dicatur (prout Docto referunt) quòd ſeruus communis ſuſtinet, ſeu repręſentat vicem amborum dominorum ſed tex dicit ſimpliciter duorum, nō loquendo repręſentatiuè & ſic cautè dicit ibi glo duorum licèt Soci i nota referat eam dicere dominorū, ſed non dicit, ſed duorum tantùm Nihilo minus tamen vtrunque dicere tendit in idem quia tot perſonas ſeruorum talis communis ſeruus repręſentat, quot ſunt domini & conſequenter ita & eodem modo domini cenſentur per plures, ſicut per vnum repręſentari vt etiam dicetur in quinta ratione deciſiua.

Ratio ad iſtam intell. Io. Fab. Quartam principalem rationem ad l iſtam ſecundum hunc intellect reperio aſsignatam per fundamentalem Doctorem Ioan Fab in § Si eadem res, Inſti. de Lega vbi dicit, quòd iſta non eſt dicenda coniunctio Nā cùm teſtator ſciret ſeruum legatum eſſe cōmunem, & ſciret vel ſcire deberet (quæ paria ſunt l Quod te, ff Si cert peta.) quòd vnicuique dominorum ſua pars eſſet acquirenda ſecundum quotitatem portionis dominicæ ad eum expectantis, non præſumitur voluiſſe eos coniungere, vt in d. l. fi § 1 ſ. de Vulga & pupi ſubſti Neque ſubeſt aliqua ratio, cur debeat
5 præſumi † Sed quando duos legatarios vel plures coniungit verbo, præſumitur eos re, & effectu voluiſſe cōiungere & eorum alterum totum conſequi, vbi alter partem ſuam non conſequeretur Vnde quaſi in vnum corpus eos videtur redegiſſe, vt inquit alias text in dict. l Vna, §. His ita, verſicu [*Si autem ex his*] Ex hac ratione Ioan Fabri apparet eſſe verum quod Alber hic dicit videlicet, quòd ſi legatum eſſet factum communi ſeruo plurium dominorū mentione ipſorum facta copulatiuè, putà lego Sticho ſeruo Titij & Sempronij, ex quo ipſorum contemplatione immediata videtur factum legatum, vt in l Cùm aliquis, C. de Iure delibe. & ipſi fuerunt vocati copulatiuè nominatim, ſat ſuperque patet, de intētione teſtatoris fuiſſe, quòd eos voluerit coniungere & inter eos inducere ius accreſcendi Iſta ergo l. Et Proculo, loquitur quando legatum fuiſſet factum ſimpliciter communi ſeruo vt verba literæ ipſius ſ recitata id enuntiant nuncupatim & eſt de communi intentione ſcribentium — No declaratio Albe ad hanc l. per modum reſtrictionis

Quintam rationem ponit Cy in d l 1 § Communis ſeruus, ff de Stipul ſeruo quæ eſt velut quædam declaratio ſuppletiua tertiæ rationis ſ aſsignatæ
6 † Videlicet, quia ſeruus plurium dominorū repręſentat (vt dixi) perſonas plurium ſeruorum per illū tex poſt princi dum dicit, [*Communis ſeruus duorum ſeruorum perſonā ſuſtinet*] Quē text (vt dixi) allegauit gloſſ in d § Si duorum, & ſic repręſentat eos iuris intellectu pro diuiſo, vt in l Seruus cōmunis ſic eodem tit de Stipul ſeruorum ibi, [*Vt intellectu magis partes habeant quam corpore*] Affert Cy & Docto. eum ſequentes metaphoram de lapide & arbore, poſitis in confinio duorum fundorum quia dicūtur communes pro diuiſo pro regione cuiuſque fundi, habita ratione vel relatione ad dominos prope poſsidentes prædia, vt in l Arbor, in princi ff Communi diui & in l Pro regione, ff de Acquirend. rerum domi. — Alia ratio Cy ad hunc tex.

Quam

Quam ſimilitudinem ſimpliciter referunt, & ſequuntur Bald. & Ioan de Imol in l Si duobus ſ. iſto titu. & idem Imol hîc.

Sed contra hoc facit ſecundũ Ange de Peru. in l Seruus cõmunis, § Interdum, eo. titu. de Stipu ſeruo incõuenien ſibi traditũ per eum qđ quidem (etſi non ſtringat) tamen ipſe Angel vice fundamenti illo fretus aſſignat aliam rationem videlicet, quia oẽs ll dicentes habere locũ ius accreſcẽdi inter cõiunctos, loquũtur de vera cõiunctione plurĩũ, qui vocantur ad legatũ ab ipſo principio & nõ virtute cõſequentiæ iuridicæ, & ſic neceſſariæ prout eſt in hoc caſu, quãdo de vno deuenit in plures, vt in d § His ita. In ſeruo autẽ qui eſt vnus nõ poteſt reperiri, neq; datur vera cõiunctio ſed imaginaria, & ficta, vel cõſequutiua, ſeu ſecũdaria ex eo, quia repræſentat perſonas plurĩũ & ideo nõ habet locũ ius accreſcendi. Sed cõtra hęc. 2. has rationes Cy & Ang ſ. relatas, Io de Imo ibi dicit, q; vtraq; ratio & Cy & Ange. videtur cõfundi ea ratione quia etiam vbi à principio diſpoſitio nõ valeret pro parte ſcđm prædictas rationes, nõ deberet habere locũ ius accreſcendi & tñ cõtrariũ eſt, vt in eo § Cõis ſeruus. Quapropter ipſe Imo reſpõdendo ad prædictũ inconueniens ſimul & ratiocinãdo per modũ concordiæ, dicit q; ratio eſt quæ colligitur ex eodẽ § Cõis ſeruus, iuncta l Itẽ ſi ſeruus, § Sed ſi ſtipulat', eo titu ſ quia ſeruus cõis habet' pro proprio vnius ex dñis, vt quærat illi totũ, qñ id de quo acquirendo tractatur, à principio non poteſt quæri alteri domino ſec' qñ poteſt à principio quęri licèt ex poſtfacto pars deficiat. Et iſtius vltimi membri ratio erit illa, quæ ponitur (vt dixi) per text. in d §. Communis ſeruus, iuncta declaratione Cy de qua ſ. Et hęc eſt ſeptima ratio, vel potius declaratio præcedentis rationis. Et ex hac ratione, iuncto dicto § Communis ſeruus, infertur quòd ſi in caſu iſtius l Et proculo, ſeruus communis à principio non potuiſſet partem legati vni dominorũ acquirere, vt quia vnus eorum non potuiſſet ex teſtamento partem legati capere propter incapacitatem, totum legatum alteri acquireretur. Quæ eſt notabilis declaratio ad hãc l quia eo caſu repudiatio ſuæ partis, quæ eſſet facta per incapacem, eſſet repudiatio de facto ex quo etiam ſi voluiſſet, non poſſet acquirere. Non enim dicitur nolle, qui non poteſt velle l Nolle, ſuprà de Acquiren hære l Ab adminiſtratione, C de Lega vbi Bald notat, & alij poſt eum.

Ex quo intellectu communi (vt ad ipſum redeam) intulit not. Barto eum ſequutus in l. Re coniuncti, nu-
7 me 60 infrà. tit 1 ſuprà alleg. † quòd cùm plures hæredes vnius legatarij dicantur coniuncti inter ſe legali coniunctione ideo quia ex perſona vnius, id eſt legatarij principalis ex legis diſpoſitione per tranſmiſſionem ipſius legati peruenit legatum ad plures eiuſdem legatarij hæredes, prout ibidem Barto declarat, quòd lex Legatarius (vbi Barto etiam ad id eam notat, ſuprà titu. primo) diſponens, quòd vnus ex hæredibus legatarij poteſt partem ſuam repudiare, &c. intelligenda ſit, quòd pars repudiata non accreſcat alteri cohæredi acceptanti partem ſuam legati ad omnes hæredes ipſius tranſmiſsi. Et pro hoc, rectè intuendo, eſt tex. in ea l Legatarius, cuius verba ſunt, [*Legatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare legatum non poteſt hæredes autem eius poſſunt, ut alter eorũ ſuam partem acquirat, alter repudiet*.] Ex quo cũ vult tex q; vn' ex here-

Alia rõ Ange de Peru.

Ratio Ioã de Imo 7

Alia notanda declaratio huius l

Nolle dici nequit qui velle nõ poteſt

Redit ad intellect communem.

dibus legatarij ſuam partem acquirat, innuit apertè, ꝙ pars repudiata ꝑ alterũ illi acceptanti non accreſcat ſed debeat eſſe contentus ſua parte & pars repudiata redeat ad hæredẽ Et ita etiã non habita mentione Bar tenet Bald in eadem l Legatarius, & ibidem Ioan de Imol Pau & Alexan referentes Bart vbi ſ Et ex hoc iſti omnes Doct ſubinferunt, quòd ſi ſunt duo hæredes vnius emphyteotæ, & vnus delinquat, taliter quòd propter delictum perdat emphyteoſim, vel renuntiet eidem ꝓ ſua parte propter tale delictum vel renũtiationem vnius, ſua portio non accreſcit cohæredi ſed redit ad dominum directum Quod reputant ipſi valde no & ſing licèt ille text non bene ad id inducatur, ſecundum Iaſ ibi Ad hoc etiam facit, quod Bart notat in l Fraudati, ff de Publica & vectiga ad fin vbi tenet quòd ſi duo accipiant rem in emphyteoſim, & promittãt vectigal vel canonem ſimpliciter, & ſic quilibet in dubio teneatur pro parte, vt in l. Reos, § Cùm in tabulis, ff de Duob reis, vno eorum ceſſante, eius portio regrederetur ad dominũ nõ autem iret ad alium emphyteotam

Nota ad hęredes emphyteotæ

Poteſt etiam inferri tertiò ex hac intelligentia cõmuni vltra Docto ꝙ ſi in caſu l Si qs Titio, § fi ſ eo ꝓpter non electionem hæredis legatũ deuolueretur ad omnes legatarios, vt ibi & vnus eorũ repudiaret non accreſceret alijs pars repudiata ſed rediret ad hæredem Quod eſt nouũ notabile, & verum ad illum text quia ibi fuerunt omnes legatarij vocati per legem ob negligentiam vel contumaciam hæredis non eligentis vnũ ex eis, prout teſtator voluit, quòd eligeret & ſic ſunt coniuncti ſola cõiunctione legali in proprietate & ſuccedit regula huius l ſecundum prædictam communem intelligentiam

Ad l Si qs Titio § fin declaratio vltra Doct neque inelegans neq ſpernenda

Hinc & quartò ex diuerſo ſequitur, quòd aliud eſſet in vſufructu legato in caſu illius tex ſi ſecundum terminos ipſius vſuſfructus legaretur, per regulam dictæ l 1 § 1 ff de Vſufruct. accreſ in glo allega videlicet, quòd haberet locum ius accreſcendi inter collegatarios vſusfructus, vno eorum omittente poſtquam hæres qui vni incerto de certis iuſſus dare vſumfructum non conſtituerit, cui daret & ſic vſusfructus eſſet ad omnes deuolutus, vt ibi quoniam in vſufructu accreſcendo non requiritur aliqua cõiunctio, vt in dicto § 1 Idem & quintò inferri poſſet ad l Cum quidam ſecunda, in verſic [*Idem ait*] ſ iſto titu vbi ſimiliter hærede non eligente omnes ad fideicommiſſum admittuntur videlicet, quòd inter eiuſmodi legatarios, ad quos fideicõmiſſum ex hæredis negligentia eſſet deuolutũ, non eſſet in proprietate locus iuri accreſcẽdi in parte defecti cũ ſint coniuncti legali coniunctione, vt pote per legem vocati in negligentiam hæredis non eligentis Secùs in vſufructu, vt modò dixi Poteſt etiã inferri ſextò, ad id qđ no tenet Bald & ibi Pau de Caſt in l Duobus cõiunctim, ſ tit 1 vbi dicũt, ꝙ ſi filia cõtenta dote renũtiauit legitimæ, facit partem fratribus, vt eis portio repudiata non accreſcat Nã vltra rationem, quam Docto ponunt ad illã deciſionem, ratio eſt quia inter oẽs fratres eſt coniunctio legalis in legitima, vt eſt prædictũ Sed contrariũ in hoc articulo, reſpondens nuncupatim huic legi, tenet idem Bal in Auth Nouiſsima, 7 quæſt nu 9 C de Inoffic teſta vbi videndum eſt, vt pote importans & vide ibi alios ſcribentes poſt eum ſignanter Iaſ in lectura, & Fabianum Ziochi in repeti

Ad eundem tex alia declaratio que ad vſumfructum legatum

Quinta illatio declaratoria ad l Cum quidã ſecunda verſ Idem ait, in fra iſto titu.

Sexta, ad deciſione Bal. & Paul de Caſt

Bal in eadẽ re ſibi contrarius

Hæ

Obiectiões contra communem.

Hæ ſunt rationes, quas à maioribus noſtris in præſidium iſtius cõmunis intellectus ad hanc l cõperio varijs in locis diſperſas. Cõtra quem tamen communem intellectum, qui habet quòd inter coniunctos legaliter non eſt locus iuri accreſcendi, eſt in primis fortiſſimus tex. in l. 1. § Interdũ, ff. de Vſufru. accreſcen. vbi dicitur quòd ſi communi ſeruo vſusfructus ſit relictus, altero dominorum repudiante, vel amittente vſumfructũ pro ipſius parte, totus vſusfructus ad alterum dominum pertinere debet: & ſic videtur ibi caſus in oppoſitum, quòd inter dominos eiuſdem ſerui legatarij eſt locus iuri accreſcendi etiam ſi inter eos ſit ſola coniunctio legalis. Nec ſatisfacit ſolutio glo. Bar. & Doctorũ hîc, & eiuſdem Bar. in d. l. Re coniuncti, reſpõdentiũ quòd ibi loquitur in vſufructu, hîc verò in ꝓprietate, his freti rationibus ſcilicet, quia ſicut faciliùs vſusfructus accreſcit ita & faciliùs ius coniunctionis recipit quæ coniunctio eſt cauſa ob quam accreſcit. Item, quia ipſius ſerui perſona inſpicitur, vt vbi dicunt patere in tex. Sed hoc non procedit, cùm inter vſumfructum & proprietatem iſto caſu nulla poſsit vrgens ratio differentiæ aſsignari. Nã quod tex. in § ſi eiuſdem l. 1. dicit, poſt acquiſitionem in vſufructu habere locum ius accreſcendi, nihil infert, vt perinde dicendum ſit, ꝙ inter duos ſocios eiuſdem ſerui dominos in ſolo vſufructu, communi ſeruo legato, ius accreſcendi locum habeat, & nõ in proprietate, ſi legata eſſet: cùm in hoc caſu, ſcilicet in legato proprietatis agatur de portione acquirenda non autem de acquiſita: & ſic ſolutio gloſſarum & Doctorum non eſt idonea. Prætera ratio illa, quam ipſi dicunt ponere tex. ibi, quòd inſpici-

Explóditur diſsidiũ, qđ Bart. & Doctores faciunt inter legatũ proprietatis & vſusfructus

tur perſona ſerui, potiùs facit, quòd etiam in proprietate inter eiuſmodi coniunctos legali coniunctione locum habeat ius accreſcendi. Nam ibi ponitur ad illum finem, vt habeat locũ ius acreſcendi in vſufructu non autem eſt ſpecialis quoad ipſum vſumfructum. Imò rectè inſpecta, eſt generalis etiam quoad proprietatẽ. Et ſic illarum rationem gloſſ. & Doctorum neutra eſt efficax & remanet difficultas inſoluta & conſequenter adhuc vrget contra communem.

Secundò principaliter contra eundem communem intellectum facit tex. in l. Si ſeruus communis ab extero, ꝟ de Acquiren. hære. vbi ſi ſeruus communis ab extraneo ſit hæres inſtitutus, & vnius ex dominis iuſſu adierit, cæteris nolentibus iubere, tacito iure partes domino qui iuſsit accreſcunt ſicque patet ibi, quòd inter duos ſocios in ſeruo eorum communi partes dominicas habentes & ſic ſola legali coniunctione copulatos, eſt locus iuri accreſcendi, etiam in proprietate. Neque ſatisfacit reſponſio glo. Bar. & Docto. dicentium vbique, quòd ibi loquitur in hæreditate, hîc in legato. Rationem adnectunt regulæ vulgaris, ne teſtator decedat pro parte rerum teſtatus, pro parte inteſtatus contra l. Ius noſtrum, cum ſimil. ff. de Regu. iuris. Nam huic cõmuni reſponſioni poteſt replicari ꝙ licèt alias ſit differẽtia, quoad qualitatem iuris accreſcendi, inter portionem hæreditatis & portionem legati deficientis: quia prima deficiẽs accreſcit inuito cohæredi: ſecunda autem minimè, ſed tantùm volenti, vt in d. l. Vna, § His ita, & not. gloſſ. & Docto. in l. Vna, in gl. fi. C. Quãdo nõ peten. par. & Bart. & Docto. in l. Neminem, ꝟ iſto titu. Tamen quoad ipſam

Reijcitur cõmunis reſponſio ad l. Si ſeruus cõmunis ab extero.

ſam accreſcẽtiam, id eſt ipſum accreſcendi ius quoad ſubſtãtiam nulla reperitur differentia inter ſucceſſionẽ vniuerſalem, id eſt in hæreditate relicta communi ſeruo duorum & particularem, id eſt, in legato proprietatis relicto ſeruo, etiam communi pluriũ dominorum neq; illa lex aut alia eam facit & conſequenter remanet firmũ contrarium ſeu fundamentum, quod ex l illa ſ deduxi ſcilicet, quòd coniunctio legalis eſt potẽs ad inductionem iuris accreſcendi, etiam in proprietate, non attenta ſubſtãtia ipſius diſpoſitiõis, videlicet an ſit legatum,

Attend

8 an verò hæreditas † Neque enim prędicta ratio ibi poſita per gloſ de l Ius noſtrum, præallegata eſt ſola & finalis, vt patebit ex eo quod inferiùs tangam poſt 14 medium ſeu fundamẽtum contra communem iſtius legis intellectum

Hocque comprobatur, quia legatarius in re legata cenſetur hæres l Id tempus, § 1 ff de Vſucap Cuius verba ſunt, [*In re legata legatarius quaſi quodammodo hæres eſt* ] Ad idem l In coniunctionibus, aliâs, In conuentionalibus, ff de Verb ſigni & l Si rem legatam, ff. de Excep & in l Pomponius, § Sed & legatario, ff de Acquir poſſeſ & l Mulier, § fi ſ de Cond inſti Quemadmodũ ergo inter coniunctos legali coniũctione in hæreditate ius accreſcendi locum habet ſic etiam debeat habere locum in legato proprietatis

Tertiò contra communem adduco text in l Si duobus ſeruis meis, ad fin ſ iſto titu vbi expreſsim dicitur, q; ſi meo & alterius ſeruo, & ſic communi, ſit factum legatum, & alter dominus repudiet ſuam partem totum legatum pertinet ad me alterum dominum & ſic eſt ibi fortis caſus in oppoſitum, decidens quòd ius accreſcendi in legato proprietatis procedit à coniunctione legali inter duos dominos ſubſiſtente Neque valet ſolutio gloſ & Docto dicentium, quòd ibi fuit relictum legatũ duobus ſeruis vnius vel diuerſorum dominorum hoc nempe ex illa l colligi nequit imò expreſsè vult ibi tex contrarium Nam inquit illa litera, [*Perinde ac ſi meo & alterius ſeruo eſſet legatum,*] ergo ad verbum probatur

Eliminatur ſolutio gloſ & Do ad L Si duobus ſeruis

9 ibi, quod prædixi † Quia ex quo ſubſtantiuum & adiectiuum ſtant ſub vna oratione, vel vno orationis cõſtructu, vnum regit & determinat aliud, vt l Ea tamen adiectio, in fin ſ titu 1 & ita in alio propoſito declarat Bald in dict l Vna, in dict verſ Sextæ quæſtioni, C Quando non peten partes Et in alio propoſito etiam hãc doctrinam ponit notab Barto in l Prætor, § Eritq; differẽtia, poſt prin ff Vi bono rap quæ in varijs locis & extraordinarijs ſolet commendari per ſcribentes Et per conſequẽs tex ille loquitur in vno ſeruo communi duorum dominorum voluitq; facere æquiparationem de caſu in quo duobus ſeruis vnius legatum eſſet relictum, ad caſum in quo vni ſeruo duorũ eſſet relictũ Nam dicere (prout Doctores dicunt) quòd ille tex in prædictis illis vltimis verbis, [*perinde ac ſi meo & alterius ſeruo eſſet legatum* ] loquatur de legato facto duobus ſeruis duorum dominorum, eſt, potiùs augere difficultatẽ, & ſibimet aduerſari circa tertiam & quintam rationes ſuprà relatas quas ad hanc legem ipſimet aſſignant quàm ſoluere. Si enim ratio ſecundũ eos eſt, vel qa legando ſeruo cõmuni duorũ dñorũ, videtur duobus ſeruis eorundem ſeparatim legari vel quia ſimiliter videãtur iiſdem dominis ſeparatim pro cuiuſq; portione dominica relictum ergo ſi duobus ſeruis duorum dominorum relinquitur, eadem ratio ſeparationis præſumptiua reſultat Et in ve-

ro tex ille efficaciter ſtringit pro hac
parte cõtra cõem allegationem, quæ
fit de hac l ſecundũ quã (vt dixi) cõi-
ter ſummatᷣ,ꝙ in legato ꝓprietatis ſo
li legalis coniũctio non eſt potens ad
inducendũ ius accreſcendi Ibi enim
ad finem efficaciter ꝓbatᷣ oppoſitũ,
vt eſt dictum & inductum ſ

Quartò aduerſatur cõi intelligen-
tiæ tex in l Verũ,§ Si ſeruo cõi, ff Pro
ſocio Vbi ſi vnus ex duobus dñis ſer-
uum cõem habentibus eidem ſeruo
ſine libertate legatũ relinquat,ad ſolũ
ſocium,& non ad hæredes ſocij relin
quentis totũ legatũ pertinet Reddit
rationem litera, quare non cõicetur
videlicet,quia iſtud non ꝓpter ſocie-
tatem,ſed ꝓpter ſuã partem acquiſiuit
10 Modò induco ſic † Ius accreſcendi ꝓ
cedit vel ex impedita acquiſitione ip
ſo iure ab initio,vel ex reſoluta ipſo iu
re ex pòſt facto Hanc maximã ponũt
in materia iuris accreſcendi Bar Ang
Pau de Caſt & alij Doct in l Qui pri,
ſ de Acquir hęre & in l ſi minor,eod
tit vbi hoc tenet in ſpecie Pau de Ca
in declaratione illius tex Et not Bar
Pau de Caſt & Moder per tex cũ gl
in l Si duo prõni,in prin ff de Iureiu
& in l Huiuſmodi, § Si Titio 1 ſ tit
1 Bal i l Vna,nu 20 cũ ſequẽ C Qñ
nõ petẽ par Sed in præallegato § Si
ſeruo cõi,portio legati reſpectu legã
tis eiuſdẽq; dñi ꝓ parte fuit impedita
quoad acquiſitionẽ ab ipſo initio qa
fuit effecta ꝓ non ſcripta,vt in l Pro-
prias res,C de Leg Cũ itaq; tex fatea
tur,ꝙ alter dñs ſerui ꝓpter ſuã partẽ
acquiſiuit portionẽ defectã,quæ por
tio(vt eſt dictũ) ĩ principio ipſo iure
defecerat ergo inter ipſos conſocios
ſerui,etiã legali coniũctione copula
tos,& etiã in ꝓprietate eſt locus iuri
accreſcendi & ſic contra cõem intel
lectũ Et illũ tex in d § Si ſeruo cõi,in
hunc ſenſum videtᷣ accipere Paul de
Caſt in l 1 C de Hęre inſt ad mediũ
11 Vbi per eũ dicit,† ꝙ id quod relinqui
tur ſeruo cõi pluriũ dñorũ,ſi vni non
poteſt per talẽ ſeruũ acquiri pro ſua
parte,acquiritᷣ alteri dño Ex quo in-
fert,vt ibi per eũ ad intellectũ l Si de-
portati ſeruo,ſ tit 1 Et re vera poteſt
ponderari tex in eo § Si ſeruo cõi, vt
12 loquatᷣ in iure accreſcẽdi, † in quan-
tũ dicit,[*Propter partẽ* ]cũ de natura iu-
ris accreſcendi ſit partem cõcernere
ideo cenſetᷣ & nuncupatᷣ ius reale l Si
totã,& l Toties,ſ de Acquir hære &
d l Qui patri,vbi Bar Ang & Docto
cõiter id not & eſt tex in l Si ex pluri
bus,ſ de Suis & legiti hære & in § fi,
Inſtitu ad Or fi

Quintò ad idẽ contra intellectũ
cõem facit tex not in l Siue libert⁹,
§ Ex duobus,ſ de Iure patro vbi ſi al-
ter patronus ex duobus ſit inſtitutus
à liberto ex min⁹ legitima portione,
& intentet bonorũ poſſeſſionẽ con-
tra tab portio alteri⁹ patroni nõ petẽ
tis accreſcit ſibi Sed notiſſimũ eſt, ꝙ
patroni ſunt coniũcti legali cõiũctio
ne,ex quo ipſis & ipſorũ cuilibet aſſi-
gnata eſt à lege ſua portio quota, lo-
co legitimę,vt in § Sed noſtra, Inſti
de Succeſ libert Apertè ergo ꝓbatur
ibi,ꝙ legalis coniunctio nõ impedit
in ꝓprietate ius accreſcẽdi quin imò
illud inducit Ad idẽ tex expreſſior ꝗ
ſit in iure in l Ex tribus,ſ de Bo liber
cuius verba ſunt,[*Ex tribus patronis uno
ceſſante bonorũ poſſeſſionẽ petere,duo æquas partes
habebunt* ]Ad idẽ tex optimus in l Cõi
liberto,eo tit Neq; huic obſtat text
not in d l Si duo patroni, in princ ff
de Iureiurã vbi ſi vnus patronorũ de
ferat iuramẽtũ liberto,q iuret, illum
nõ eſſe patronũ pars iuriſpatronatus
non acquiritᷣ alteri Nã reſpondetᷣ,vt
inquit ibi glo ordi ſing ac cõiter ap-
13 probata,† ꝙ pars ibi nõ defecerat ipſo
iure ſed ope exceptionis iuriſiuran-
di.

q̃di quo caſu ceſſat ius accreſcẽdi Qđ etiam tenet not Bar in ead l Re coniuncti, nu 65 & ſequunt Doct cõiter ſingulariżãtes glo. ill'ã ibi, & in l Vna, C Q ñ nõ peten par vbi Iaſ 3 col Sed ita eſt, ꝙ in iuribus ſ in hoc medio allegatis, portio deficit ipſo iure ideo ꝓcedit ius accreſcẽdi & ſic obiectio nõ obeſt. Meminiſſe autẽ oportebit doctrinã prædictæ glo l Si duo patroni, in prin non ꝓcedere in iure non decreſcendi, vt per M Soci conſi 11. vbi videndũ eſt, cùm expedierit

Sextò in cõtrariũ facit tex in § vlti. Inſti de Stipu ſeruo. vbi ſi cõis ſeruus duorũ vel plurium dñorũ ſtipuletur rem, quæ erat alterius domini totam illam rem acquirit alteri, vel alijs dñis.

14 Et ſic eſt ibi text mirabilis, † ꝙ etiam duobus impedientibus primũ, ꝙ ibi ſit ſola coniunctio legalis. ſecundũ, ꝙ ibi ſit contractus ſtricti iuris ſ ſtipulatio, ius accreſcendi habet locũ Et nulla eſt alia ratio illius tex niſi ꝙ portio vnius ex dñis à principio fuit pro non ſcripta ipſo iure ex quo rem ſuã non poteſt quis ſtipulari, vt in l Nemo rẽ ſuam, ff de Verb obli & in l Scire debemus, § Si à fure, eo tit facit tex in §. Sic itaq., Inſt de Actio & in l Proprias res, C de Lega Si eñ portione à principio exiſtente ꝓ non ſcripta in contractibus ſtricti iuris eſt locus iuri accreſcendi, vt ibi contra l Si mihi & Titio, ff de Verb obli à fortiori ergo idẽ dicendũ in vltimis voluntatib' in eodem caſu item & in alio, qñ ex poſtfacto acquiſitio portionis fuit reſoluta, putà per repudiationẽ alteri' ex dñis, vt in caſu hui' l Qui duo caſus in pręſenti materia iuris accreſcendi parificatur ex cõi & irretragabili Doctorũ ſententia & doctrina fundamentali quã ſ deduxi in 4 fundamento contra intelligentiã cõem huius l ad quã parificationem inter contractus & vltimas voluntates ſunt multa iura notiſſima inter quæ eſt l In minoris, C In quib cauſ in integ reſti non eſt neceſſa iuncta l Quicqd aſtringẽdæ, in prin ff de Verb obli & l Seruum filij, § Eum qui chyrographũ, ſ tit cum plenè traditis per Doct in l Quę de legato, eo tit vbi ponunt ſignanter per Iaſo plures conuenientiæ inter contract' & vltimas voluntates & vt plurimum ſunt fauorabiliores contractib' l In teſta ff de Reg iur. c Cùm dilecti, de Dona

Rẽ ad § ſi Inſt de Stipu ſer

Septimò contra prædictã communẽ intelligentiã affero tex not in l Vna, C Si impe. libe ſocius ſine hęre dece lib 10 vbi inter ſocios, quibus Imperator aliqd communiter donauerat, etiã poſt dñium vtriq, quæſitum vno decedente ſine liberis, eſt locus iuri accreſcendi quoad aliũ intelligẽdo ꝙ illi non erãt coniuncti re, neque verbis (vt quia in aduerſis priuilegijs, vel gratijs, vel in vna diuerſis tñ orõnibus eadẽ res ꝑ partes fuit duob' vel pluribus ꝑ principẽ donata ſeu gratioſè conceſſa) ſed ſola coniunctione legali vocati, hoc eſt ab Imperatore, q eſt lex aĩata in terris, vt in auth de Cõſuli § fi colla 4. & in l Ex imperfecto, ſ tit 1 de Lega. 3 & in l Digna vox, C de ll & in l Princeps, ff eo & in § fi Inſti Quib non eſt permi fa teſta aliâs Quib mod teſta infirmẽ & ſic ꝓbat

15 ibi apertè vnũ ſingulariſſimũ, † ꝙ inter coniunctos ſola legali cõiunctiõe etiã ex titulo donationis & etiã in ꝓprietate necnon poſt acquiſitũ ius vtriq, habet locum ius accreſcendi Et quidẽ ratio illi' l nulla alia videt' eſſe, niſi coniunctio legalis quę non horret partis acquiſitionẽ, vt ius accreſcẽdi ꝓcedat, ſed cõſiderat ſolã partis deficiẽtiã arg d l Si minor, ſ de Acquir hære Et ſic nulla eſt ibi ſpecialitas ꝓpter Principis munificẽtiã, vt dicunt

Bal & doct ſed meo videri parũ rectè
Neq; huic cõſiderationi obſtat tex
in c 1. de fratri de nouo bene inueſt
li feudo in prin vbi lr̃a loquens in be-
neficio dicit, q̃ ſi duo fratres de nouo
bñficio, hoc eſt non de paterno in ſi-
mul fuerint inueſtiti, vno eorũ abſ-
q; hęrede defuncto ad alterũ non per
tinet eiuſdẽ bñficij vł feudi portio ni-
ſi inueſtitura facta fuerit eo pacto, vt
ꝑtineat. Nã reſpõdetꝛ, q̃ ille tex loqui-
tur in bñficio feudali, in quo non ha-
bet locũ ius accreſcendi qñ feudum
fuit à principio diuiſum ipſo iure per
concedentẽ, eũdemq; inueſtientem
duos Quo caſu feudũ nõ reintegrat,
vt ad vnum ſolũ regrediatꝛ quia cen-
ſentꝛ eſſe plura feuda diſtincta, non v-
nũ Arg l. Rectè dicimus, ff de Verb.
ſig vt tenet Bal in auth Quas ruinas,
C de Sacroſan Eccle & in ſępe alleg.
l. Vna, col 13 C Qñ non peten par &
in c 1 § Decedenti, Qui feud da poſ
li feudo. & tradit Alex in l Si mihi &
Titio 4 col ff de Verb obl Fatetur tñ
Bal in ea l Vna, q̃ Si bñficium feudale
aſſumpſit formã & originẽ in vno ſo-
lo, vt quia à principio fuit conceſſum
vni, & poſtea deuenit in plures & v-
nus ex illis pluribus caſu mortalitatis
fuit è medio ſublat⁹, eo caſu accreſcit
alijs & non redit ad ꝓprietatẽ Quia
ſic à principio cõceſſum eſt, vt per v-
num poſſideretꝛ totũ feudum & feu-
dum magis concernit & ſapit ſtipitẽ
ſuum, quaſi formam ſuam naturalem
& originariam, q̃ reſpiciat dñm feudi
Vult ergo Bald apertè, q̃ in d c 1 non
ſit legalis coniũctio, ſed hoĩs quia co-
ceſſio feudi fuit facta duob⁹ ſimul, q̃-
quã effectu & re ipſa fuerit reſoluta in
diſiunctionẽ quia feudum fuit ipſo iu
re diuiſum & cenſetur multiplex, &
nõ vnũ, vt ſ eſt dictũ Et ita eſt verũ,
vt clarè patet ex conceſſione dñica, ꝑ
quam feudatarij verbaliter fuerũt cõ-
iuncti, vt in illius literæ principio ha-
betur & ſic non obſtat

Remouetur obex.

Octauò cõtra cõem & pro conclu
ſione noſtra affero tex in l 1 § Si ne-
mo, ver Itaq;, ff Ad Tertu vbi ſi fœmi
na duobus filijs hęredibus abinteſta-
to relictis decedat inteſtata, & alter ſi
horũ adierit, alter repudiauerit hære-
ditatẽ, portio repudiata accreſcit ei, q̃
partem ſuã agnouit Et ſic patet, q̃ in-
ter cõiunctos legali cõiunctione, ꝑut
ſunt venientes abinteſtato, vt ex to-
to tit C & ff de Legi hære apertè col
ligitꝛ, ius accreſcẽdi locũ habet Ad idẽ
tex expreſſus, qui ex illo deſumitꝛ, in
§ ſi Inſti. Ad Orfici Neq; huic funda-
mento refragatꝛ, q̃ illa iura loquuntur
in hæreditatibus quia ad id. ſ eſt ſatiſ-
factũ, qñ attigi intellectũ legis Seruus
cõis ab extero, in ſecunda difficultate
ſ ſignata contra communem

Diluitur obiectum.

Nonò contra l noſtrã. ſi ſecundũ
cõem intellectum acciperetur, vrge-
16 ret ſequens difficultas † Vbi nulla ꝑr-
ſus eſt coniũctio, nõ ꝓcedit ius accre-
ſcendi etiã in vſufructu, vt in d. l 1 ſ.
de Vſufru accreſcẽ & notat glo Bart
& Doct in l Meuio, in prin ff eo & per
oppoſitũ, vbi eſt aliqua coniunctio ſi-
ue verbalis tm̃, ſiue ſola realis, ſiue v-
traq; ſimul, locus eſt iuri accreſcendi,
vel iuri non decreſcendi etiã in pro-
prietate l Cõiũctim, & l Re cõiuncti,
ff titu 1 l Vna, § His ita, de Cadu toll
ergo neceſſariò dicendũ eſt, vel l cõ-
trariã ſ primã de Vſufr accreſcẽ malè
dicere, vel legem iſtã non poſſe proce
dere, ex quo in præſentiarũ præſuppo
nitur coniunctio & tñ ſecundũ cõem
intelligentiã negatꝛ, hîc habere locũ
ius accreſcendi Ne ergo deuenia-
mus ad hanc abſurditatem, commu-
nis intell eſt reſpuendus
17 Decimò ſic † Sola diſpoſitio lega-
lis inducit ius accreſcendi, vt patet in
his quæ à lege inducuntur cõtra volũ
tatem

tatē teſtatoris l Si duobus, in princ. ǐ de Bono poſſeſ contra t ib l 1 § Si quis ex nepotibus, ǐ de Coniungen cum eman libe eius & dict l Siue libertus, § Ex duobus, j de Iure patro ergo per contrarium & à fortiori ſola coniunctio legalis poteſt eſſe cauſa productiua iuris accreſcendi in actibus prouenientibus ex voluntate te
18 ſtatoris vel præter † cùm ius accreſcē di procedat ſecundū, vel ſaltem præter volūtatem teſtatoris Antecedēs probatur quia bonorum poſſeſſio contra tabu quæ à l Prætoria datur, conceditur contra voluntatem teſtatoris l Vt liber, in princ C de Collat l 1 in princ ff de Legat præſtan conſequentia eſt nota Neq, ad hoc dici poteſt, quòd illa iura loquantur in hę
19 reditatibus † Quia cùm ibi non ſubſit timor regulæ l Ius noſtrum, ǐ ſæpius allegatæ quia ex poſtfacto rupto teſtamento per remedium bonorum poſſeſ contra tabu notiſſimum eſt, quòd poteſt quis decedere ꝓ parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt in eadem l Vt liberis, in princip cum glo notab iuncta regula l Circa, ff de Inoffi teſtam & ſic ſola diſpoſitio legalis illud ibi operatur & conſequēter idem debet dici in materia legatorum, in qua ſumus.

Vndecimò induco tex in l Planè, la primera in § Si coniūctim, ibi, [*Cōſtat partes ab initio fieri*] ǐ titu 1. vbi quando duobus legatur coniunctim (exponunt Bart & Doctor ibi, ſcilicet verbis) cenſentur partes ab initio fieri & ſic cenſetur res legata, per particulas & portiones diuiſa & tamen omnia iura de mundo dictant verbalem cōiunctionem ſolam ius accreſcēdi inducere, vt in l Coniunctim, & in l Re coniuncti, in ver [*Item uerbis*] & in ver [*Si uero uerbis*] ǐ titu 1 cum alijs Perperam ergo dicunt Doct hic ꝙ ex quo lex iſta dicit, [*Non enim coniunctim, ſed partes uideri legatas*] ꝙ ꝓpterea excludatur ius accreſcēdi Nā imò de natura iuris accreſcēdi regulari, ac velut innata, eſt ꝙ ſi partes à principio cenſent̄ diuiſæ ipſum ius accreſcēdi locū habet, non aliâs, ſed potiùs habeat locū ius nō decreſcēdi, vt in dictis iuribus & eſt etiā tex iuncta gl in l Vna, § Si verò diſiūctim, C de Cadu tollē & ita cōiter tenent Bar & Doct per prędicta iura in ead l Re cōiuncti, in materia cōiun-
20 ctionis verbalis dicētes † ꝙ qñ plures ſimul vocant̄ ad idē legatū in eadē oratione, vt cēſeantur verbis tantùm cōiuncti oportet ꝙ portiones ſint diuiſæ per teſtatorē aliâs eſſent re etiā coniuncti nō ſolùm verbis, & ibi per Bar 3 oppo poſt glo in l Si duobus, §. fi ǐ tit 1 & in d l 1 ad fi ǐ de Vſufr accreſcē Intellectus ergo, quē huic legi Doct falsò imponūt, nō eſt verus quū litera ſuper qua ipſi faciunt capitale apertiſsimè in eos contorqueatur, & eos reuincat

Duodecimò, quòd communis intellectus procedere nequeat, probatur ſic. Teſtatorum diſpoſitio habet vim legis priuatæ § Diſponat, in authent de Nup colla 4 † Hinc tenet
21 conſequentia de verbis legis ad verba teſtatorum, ex notab ſecundum Bar & Doct ibi in l Si quis legauerit, fin char ǐ titu 1. Hinc etiam dicit l. 1 ad fi C de Teſtam mi quòd voluntas teſtatoris militis in expeditiōe occupati pro iure ſeruatur neq, id ſpeciale eſt in milite ſecundum Docto. ibi poſt gloſ per dictum § Diſponat quando inq̄ diſpoſita in teſtamento iuri nō obuiant, vt eſt not text in l Si quis eum, ǐ de Condi & demonſtra. vbi vtrunq, ꝓbatur Sed ſic eſt quòd ſi duobus ſub conditione dandi decē hæredi fundus legatus fuerit, ſtatim à teſtamento quo pluribus conditio ap

poſita eſt diuiſio quoq, facta in ſingulas perſonas videri pōt, vt inquit formaliter litera in l Cùm fundus 2 reſponſo,ī de Condi & demon ſubdēs è veſtigio,[*Et ideo ſinguli pro ſua parte & conditioni parere,& legatum petere poſſunt*] Si eñ in cōiunctione hominis reperim' ab initio ipſius diſpoſitionis diuiſionem cenſeri factā ex qua diuiſione ius accreſcendi inducitur,vt ex iuribus præ deductis manifeſtè oſtēdit Ergo idē dicendū in diuiſione legali repræſentata quā Doctores legalē cōiunctionē vocitant Confirmat, nā id quod debet eſſe cauſa iuris accreſcendi, nō debet eſſe cauſa extinctionis ſeu peremptionis ipſi' †cùm vna & eadē cau

22 ſa numero nō poſſit duos effectus cōtrarios operari l Qui hominē,§ ſi ff de Solu & l Cū is,§ 1 ff de Condi indebi & l Ali',ff de Tribu in rem acti in ver [*Cum verò*] & l Titio vſusfruct', ff de Condi & demō Perperā igitur dicunt Doct legalē coniunctionē impedire originē & natiuitatē iuris accreſcēdi in legato proprietatis cū eadē *cōiūctio* legalis per principia iuris formalia ſit, vel eſſe debeat cauſa illud inducendi

Subuertitur 13 eadem cōis intelligentia ex eodem tex.in eadem l Cui fundus,ad fin vbi ſi vni legatus ſit fundus ſub ea conditione,ſi decem daret hæredi,& legatarius decedat, omnes hæredes ipſius fungi debent vice vnius perſonæ & ſic non poſſunt ſcindere cōditionem vno dante pro parte ſua, volenteque pro eadem parte reliquum conſequi Dicit enim litera ibi,[*In eo vero quòd uni ſub cōditione,*]ſcilicet dandi,ſecundum glo & Docto [*datū eſt, conditio ſcindi ex accidenti non debet & omnis numerus eorum qui in locum eius ſi bſtituūtur, pro ſingulari perſona habendus eſt*] Ecce eñ quòd quando ex vna perſona peruenitur in plures, iſti non cenſentur taliter coniuncti, quòd habeant ſeu dicantur habere partes diſiunctas in ipſo legato †imò cum vnius perſonæ

23 vice fungantur, non cenſentur partes diuiſæ Sic ergo minus rectè videtur aſſeuerare Barto & Docto dum dicunt, quòd quando ex vnius perſona res deuenit in plures,cenſetur eſſe legalis coniunctio ab initio diuiſionē portionum inducens & conſequenter effectum habens diuiſiuum quo ad ius accreſcendi quia imò contrarium videtur ex prædicto text dicendum

Confirmantur 14 præmiſſa contra communem,ex text in l 1 § Sed & quoties,ī ad Trebe vbi ſi quis rogatus ſit reſtituere duobus hæreditatē, alteri purè vel in diem,alteri ſub conditione & eam ſuſpectam dixerit tenetur interim reſtituere integrā vel vniuerſam hæreditatem ei, cui rogatus erat purè vel in diē reſtituere Ad idem bonus tex in l Sub conditione, in fin ī de Aſſignā liber quem Albe. commendat in l Vna,§ Sin autem aliquid,in fi C de Cadu tollē Ex quo tex in § Sed & quoties,fulcitur apertè deciſio elegans Bart in conſi 53 in

24 cipien Cicaredus decedens, †vbi tenet in fideicōmiſſis vniuerſalibus eſſe locum iuri accreſcēdi etiam ſi ſint conditionaliter relicta Adducit tex in l Filiusfamilias,§ Diu' Seuerus,ſ. titu 1 vbi patruus fuit rogatus reſtituere hæreditatem filijs fratris ſub cō ditione, inquit ibi text quòd ſi alter ex his ante ceſsionem diei fideicommiſſi decedat totum fideicommiſſū ſuperſtiti vel ſuperſtitib' reſtitui debet Ad idem bonus text in l Vna,§ pe C de cadu tollē vbi dicitur, quòd illa quæ ſunt dicta in illa conſtitutione de iure accreſcēndi,habent etiam locum in omni vltima voluntate, & in omni relicto,etiam in codicillis er-

go

go etiam in fideicommiſſo vniuerſali Ex hoc demiror Pau de Caſtr contrariũ tenuiſſe in l Lucius,§ Quę habebat,ff Ad Trebel Eſt verum ꝙ text. in d § Sed & quoties, & §. Diuus, loquunť in fideicõmiſſarijs coniunctis verbaliter & ꝓpterea cõtra Paul magis vrget autoritas Bar in prædict cõſi iuncta d l Vna,§ pe Sed eſt conſiderandũ iuxta præmiſſa,ꝙ Pau de Caſtro,nõ ſic indiſtinctè, & abſolutè loquiť Non enĩ negat in fideicõmiſſis vniuerſalibus eſſe locũ iuri accreſcendi ſuppoſita inq̃ quauis cõiunctione inter cõfideicõmiſſarios Cæterũ vbi eſſent omnino diſiũcti,vt in d § Quę habebat,vbi fuerunt poſiti in diuerſis orationibus diuiſione portionũ inter eos per teſtatorẽ facta, diffitetur eſſe locũ iuri accreſcẽdi quia ſecundũ eũ ceſſat ratio glo in l Seruus cõis ab extero,ff de Acquir hęred Et idẽ quod Pau de Caſt tenet practicus Papien in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione in glo fi & Fran Cur eũ referens in l.Vna,col pe C Qñ non petẽ. part vbi reſpõdet ad conſiliũ Bart dicens potiùs cõcordare cũ Pau & affert Soci conſi 94 volu 4 Item reſpõdet ad id,quod Bald tenet in d l Vna, q 9 & ſubdit ita fuiſſe iudicatũ cõtra Iaſo in ciuitate Bono per quendã auditorẽ Rotæ Nunq̃ tñ facit mẽtionẽ de dict § Sed& quoties Sed debet(vt prædixi)intelligi,prout etiã dict § Diuus,de quo etiam nõ meminit Et ad pra dict § pe dict l Vnicæ,C de cadu tollẽ ſatis reſpondet Paul de Caſtr in eod § Quæ habebat,dũ adducit eũ ꝓ ratione dubitationis Et ſubdit rationem differentiæ inter hæreditatẽ & fideicõmiſſum vniuerſale Tenenda eſt ergo opinio Pau de Caſt quæ habet,ꝙ inter fideicõmiſſarios vniuerſales diſiunctos non eſt locus iuri accreſcẽdi ſi ſint inquã omnino diſiunctí,vt ſ proximè dixi aliàs ſecùs Hinc eſt,ꝙ ſi in caſu iſti' l teſtator inſtituiſſet aliquem hęredem,rogaſſetq́, eum reſtituere hęreditatem cuidam ſeruo duorum dominorũ & vnus eorum repudiaſſet ſuã partẽ,vel poſt reſtitutionẽ ſeruo factam, vel antea portio fideicõmiſsi repudiata non accreſceret alteri domino ſed remaneret penès hæredẽ,tenendo cõmunẽ intellectum ad hunc l Sed tenendo meũ intellectum,quẽ infrà aſsignabo,non remaneret apud hæredem vniuerſalẽ ſed trãſiret ad aliũ dominum per modum infrà tradendum

Adueꝛtẽtia in hoc artic in defenſatione Pauli de Caſt

Cõcludit cũ deciſiõe Pauli de Caſt te perata, vt ſupra

Illatio ad hanc l Diuerſimode adaptabil.

25 Ex ꝗ̃ quibus etiam euidenter appa ret,rationẽ cõmunẽ gloſ & Doctorũ in l Si ſeruus cõmunis ab extero,ff de Acquir hæred & in alijs pluribus locis non eſſe abſolutè & ſimpliciter veram dum inquiunt,in hæreditatibus etiam inter omnino diſiunctos ideo fore locum iuri accreſcendi, ne teſtator decedat pro pàrte teſtatus, ꝓ parteq́, inteſtatus Præſertim etiã, quia illud inconueniens non poteſt ſubeſſe(vt eſt dictum) in fideicõmiſſarijs vniuerſalibus ex eo quia deficiẽte portione fideicommiſſi alterius fideicõmiſſarij etiam ſi non accreſceret alteri pars defecta, redu et ad hæredẽ per dictam l Vnam,§ In primo,C de caduc tollen & ſic non ſubeſt aliquod incõueniens, quòd teſtator decedat pro parte teſtatus cùm hæres ſuperſit poſt aditam hæreditatem aliàs nõ potuiſſet reſtituere & amplius nõ poteſt deſinere eſſe hæres l Etſi ſine,§ Sed & quod Papi ff de Mino & l In ſubſtitutione,ff de Vulga & Pupilla Præterea, licèt illa ratio ſit vera in hæredibus teſtamẽto ſcriptis non tamẽ eſt generalis, vt pote cùm non procedat in hæredibus vniuerſalibus ab inteſtato neque in ſucceſſionibus vniuerſalibus obliquis,& fideicommiſſarijs

Ratio vltra Docto[…]

rijs, vt modò dixi Quamobrẽ (vt obiter hîc dicam) poſt & vltra varias rationes per Doctores varijs in locis aſſignatas, obtulit ſeſe mihi vna videlicet, q; ideo inter omnino diſiũctos in ſucceſſionibus vniuerſalibus directis ẽſt locus iuri accreſcẽdi quia ipſa vniuerſitas hęreditatis eſt quoddã ius & conſequenter quid incorporeum Inſtit de Reb cor & incor ad fin l 1 ff de Reiũ di l Hæreditas, in princ. ff de Peti hære & l Pecuniæ, § 1 ff de Verbo ſigni Et ea quæ ſunt incorporea (vt ſenſui patet) non ferunt ſectionem quod negari non poteſt

26 †Quia quærere rationem, vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intellectus ſecundum Philoſo cuius mẽminit Bald in l Teſtium, ad fin C de Teſti & alibi ſæpe Ergo hæreditas quæ eſt incorporea, vt prædixi, non eſt diuiſibilis Imò neceſſariò, vt maneat ſolida & integra, quæcunq; portio ipſius deficiens debet alteri portioni accedere Et iſta eſt plana ratio & generalis, remotis *Doctorũ amphractibus* Quã rationẽ inter alias adaptaui aliâs ad l 1 ſ de Acquirend hæred prout ibi poteſt videri *in* prin ręlectionis ſcholaſticæ, quam de l illa feci Concludendum ergo eſt incidenter in hæreditatibus directò relictis etiam data omnimoda inter hæredes diſiunctione, eſſe locum iuri accreſcendi Secùs in relictis vniuerſaliter per fideicommiſſum ſecundum opinionem Paul de Caſtr veriorem ac magis communem quam ſuprà retuli, & fui ſequutus

Decimoquintò principaliter (præmiſſa ac ſuppoſita ratione pręcedenti) contra communem moueor Si ratio indiuiduitatis inducit in hæreditatibus ius accreſcendi etiam inter omnino diſiunctos, vt modò dixi ergo idem dicendum in legatarijs per legalem coniunctionem copulatis, qui cẽſentur re ipſa & effectu per iſtam l diſiuncti Conſequentia ſimilitudinaria probatur per l Neminẽ, ſ hoc titu cuius verba ſunt, [*Neminem eiuſdem rei legatæ ſibi partem uelle, & partem nolle, uerum eſt* ] Subijcit lex ſequens, [*Sed duobus legatis relictis, unum quidem repudiare, alterũ uerò amplecti poſſe, reſpondetur.*] Et ſic patet ibi, quòd indiuiduitas quæ attenditur in vniuerſitate hęreditatis ſiue in hæreditate, attenditur etiam in legato quia in eo conſideratur originaria & primitiua cauſa ſcilicet, voluntas teſtatoris, vt in l In cõditionibus primum locum, in princip ſ de condit & demonſtra Quæ quidem volũtas eſt indiuidua, vt de ſe patet & eſt text in l Eum qui, § Pro parte, in fin ſ de His quibus vt indig & in l Nam abſurdum, ſ de Bonis liber Ideo lex quæ ſequitur poſt dictam legem Neminem, loquitur reſpectu duorum diuerſorum legatorũ in quorum quolibet datur vna & ſeparata voluntas Argumen l Scire debemus, in princ ff de Verbo obliga Ad quam ſimilitudinem videtur etiam bonus text. in l In conuentionibus, aliâs in conuentionalibus, ſ de Verbo ſignific vbi appellatio hæredis includit legatarium & dicta l Id tempus, § 1 cum alijs ſ allega ff de Vſucapio Non ergo rectè videntur Doctores facere in iſta materia differentiam, inter diſiunctos reſpectu vnius & eiuſdem hęreditatis item & vnius & eiuſdem legati, vt in caſu huius text quum vtrobiq; datur paritas rationis & conſequenter iuris identitas quoad ius accreſcendi propter ipſius rei & voluntatis indiuiduitatem Et ſic ex pręmiſſis infero primò, apertè confundi communem Doctorũ doctrinam poſt gloſſ ibi, in dicta l Seruus communis ab extero, & in dicta l Vna, C

Contra cõ[…] munem

Quã-

Quando non peten part vbi tenent, quod in legatis non procedit ius accreſcendi abſq; hominis reali, vel verbali, aut mixta coniunctione in ſimul Quod (vt prædixi) non poteſt ſuſtineri cum imò videatur in eis ſufficere legalis coniunctio, vt hic concurrẽte inq; vnitate rei, & vnitate voluntatis, attenta ipſius inq; diſpoſitionis legati origine, ſecundum quam legati ſubſtantia eſt vna & indiuidua Quæ cauſa originaria potiſsimum ſolet eſſe in conſideratione l Nam & origo, ff Quód vi aut clam & l Qui id quod, in princip ff de Dona cum ſimilibus

Secundò ex hoc infertur, ꝙ coniunctio hominis, realis, vel verbalis, vel vtraq;, tunc eſt conſiderabilis cùm deficit coniunctio legalis Qua exiſtẽte, quanq; ad productionem iuris accreſcendi in eſſe nõ ſit potens tñ ſufficit ſaltem quoad iuris non decreſcẽdi innominati (quod nõ deceſſionis ius libet nominare) productionem

Tertiò deducitur, quòd omnes rationes per modernos adductæ in dict l Vna, C Quando non peten part ad ſignandam differentiam inter ius accreſcendi in hæreditatibus, & ius accreſcendi in legatis, ſunt ſuperuacuæ & inutiles cùm vtrobique ſimplex legalis coniunctio licèt non inducat ius accreſcendi ſaltem inducit non decreſcẽdi ius innominatum ſeu nõ deceſſionis etiam non ſuppoſita aliqua hominis coniunctione

Reſpõſiones ad rationes huius legis deciſiuas Ad pͥma

Non obſtat pͥma ratio decidendi ſ̃ per Bald aſsignata ſcilicet, quod iſti domini huius ſerui cõmunis non habebant voluntatẽ teſtatoris Nam hoc minimè procedit Ex quo enim lex ſtatim ipſo iure vocat eos ad emolumentum inſtitutionis vel legati relicti ipſi ſeruo, vt expreſſim dicit text. in d l 1 § Cõis ſeruus, ff de Stipu ſeruo Et iſtud teſtator ſciat, vel ſcire debeat, vt potè in iure conſiſtens l Leges, C de Legib iuncta communi allegatiõe, quã fieri aſſolet de l Quod
27 te mihi, ff Si cert peta † quòd paria ſunt ſcire & ſcire debere, & cõiuncta etiam l Si duo ſunt hæredes, prope fi.
28 ff de Acqui hære † Cùm & voluntas teſtatorũ in dubio videtur conformari cum legis volũtate ac diſpoſitione, vt per Bart in l Hæredes mei, § cùm ita, col 1 ver Et ꝑ hoc dico, ỹ Ad Tiebel vbi Alex ã plura in id adducit nu 9 Conſtat ergo apertè teſtatoris volũtatem ſaltem implicitam fuiſſe quòd ad dominos emolumentum ſeruo relictum perueniret Et ſic inter eos poteſt eſſe locus iuri nõ deceſſionis, vel iuri non decreſcendi ſaltem innominato Et conſequenter patet reſpon-
29 ſio ad l Qui liberis, § † Hæc verba, ſ̃ de Vulga & pupil vbi habetur, &c vt induxi ſ̃ num 1 & num 2 vt intelligatur, niſi voluntas teſtatoris, ſaltem coniecturata ea fuerit, quòd hęres mediatus vel remotus vocaretur quia eo caſu bene eſſet admittendus etiam ſi vocatus fuiſſet ex implicita defuncti voluntate Quod eſt notab & nouum ad legem illam, & conſimiles quia illo caſu ratio dicta l Sciendum, de Verbo ſignifi ſ̃ adductæ ceſſat

Notanda, & noua conſideratio in ꝓpoſito l Sciẽdum 1 ff de Verb Sign. & ꝓdi §. Hæc verba,

Ad ſecũdã.

Non obſtat ſecunda ratio aſſignata per eundem Bald in dicta l Vna, dum dicebat, quòd ex quo ius accreſcendi aſsimilatur ſubſtitutioni, & in tali iure accreſcendi debet cadere copula, &, quæ quidem copula non poteſt aliquatenus cadere in vna perſona ergo per conſequens non poteſt habere locum ius accreſcendi, vt ſ̃ clarius recitaui Nã ad hoc reſpondetur, quòd ius accreſcendi nõ paꝛificatur in totum ſubſtitutioni neq; hoc dicit dictus § Iul in l Si Titio & Meuio

uio neque aliqua lex in iure Nam §
30 Iulianus,potiùs probat,† quòd eſt ſub
ſtitutio impropria, dum loquitur per
verbum,[Quaſi] quod de ſui natura &
ſignificato importat improprietatẽ,
vt in l Id tempus,§ 1 ff de Vſucap &
in l Si id quod, § Quod autem, ff de
Acquiren poſſeſ & in dict l Si duo,s̃
de Acquii hæred & in l fina.C de In
offic teſtam & in l creditor, in fin ff
Si cert peta & tradit Felin poſt And
Si in cap Gratum,de Offic delega er
go apertiſſimè innuitur,quòd tex ibi
non partificat ſubſtitutionẽ & ius ac-
creſcendi abſolutè & quoad omnia
& ſic etiam quoad hoc propoſitum
ſed ſolũmodo quoad quid,id eſt, quo
ad onerum repetitionem in parte ac-
creſcente non autẽ quoad ipſum ius
accreſcendi in ſua ſubſtantia. Vel po-
31 teſt ſecundò reſponderi,† quòd id qđ
Bald. præſupponit ſcilicet, ad ius ac-
creſcendi eſſe neceſſariam copulam
extrinſecam,non eſt perpetuò ſeu ge
neraliter verum Et cõtrarium tenet
Bart in dict l Re coniuncti,tertia op-
poſitione, quem Docto cõmuniter
ſequuntur nam coniunctio verbalis
fit per vnitatem ſermonis, vt in dict.
§ His ita,in ver Hæc ita tam variè, &
in l Triplici, ff de Verbo ſigni & in L.
Lucius,§ Quæ habebat,ĵ ad Trebel
Imò ad ipſum inducẽdum, fortior eſt
ipſa vnitas orationis, quàm copula, ſe
cundum Pau de Caſt in l Meuio, in
princ ĵ eod & ſic pariformiter ſufficit
tacita cõiunctio per copulam implici
tam,vt eſt in hac l Nam ex quo domi
ni iſtius ſerui cenſentur ſaltem impli-
citè vocati per teſtatorem,quãdo vo-
cauit ſeruum eorum relinquendo ei-
dem legatum ergo cenſentur etiam
tacitè in eadem oratione coniuncti
32 non autem in diuerſis orationibus †
Quia actuũ pluralitas non præſumit̃
l.Quinquaginta,ff de Proba l cũ cẽ-
tum,ĵ de Adimen lega & not Barto
in l Triticum, ff de Verbo obliga &
in dict l Re coniuncti,poſt princip &
probatur ex l Si quis ſeruum, § Si in-
ter duos,s̃ eo Vbi dicit Pau.ſe pluries
illum allegaſſe ad id & adducit etiam
l Qui iuraſſe,§ Si pater, & l. eum qui,
§ In popularibus, ff de Iureiurand.&
Iaco Bu & Bal.in l 2 C de Erro aduo

Vel poteſt dici,quòd ſecundũ meã
intelligentiam in hac l non tractatur
de iure accreſcendi ſed de iure nõ de
creſcendi innominato,ſeu non deceſ
ſionis licèt verba legis & omnes cõ-
mentarij Doctorum videantur refra-
gari ſed legis ſenſus ſecretior ſuffraga Ad tertiam
tur Non obſtat tertia ratio,qua dice-
batur, quòd ex quo ſeruus vicem duo
rum dominorum ſuſtinet ergo habe
tur ac ſi ambobus ſeparatim legatum
eſſet relictum Nam iſta conſequen-
tia eſt falſa per ea quæ s̃ dixi in reſpõ-
ſione ad primam rationem, & s̃ pro-
ximè ad fin præcedentis reſponſionis
eſt dictũ quum imò haberi debeant,
ac ſi ambo coniunctim & eadẽ oratio
ne per teſtatorẽ vocati eſſent Et ſic
eſt tacita quædam coniunctio, quaſi
mixta hominis & legis,ſufficiẽs ad ius
quoddam acceſsionis ſeu non deceſ-
ſionis extraordinarium inducẽdum
Et ita etiam reſpondetur ad quintam,
ſextam,ſeptimam,rationes s̃ in idem
adductas propoſitum ſcilicet, pro cõ-
muni

Ad quartam rationem Ioan Fabr Ad 4 rõnẽ.
dicentis, &c reſpondetur, negando
eam Nam imò quum ( vt ſuprà eſt di
ctum ) voluntas teſtatoris iſto caſu
conformetur voluntati legis, quæ
eoſdem dominos in relictis ſeruo eo-
rum communi coniungit,meritò iſti
cẽſendi ſunt cõiuncti Quod probat̃
ex text ſubtili in l Filiofamilias,ĵ de
condi & demonſt Ex quo deducit̃ ꝗ
relictum filio vel ſeruo exiſtẽti in po-
teſta-

teſtate domini vel patris, cenſetur eis ſcilicet domino vel patri relictũ adeò ꝙ litera illa ſingulariter decidit, ꝙ pater vel dominus poſſunt ſuo nomine legatũ petere & ſic tanq̃ ſi eis nomitim fuiſſet immediatè relictum Et ſic eſt tex ibi valde ſing ꝙ tantundem refert legare vni ſeruo plurium dñorũ, ac ſi ipſis dominis nominatim legarentur Sed non eſt dubiũ ꝙ ſi eis legaretur nominatim, cenſerentur coniuncti, vt hîc tenet Albe igitur idem dicẽdum eſt in propoſito Et ſtringit fortiùs ille tex

L Subtilis, ac ſingu

33 † Quia licèt in principio loquatur per verbum, videtur, quod deſignat fictionẽ l 1 § Deieciſſe, cũ glo. ff de Vi & vi arma & l Nõ videt́, ff de Acquir poſſ Tamẽ in fine dicit, Proculdubio legatũ dñi eſt, nõ ſeruorum Et ſic loquitur per verbũ, eſt, veritatẽ innuens

34 † Nã non eſt in mũdo verbũ adeò realis exiſtẽtiæ & veritatis expreſſiuũ, ſicut verbũ, eſt, ſecundũ Bald in conſi Schiſma col 10 Probatur itaq; ſingulariter in d. l Filiofamilias, ꝙ ad legatum factũ ſeruo duorum dñorum, tales domini ſunt coniunctim vocati ex immediata & vera teſtatoris vocatione quanq̃ ſit implicita Quia de dominis nõ fuit mentio facta Et ad hoc expendo tex illum ꝑ mirabili, & ab alio nõ animaduerſum per quẽ videt́ confundi ratio Io Fab ſ 4 loco inter alias rationes deciſiuis recitata Conducit etiam quod per illum l inquit Bald ibi, ſcilicet ꝙ relictũ monacho per viã inſtitutionis vel legati, contemplatione expreſſa vel tacita monaſterij factum, poteſt agnoſci via recta per monaſteriũ abſque facto ſeu voluntate monachi Et ſic monaſteriũ cenſetur immediatè vocatũ ad eiuſmodi relicti emolumentum Cõprobat́ hoc ex tex not in l Fideicomiſſa, § Plerunq;, & § Interdũ, ſ tit 1 vbi ponitur caſus in quo vni nominatim legatur & tamen alius petit fideicõmiſſum & ſic cenſetur vocatus per teſtatorem Verba illius tex ſunt, [*Multum autem intereſſe arbitror cui noluit proſpectũ, cuiusq; cõtemplatione teſtator fecerit, &c* ]

Ponderatio & aduertentia præter ſcribentes.

Ad eandẽ l Filiofami

De eadẽ re

Ad idem.

Ad idem bonus tex in l Si ſeruus legatus, § pe ſ titu 1 cuius [*Non autem mirandum ſi cum alius regetur, alius fideicõmiſſo obſtringatur* ] & ſq; in § ſi Ad idem l Seruo legato, § Si teſtator, eo tit Ex quo colligit Bart ibi, ꝙ ille agit ex legato cuius intereſt licèt ad ipſum verba non dirigãtur Ita in propoſito, licèt verba nõ fuerint directa ad dominos, ſed ad ſeruũ tamen domini cenſentur & ſunt vocati coniunctim verbaliter & realiter ſaltem implicitè & præſumptiuè Ex quibus infertur minus rectè Bart (ſalua eius pace) conſideraſſe in dict l Re coniuncti, in loco ſuprà allegato ad l Legatarius, ſ titu primo dum tenuit, quòd ſi vnus ex pluribus hæredibus legatarij partem legati repudiaret non accreſceret alijs Cùm ſecũdum eum cenſeantur legali coniunctione vniti Nam imò cõtrarium deducitur ex præmiſsis Et prædicta l Legatarius, rectè perpenſa nõ probat illud & conſimiliter aliæ quatuor illationnes, quas ſ in princip feci, non procedunt, tenẽdo hanc intelligentiam, quam teneo

Carpitur Bart

Palinodia canitur.

Non obſtat l Noſtra, quæ videtur prima fronte attenta literæ ſtructura pati ſolummodo communem intellectum & non alium, prout verba eius ſonant, ſed vt alibi dicitur litera occidit, ſpiritus autem viuificat Et ſic dico, quod ideo alteri dominorũ portio repudiata ab altero, nõ accreſcit quia eidẽ non decreſcit, vel non decedit

35 Nuſquam enim reperitur in iure, † ꝙ ius accreſcendi & nõ decreſcendi vnius & eiuſdẽ collegatarij reſpectu, in eadẽ portione deſignata, vel non deſignata, poſſint cõcurrere neq; eſſet poſſi-

poſſibile tale quid reperire iure cautum quũ iſti duo iura habeant diſtincta & ſeparata imò & contraria ſeu repugnantia principia productiua videlicet ius accreſcendi habet cõiunctionẽ verbalẽ ius nõ decreſcẽdi, realẽ, vt probaẽ vtrũq, ex l Vna, § His ita, C de Cadu. tollen & ex l Meuio, in prin ꝟ eo Sed reſpectu vnius & eiuſdẽ legati iſtę cõiunctiones ſeparatim ac diſtinctè cõcurrere nõ poſſunt quũ vna eorũ, ſcilicet verbalis præſupponat diuiſionẽ portionũ, vt in d l 1 ad fi cũ glo ff de Vſufr accreſ altera aũt ſcilicet realis deſignet indiuiſibilitatẽ portionũ & ſic rẽ in ſolidum vnicuiq, attributã, vt in eodẽ § His ita ergo impoſsibilis eſt earũ cõcurſus vnius & eiuſdẽ legati reſpectu Quòd autẽ in præſenti lege ius nõ deceſſionis ſeu ius nõ decreſcẽdi anomalũ (vt ſic dicã) & innoĩatũ locũ habeat, probaẽ ex verbis tex. dum inquit, [*Non enim coniunctim, ſed partes uideri legatas.*] Siquidem dictio, [*Coniunctim*] exponi debet, id eſt ſolis verbis, ſeu per coniunctionẽ verbalẽ explicatã, prout exponiẽ in l Coniunctim, ꝟ tit 1 Et ſic eſt veriſſimũ dicere, ꝑut tex dicit, ꝙ partes fuerunt legatæ intellectualiter & implicitè *non autẽ verbaliter* & expreſſim ſiue explicitè Et ſic tex vult, ꝙ relictũ factũ ſeruo duorũ dnorũ nõ fuit explicitè diuiſum per partes quia nõ dixit teſtator, lego Sticho talẽ rem ꝓ portionibus dñicis dñorũ ipſius & ſic nõ fuit coniunctio verbalis explicita reſpectu partiũ Quę quidẽ cõiũctio verbalis ſola cõiungit perſonas, & diuidit portiones, vt in d l 1 in fin cum glo ordi de Vſufru accreſ & ſic bene dicit tex quia non coniunctim legatũ fuit relictũ Nam cùm ſeruus eſſet vnus, impoſſibilis fuiſſet coniunctio, quæ nõ poteſt cadere niſi inter duos, vt ſ eſt dictum referendo Bald. in ſecũda ratione decidendi Eſt ergo hic coniunctio quędam verbalis implicita quia nominando ſeruum communem, virtualiter nominauit vtrunq, dominorũ, vt in dict l Filiofamilias, de Condi & demonſtr ſic ergo non fuit coniunctim factum legatum reſpectu cõiunctionis verbalis explicitæ ſed bene reſpectu implicitæ & ſic adeſt vna coniunctio Et dum dicit, partes videri legatas vult dicere, ꝙ ꝑ fictionẽ videtur fuiſſe partes legatæ, ex quo acquiſitio erat faciẽda duobus dominis pro partibus dominicis Et ſic præſupponit aliud eſſe ſecundum veritatem ſcilicet, quòd legatũ non fuit relictum per partes, ſed in ſolidum, & aliud ſecundum fictionem legalem, quòd ratione dominij poſſent poſtea facere partes per concurſum quaſi coniuncti Et ſic intelliguntur hi domini coniuncti rẽ & verbis, ſaltem implicitè & conſequẽter eſt inter eos loc' iuri nõ deceſſionis ſeu non decreſcẽdi anomalo & innominato Et iſtud voluit iſte tex rectè expenſus Deſignatur ſiquidem legalis coniunctio, quæ eſt verbalis implicita, & tacita per legalem & intellectualem nominationem dominorũ virtualiter nominatorum, ſeruo eorum immediatè & expreſſim per teſtatorem nominato, vt ſæpe dictum eſt Deſignatur etiam realis coniunctio, ex eo quòd portiones non fuerunt per teſtatorem expreſſim diuiſæ Nam diuiſio tacita legalis, quæ fit pro portionibus dominicis, fit ad effectum concurſus eorundem dominorum quando ambo vellent ad legatum admitti aliâs autem cùm teſtator nihil de portionibus expreſſerit, eos non vocando explicitè & expreſſim, & relinquendo ſoli vni, id eſt ſeruo communi legatum, videtur in dubio ſolidã rẽ relinquere pluribus

Subtilis ponderatio.

bus

bus dominis ſerui ſalua diuiſione legali, ꝓ dominicis portionib' poſtea facienda inter illos per concurſum qñ (vt eſt dictum) ambo velint ad legatũ admitti, prout iura probant præallegata, ergo vtraq; coniũctio hic concurrit, non quidem ſeparatim, ſed cumulatiuè ſeu cõnexiuè & implicitè, ideo nõ poteſt ꝓducere propriũ ius accreſcendi, neq; propriũ ius non decreſcẽdi, ſed tertium genus, quod vocari poteſt ius non deceſſionis, ſeu nõ decreſcendi anomalum &, innominatũ, & exorbitans à iuris accreſcendi & non decreſcẽdi regulis cõmunibus & vulgaribus. Quòd autem vtraq; coniunctio, & verbalis & realis, explicita inq̃, non producat ius accreſcendi, ſed ſolum ius non decreſcendi, tenet Bart. in dict. l. Re coniuncti. §. oppo ea ratione quia faciunt ſibi partes per concurſum, vt in § Si eadẽ res, Inſti. de Lega. qui propriè loquitur in iure non decreſcendi, & in l Cõiunctim, ĵ titu 1. Quæ eſt communis ſententia.

Nec obſtat, ſi dicatur, ꝗ iſto caſu cẽſentur ſaltem ſilenter portiones diuiſæ, vt hic in litera dum inquit, [*partes ni, den, &c*] Nam hoc non obeſt, quia ſecundum præallegatam cõem ſentẽ-

36 tiã, † tacita partium diſtributio nõ impedit ius non decreſcendi etiam proprium, vt præſupponit Bar & ſcribentes poſt eum vbi s. & tenet in expreſſo (in alijs tamen terminis) Phi Cor in dict § Sin verò diiunctim, ſi col Præſertim quòd iſta diuiſio portionũ, quã hæc litera deſignat, non ſolum eſt tacita ſed etiam ficta, hoc eſt, non ſolũ prouenit ex pręſumpta mente defuncti, ſed etiam ex fictione legis eam cõprobante Verbum enim, videtur, vt eſt prædictum, deſignat fictionem vt per glo ord in l 1 § Deiecisse, ff de Vi & vi armata, & in l Si duo ſunt hæredes, in glo fin s de Acquir hære Not. Bart in l Si is qui pro emptore, col 4. ff de Vſucap

37 Concluditur † ergo ex pręmiſsis l iſtam loqui in iure nõ deceſſionis ſaltem permiſſiuè & in iure accreſcendi ſimplici ꝓhibitiuè Ideo hic negatur habere locum ſolum ius accreſcendi ſimplex, vt prædixi, ne detur vtriuſq; iuris accreſcendi, ſcilicet, & non decreſcẽdi concurſus quod regulariter reperibile nõ eſt reſpectu vnius & eiuſdem collegatarij ac rei legatæ per partes deſignatas vel minimè, vt s ꝓbaui Et ſic erit caſus ſingu in præſentiarum, in quo ius nõ decreſcendi vel non deceſsionis anomalum eſt potẽtius & magis conſiderabile, quàm ius accreſcendi quamuis aliâs ſoleat communiter teneri, ꝙ cõiunctio verbalis, quæ producit ius accreſcendi, pręferatur reali, & ſit potẽtior cõiunctione illa, quæ producit ius non decreſcendi, vel ſaltẽ ambę cõiunctiones aliqñ poſſint cõcurrere, vt in caſu l Meuio, in prin. ĵ iſto tit Et in l. noſtra, iſtud ideo ꝓcedit, vt ius nõ decreſcẽdi (anomalum inq̃ & innoĩatum) magis conſideretur Quia hic concurrit vna coniũctio virtualiter cũ alia, vna magis principaliter, & alia minus principaliter & ſic eſt mixta diuerſimodè, realis inquã coniunctio principaliter, quia ꝑ teſtatorẽ non fuit facta diuiſio portionũ expreſſim Itẽ verbalis quoad intellectum, & ſic quoad voluntatem defuncti tacitam, concurrente iuris fictione, ipſam comprobãte & ſic minus principaliter, ſeu conſequutiuè, vt ſuperius probaui in rationibus deciſiuis ad iſtam l adſignatis, & in charta præcedẽte in reſponſione ad hãc l

Sed adhuc poſſet inſtari, quare in l iſta in coniunctione legali magis cõſideratur ius non deciſionis, ſeu non accreſcendi, quàm aliud ius, ſcilicet, accreſcendi, cùm ſuprà aperta voce De eade re.

tenue-

tenuerim cõtra cões ꝙ iſto caſu ſ vbi datur concurſus legalis coniunctionis, etiã ius accreſcendi poſſit locũ habere Sed hic etiã attento meo intellectu non habet locũ ius accreſcẽdi & ſic contra præmiſſa Sed tamen ad hoc ſ. reſponſum eſt, iſtud procedere ea ratione, quia vtrunq; ius reſpectu vnius & eiuſdem portionis deſignatur per teſtatorem, vel minimè, & perſonæ collegatarij non poteſt regulariter concurrere Et ſi adhuc etiam importunè inſtetur, quare magis hîc cõſideratur, & præcipuè attenditur ius non deceſſionis, q̃ aliud Reſpondetur, ꝙ cùm ius iſtud nõ deceſſionis eſſet pinguius iure accreſcendi ſimplici, vt ex ĩ ſubiectis apparebit, conſiderauit l illud ſufficere, quum vtriuſque concurſus non eſſet poſſibilis, vt ſ. ꝓbaui regulariter inquã quinimò etiã ſi tale ius defeciſſet, ceſſaſſet ius accreſcendi per ſupradicta. Hic enim ſocius nõ repudiauit partem, ſed ſimpliciter id qđ ad eũ pertinebat & ſic ꝓpriè loquendo non poteſt eſſe locus iuri accreſcendi, qđ requirit partis repudiationem vel deficientiã Neque etiã propriè loquendo poteſt habere locum ius non decreſcendi quia res nõ fuit legata duobus in ſolidum, ſed per partes iuridicè, & intellectualiter diuiſas Tamen ex quo ipſemet teſtator nõ diuiſit eas, ſed reliquit rem ſolidam, videtur voluiſſe ſolam & in ſolidũ eſſe legatã cuilibet dominorum, reſeruato inter eos in partibus dominicis concurſu Supereſt itaq; ius innominatũ & anomalũ duntaxat debere eſſe hic in conſideratione, qđ ſ. repetito ſermone ius nõ decedẽdi vel non deceſſionis innominatũ & anomalũ appello Et licèt non ſit ius non decreſcendi propriè ſumptũ tamen accedit propiùs ad illud, q̃ ad ſimplex ius accreſcendi, vt patet ex prædictis.

Inſtat circa idem & ſatis facit.

Quo argumẽto de vno ad aliud ſumpto, libet inferre ſequentia

Ex hoc igitur & ex ſ. deductis primò infero, ꝙ collegatarius in caſu iſtius l volens admitti per ius non deceſſionis, admittetur abſq; aliquo onere Argumento tex no. in l Vna, §. Sin verò nõ omnes, C de Caducis tollen. in verſi Hoc ita tam variè, &c vbi ponitur ratio differentiæ inter ius accreſcendi & non decreſcendi Ad quod ille text non eſt alibi ſecundum Nico de Neapo & Alexand. eum referentem in l. Planè, la. i §. Si coniunctim, ſ. titu 1. Sed ſi in hoc caſu vnus iſtorũ ſociorũ, idemq; dominus veniret (qđ non poteſt facere, ſecundũ ꝙ ego intelligo) ad partem conſocij vacantem per ius accreſcendi, haberet neceſſariò venire cũ onere partis deficientis, vt in eo § & in § In primo, eiuſdem l. & ſic venit iure potiori, & pĩguiori, ac ſibi magis vtili i nõ deceſſionis, qđ (vt dixi) aſsimilatur iuri nõ decreſcẽdi ꝓprio, & ſortitur ipſius effectus.

Secundò ſubinfertur, quòd ſi in caſu iſtius tex vna pars legati, quæ ad vnum ex dominis debebat pertinere, per concurſum eſſet relicta ſeruo communi purè, & altera pars eſſet relicta conditionaliter eidem ſeruo. dum alterius partis conditio purificaretur, ille dominus haberet partẽ purè relictam, & etiã partem conditionalem, & ſic totum ita vt ſi pars defeciſſet, per ius non deceſsionis ſibi conſolidaretur Secùs ſi per ius accreſcendi deberet venire quia interim ſuã tñ partẽ haberet, & nõ vltra, ſecũdũ opinionẽ glo cõiter approbatę, in l 2 ff Si pars hære pet iunctis his quę per Bar & Docto traduntur in d § Si cõiunctim, prædictæ l Planè

Tertiò infertur, ꝙ cũ vnus ex dñis in caſu huius tex veniat per ius non deceſsionis, vt. ſ. concluſi, id quod eo iure

iure capit indubiè imputatur ſibi in legitimã, quam eſſet habiturus, fortè ex bonis conſocij, vt quia erat tali cõſanguinitate ſibi coniũct⁹, q̃ huic in bonis ſuis eſſet debita legitima & tamen ſi deueniret ad partẽ deficientẽ per ius accreſcend, eſſet maximũ dubiũ, an ſibi in eandem legitimã illud imputaretur, vt per Bart & Doct in l Scimus, in princ C de Inoffi teſta & l In quartam, ff ad leg Falc

Quartò deducitur, q̃ in hoc text (ex quo hic habet locũ ius non deceſſionis) ſi vnus horum dominorũ non admitteretur ad partem, nunq̃ faceret alteri dño partem, qđ non eſſet, ſi ius accreſcẽdi locũ haberet Tũc enĩ qui non admitteretur ad partem, bene faceret alteri partẽ, vt in l Si duobus, ff titu 1 & not per Bart & Docto in l Planæ, prima § Si Titio, eod titu

Quintò ſubinfertur, quòd etiam ſi in hoc tex vnus iſtorum dominorũ ſerui legatarij veniret de iure ſpeciali, & contra voluntatem defuncti, poſito q̃ alias ius accreſcẽdi nõ haberet locũ nihilominus tñ procederet ius nõ decedendi Nã licèt veniens iure ſpeciali contra volũtatem teſtatoris nõ habeat ius accreſcendi, vt eſt tex ſing in l Mulieri & Titio, ff de Cond & demon de cuius intellectu latiùs ſ tangetᷣ tñ bene poteſt venire per ius non decreſcendi proprium, vt tenet Bart quem ſequũtur cõiter Docto in d l Reconiuncti 3 q principali ff tit 1 Et pariformiter per hoc ius non decedendi innominatum, quod ei paruifica tur (vt prædixi) poteſt exemplificari iſta ſpeculatio in caſu dict l Mulieri & Titio, ſi fortè Titius & mulier habe int ſeruũ cõmunem cui ſeruo ego legem rem aliquã (quod idem eſt, ac ſi vtriq; dñorum in ſolidũ ſeparatim legaſſem, per iura ſ adducta circa rationes decidendi) ſub cõditione inq̃, ſi mulier non nubſerit Titiuſq; repudiet ſuam portionẽ dñicam, talis mulier nubens ſpreta conditione nõ nubendi, quæ alias nõ conſequeretᷣ partem alterius, id eſt Titij, vel à Titio repudiatam per rationem d l Mulieri, qui fuit admiſſa de iure ſpeciali contra voluntatem defuncti admitteretur tamen ad totam rem per prædictum ius non deceſsionis

Sextò ſubinfertur, q̃ portio vnius ex dominis, de qua hic, deficiens cõſolidatᷣ alteri cõſocio inuito & renuenti per prædictũ ius non decreſcendi, ſeu nõ decedendi Nã licèt in iure accreſcendi portio in legatis non accreſcat inuito, vt tradit glo fi & ibi Doctor in l Vni, C Qñ non peten par Tñ in iure nõ decreſcendi hoc eſt indubitatũ ſiue loquamur in hæreditate, ſiue in legato ſemp deficiens portio conſolidatᷣ conſocio inuito & renuenti Neq; eſt opus alia noua agnitione, vt cõcludit Bar in ead l Recõiũcti 4 q princ p ea quę notantᷣ in l Sed cũ patrono, ff de Bo poſ tit gene & per eũdem in ead l Vna 4 col Non tñ diffitendũ eſt, q̃ ſi malet ſi à toto legato exonerare, poſſet Arg tex ſing in l Cũ hæreditate, s de Acqui hęre vbi iſtud ſtatuitᷣ in portione hęreditaria qñ de nouo obuenit poſt aliã partem iã aditã per cohęredem, cui obuenit A paritate ergo rationis, imò & à fortiori, idem dicendũ in legato in parte legati data æqualitate terminorũ, put in hoc caſu datur inter portionem hæreditatis & legati ſ vbi portio legati deficiẽs accreſcit collegatario inuito & renuẽti, put eſt hic, vt dixi

Subſequitᷣ ſeptimò, q̃ portio defecta hoc caſu poterit peti eadẽ actiõe, qua prima portio peti poſſet, vt eſt bonus tex in l Si Titio, § 1 s de Vſufr & in d l 1 § Interdũ, ff de Vſufr accreſ & in l Et an eadẽ, § Cũ pſ, ff d Exce rei iud

Octa-

Od iuò ex præmiſsis inferri conuenit, quod quanquam alias magna ſit inter Doctores contiouerſia, an, & quãdo, & quibus caſibus poſſit prohiberi ius accreſcendi per teſtatorem, vt plenè traditur per Barto vbi etiam Bald Paul de Caſtro, Ioan de Imol & Rapha Cu in l Quoties, § Si duo, ſuprà de Hæredi inſti per Bald in dicta l Vna 7 col per Ange & Pau de Caſt in l Si ego, ꝟ de Iniuſto rup per Ludou Roma & Moder in l 1 C de Teſtam mili Tamen in caſu iſto teſtator indiſtinctè poteſt ꝓhibere ius non decreſcendi Nam illa dubitatio non verſatur circa legata & fideicommiſſa particularia, vt eſt glo ordinaria & ſingularis in l Dominus, § 1 ff de Vſufruct quam Barto commendat in dict § Si duo, & ibi Ioan de Imo dicit eam ſingu not à qua gloſſę opinione nemo vnquam reſilijt Sed eſt aduertendũ, quòd iſta illatio non concernit differentiam inter ius accreſcendi, & non decreſcendi ſed inter ius vniuerſale hæreditarium, & ius particulare legati Et ſic non ſat propriè hic adaptatur licèt ſit in ſe vera

Illud non prætereundum in huius materiæ propoſito, quòd licèt plures filij quoad legitimam cenſeantur coniuncti legali coniunctione abinteſtato, vt tenet Bart in l Pater filium, numer 15 ff de Inoffi teſta & probatur in auth Nouiſſima, eod titu C nihilo minus tamen inter eos eſt locus iuri accreſcendi & quibuſdam repudiantibus partes eorundem accreſcunt alijs Quod probatur Nam ſicut de iure antiquo filijs exhæredatis, quibus competebat querela, ſi vnus repudiabat, alter admittebatur ad totum per ius accreſcendi, vt in l Qui repudiantis, in princip & in l Si non mortis, ad fin & in l Si proponas, § vltimo ff de Inoffi teſtam Ita dicamus, quòd habeat locum ius accreſcendi in iure agendi ad ſupplementum, quod ſuccedit in locum querelæ inoffi teſtam Argu a ſurrogatione iuris agendi ad ſupplementum in locum querelæ ad eandem, vt in l Si eum, § Qui iniuriarum, cum alijs ff Si quis cautio Probatur etiã per caſum ſingularem in d l Siue libert', § Ex duobus, ꝟ de Iure patro 2 reſpon vbi patrono agẽti ad ſupplementum quia min' legitima portione relictum ſibi fuerat a liberto, accreſcit portio alterius repudiantis, id

38 eſt ius rumpendi per contra tabu † Si ergo in legitima inter patronos eſt locus iuri accreſcendi, vel non decreſcẽdi, multo magis idem dicendum in legitima filiorũ, quibus magis debetur, quàm patrono, vt in l Si quis legatũ, ad fin ff de Falſis, vbi glo & Bar id notant, & in l fin vbi Bald & Salic Paul & Moder C de Inoffi teſtam Probatur etiam Nam ſi legitima habet ius accreſcendi reſpectu totius hæreditatis, vt eſt communis concluſio Bart & antiquorum, necnon ſcribentium poſt Bar in præd auth Nouiſſima, & notant Bar & Bal & alij in l Quoties, C de Hęred inſti & Barto & Ioan de Imol in l Ex facto, la grande, ff eod ergo multo magis debet habere beneficiũ iuris accreſcendi, vel ſaltem non decreſcendi reſpectu alicuius portionis ipſiuſmet legitimę Quia vna portio legitimæ magis aſſimilatur alteri portioni legitimæ, quàm vniuerſitati

39 ipſius hæreditatis † Et in habentibus ſymbolum, id eſt ſimilitudinem, facilis eſt tranſitus de vno ad aliud, vt in l An inutilis, ad fi ff de Accepti & l In rem, § Item quęcũque, ff de Rei vendi l Sed cum patrono, ꝟ de Bono poſſ titu gene vbi not Albe citans Philoſophum Probatur deinde Nam ſi inter coniunctos ſola legali coniunctione, etiã in ſucceſſione particulari actu

& po-

& potentia, habet locum ſaltem ius non decreſcendi anomalum, vt ſ. latiùs oſtẽſum eſt, in intell iſtius tex quanto magis debet locum habere in legitima quę licèt ſit ſucceſſio particularis actu, tamen eſt vniuerſalis potentia reſpectu inquam iuris accreſcendi, per quod poteſt ad ſe trahere vniuerſam hæreditatem ne ſub ſit inconueniens de quo in ſ. ape dicta l Ius noſtrum, vt præ dixi
40 † Conſtat autem etiam in coniunctis ſola legali cõiunctione, in vniuerſali ſucceſſione locum eſſe iuri accreſcendi, vt in pręallegata l Seruus communis ab extero, ſ. de Acquiren hæ. e cum alijs, &c ergo à fortiori ſecundum noſtram nouam opinionem erit locus iuri non decreſcendi innominato & anomalo etiam in legatis particularibus, ſuppoſita coniunctione legali, de qua lex iſta tractat & ſic eſt bonũ ſimile in præſidium noſtræ nouæ cõſiderationis intellectiuæ ad hanc l

Tractatur in ſequen ti uſ. inde intelligentia famigerabilis l Mulieri & Titio

In fauorem tamen communis intellectus (vt ad pręmiſſa poſt longam intermiſſionẽ redeam) adduco text ſingul & difficilem in l Mulieri & Titio, ff. de Condi & demonſtrat vbi ſi mulieri & Titio vſusfructus legatus ſit, ſi mulier non nupſerit & eadem mulier nubat, & ſic pro parte ſua conditio habeatur pro reiecta & conſequenter habet partem ſuam purè inquit tex quòd etiam ſi Titius repudiet partem ſuam, non accreſcet mulieri ſtringit ille text in contrarium ſic eum inducẽdo Nam licèt mulier & Titius videantur prima facie & verbis & re coniuncti & ſic per coniunctionem hominis copulati re vera tamen ſunt coniuncti legali coniunctione propter conditionem tacitam, repetitam à lege in perſonam Titij Nam ex quo teſtator eam adiecit ſoli mulieri non potuit conditio illa extendi neque cenſeri adiecta Titio niſi per vim cuiuſdam tacitæ repetitionis legalis, vt probatur notanter & expreſsè ex l fi § Seio, ff. iſto titu Quem tex in repetitio[illegible] tacita ad applicationem & propoſitum prędicta l Mulieri & Titio, ita intelligit Pau de Caſ in l Quę cõditio, in prin col 2 eo titu de Condi & demonſtr Probari ergo videtur ex illa l nouiter & ſingulariter, quod ex legali coniunctione nõ eſt locus iuri accreſcendi & ſic pro communi intelle Tamen circa hunc articulum vide omnino quod dicam poſtea in verſic Præterea illud

Sed prædicta l non obſtat quia ſecundum communem Doctorum intellectum poſt glo ibi, loquitur in habente partem vſusfructus legati de iure ſpeciali Item & contra voluntatem teſtatoris ideoque ius accreſcẽdi ceſſat Ad quod l illa eſt in iure ſolitaria ſecundum Paul ibi. Cuius intellectus communis ratio aſſignatur duplex, ſecundum Bal in l 1 in prin C de Indicta vidui tollen. ſcilicet 1
41 † quia eſt quoddam ius diſpẽſatiuum contra voluntatem teſtatoris, & diſpenſationes ſunt odioſæ & conſequenter ſtricti iuris, vt in cap 1 & 2 de Filijs preſby in 6 & in l Cum propter, vbi glo & Bar ff. de Leg 1 præſtã Cum ergo illa l contra cõditionem expreſſam per teſtatorem in fauorẽ mulieris diſpenſet, vt ſpreta conditio ne admittatur ad partem legati meritò ius iſtud diſpenſatiuum non eſt aliquatenus extenſibile

Sed quamuis ratio iſta ad l illam ſoleat approbari communiter videtur tamen habere difficultatem hac de cauſa Nam conditio de non nubendo adiecta mulieri ſpernitur à iure nõ quidem principaliter fauore mulieris, ſed reipublicæ. tex. eſt ſing in l.

P Hoc

Hoc modo, eo titu de Condi & demonſtra ad ſi Dum ibi ad vebum dicitur, [*Legem enim utilem reipublicæ ſobolis procreandæ cauſa latam adiuuandam interpretatione*] Ex quibus verbis notat Bar ibi, quòd vbi tractatur de fauore publico debet fieri extenſio in ſtatutis Et colligit etiam ibi rationem Paul de
42 Caſt †legum prohibentium viduitatem induci, vt illud ſit reipublicæ fauore Sed ita eſt, quòd quantumcunque lex ſit priuatis odioſa ſi tamen illud odium procedat ex fauore reipublicæ, eſt amplianda, vt tenet notab Bart in l 2 § Exercitum, ff de His qui notantur infa & in l Quemadmodum, ad medium, C de Agrico & cēſi. lib 11 & Ioan de Imo & Ia in l Cū quidam, ff de Libe & poſth Cùm itaque in caſu de quo agimus vertatur principaliter reipublicæ fauor, debet extendi & interpretatione iuuari Et ad hanc conſiderationem in propoſito noſtro non memini ſcribentes aduertiſſe Cōfirmatur ex eo, quod ſingulariter tenet idē Bal in l Vna, § Vbi autem, nu 10 C de Cadu tollen †
43 Quòd ſi diſpenſatum ſit cū patre, q; poſsit duobus filijs ſpurijs legare alterutrius eorum portione deficiente inter eos, erit locus iuri accreſcendi Subnectit Bald rationem quia volūtas teſtatoris eſt fauorabilis & ampliāda Quod eſt valde accommodatum ad propoſitum noſtrum contra eiuſdem Bald rationem ad prædictam l Mulieri & Titio

in l Inſulam, ff de Præſcript verbis, vbi ſi vendam tibi inſulam abſque alia pretij deſignatiõe, hoc acto vt aliam reficias inſulam, talis venditio eſt nulla, & erit agẽdum ciuili actione prę-ſcriptis verbis ad intereſſe Nam propter defectum pretij, quod eſt de ſubſtantia contractus emptionis & venditionis, vt in l 1 cum alijs, ff de contrahen empt fit diggreſſio de venditione, in contractum innominatum, vt ibi De cuius l ratione in deciſione ipſius principali videndus eſt Soci licèt extra rem noſtram aliud agens, in l Si quis ante, ad fin ff de Acquir poſ Nam ego non affero in pręſentiarum l illam, niſi ad generalitatem poſſibilitatis transfuſionis vnius actus in alium Facit in idem tex in l Si vno, in princ ff Loca vbi propter materiã ſubiectam remiſſio mercedis, ob ſterilitatẽ anni ſub titulo donationis facta, tranſit in vim tranſactionis & ſic nihilominus ſi vbertas ſequenti anno qui non ſit poſtremus locationis, contigerit, peteẽ integra pẽſio, etiam pro anno in quo fuit facta remiſſio Quẽ tex commendat Panor in cap Cõſtitutus, ſuper gloſſ pe de Religio do & facit pro dicto Phil cuius meminit, Bal in l In ſuis, in fina verb repe ſ de Libe & poſth

13 † ſermones eſſe accipiendos, alias exquirẽdos iuxta materiam ſubiectam allegans Ariſto 2 Ethico Congruit etiam huic rei text. elegans in l ſi ff de condi ob cauſ vbi ſi dedi tibi pecuniã, vt mihi dares ſpeciem cum talis modus dandi pecuniam non loco pretij, quod pretium eſt de ſubſtantia emptionis, & venditionis necnon tranſlatio dominij ipſius ſpeciei vendita, ſit contra naturã venditionis l Ex empto, in prin ff de Actio emp & not Bart & Doct ſignã ter Alex Are & Iaſ in l Si à ſubſtituto, § Hæres, s tit 1 facit illã conuentionem tranſire in contractum innominatum, do vt des Sic igitur dicẽdum in re propoſita Conuenit etiam præmiſſis text mirabilis in l 2 § Si ſub cõditione, ff de Bono poſſeſ ſecundũ tabu vbi ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta, ea adhuc pendente, poteſt nihilominus petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tab Et ea defecta bonorum poſſeſſio ſecũdum tabu ſic petita transfundetur in bonorum poſſeſſionem contra tabu Quod eſt mirabile ſecũdũ gloſ ibi ac ſi de nigro fieret album ita in propoſito à ſimili dicendum

Denique in eandẽ ſententiam ſcilicet, pro prædicta tranſfuſione in ſimili poteſt adduci l cum manu ſata, § fin ff de contrahen empt & ſubtilis l Fundo legato, ff Ad leg Falc Et tex. notandiſſimus in l Proculus, ff de Vſufru cuius l caſum in forma propria dicit alibi non reperiri Bald ibi inferens vnum pronũtiatum valde ſing quod ſuper aſtra collocat Ludo Ro. in conſi 206 incip Licèt de communi *concluſione, col 2 Quod etiam in* ead l non referens Bald tenet Ange. de Peru frater ipſius pro valde nota. illud met dictum velut è peculiari & proprio pœnore depromptum commendans quod & ante eos & ſi non ita clarè, videtur voluiſſe Bart in l Ex hac ſcriptura, in 2 col in ver Sed contra prædicta, ff de Dona & Bal met in l Vbi adhuc, colũ 1 C de Iure dot & Alex in l Si conſtante, in princ ſ Solut matri Soci conſi 131 incip In pręſenti conſultatione 1 volu Qui omnes tenent quòd ſi teſtator reliquit vxori vſumfructum certæ partis bonorum & adiecit prohibitionem, ne venderet vel alienaret illammet partem bonorum per talem adiectionẽ viſus eſt etiam legare ſibi proprietatẽ illius partis vel rei, cui⁹ vſumfructum

Q reli-

reliquerat Ad quod vide in ſimili nõnullas concordantias, quas congerit Aret in l Senatus,§ fin de Lega 1 & Tho Ferra in 2 caute vltra Cępo Et limita ſing vt per Soci in prædict cõſi 131 & vide eũdem cõſi 64 volum 2 & iſte articulus ſic remiſſiuè tactus eſt valde vtilis & memorabilis in praxi Poſſet etiam ad prædicta adduci l Ex facto,in princ ʃ Ad Trebel iuncta l Filiusfamil § Vt quis hęredem,ſ tit 1 & l Quod debitori,ff de Dona cau mor & l Parui,ff de Condit fui & § Sed quia ſtipulationes,cum text præcedente & ſequente,Inſtit de Fideic hæred & in § Fuerat,Inſtit de Actio vbi eſt text optimus, iuncta l Vna,in prin de Rei vxo actio vnde ipſe efflu xit Et tex in ſimili in ratione ſui in c In præſentia,de Proba. vbi fideicom alicui relictum ſub conditione negatiua vel priuatiua, ſi abſq; liberis grauatus deceſſerit,expirat grauato religionem profitente & pertinet hæreditas ad monaſterium, vbi fuit profeſ ſus Et ſic conditio negatiua quodam modo trãsfunditur in affirmatiuam & diſpoſitio vnius formæ & naturæ concepta ſub vna conditione tranſit in aliam diſpoſitionem alteri⁹ formæ & naturæ conditione defecta Quod etiam probant alia iura, de conditione ſine liberis deficiente loquentia, vt per totum dict l Ex facto,cum pluribus alijs quanquam in his caſibus non ſit propria transfuſio, ſed potiùs ſubrogatio vnius diſpoſitionis validæ in locum alterius diſpoſitionis inualidæ penitus effectæ ob conditionis defectum Ex quibus luculenter depromitur nõ eſſe in iure nouum imò protritum, vnam diſpoſitionem ex cauſa rationabili in aliam transfundi, vel transgredi, ac tranſitum facere Et conſequenter verum eſſe quod ſuprà eſt concluſum ſcilicet, quòd ſiue teſtator ſoluerit legatum ſimpliciter,ſiue facta ipſius legati commemoratione illa ſolutio ſit irreuocabilis & faciat transfundi vim, virtutem,& effectum legati in actum donationis inter viuos effectualis & irreuocabilis Quod puto verum, quicquid in prædicto ſecundo membro,de quo ſuprà dixi,teneat Barto & eius aſſeclę

Non etiam obſtat ſi ex aduerſo in
14 ſimili dicatur, † quòd con uentio(vt alias dici ſolet) quæ fit ad contractum reſoluendum, non debet operari contrarium effectum,id eſt productionẽ actionis,vt in l Ab emptione, ad ſi ff de Pact & in l Venditi, C de Actio empti Nam ad id reſpon quòd iſta ſolutio legati, vel promiſſio de ſoluendo illud(nam ad hanc tendit difficultas) non eſt reſolutiua vel reuocatoria legati quin potiùs eſt confirmatoria ipſius & ad confirmationẽ & perfectionem eiuſdem inducta, vt ſ eſt ſæpe dictum ideo nimirum ſi inducat effectum productiuum,id eſt, ſi ꝓducat actum irreuocabilem,& habẽtẽ vim donationis inter viuos per modum(vt dixi)transfuſionis

Non etiam obſtat,quod dicit Albe poſt Ray aut Richar malum (quia litera Alberic eſt dubia, an ſonet Richar vel Ray )in dict l Legatum videlicet,
15 † quòd omnis traditio determinatur à cauſa præcedente. Et ſic cum in propoſito de quo agimus, teſtator ſoluerit ex cauſa legati, talis ſolutio vel ſaltem promiſſio intelligenda eſt reuocabilis, prout & legatum per iura ibidem ab eo deducta Quia adhoc reſpondetur, quòd tunc dicitur ſolutio vel promiſſio pura reuocabilis & regulanda ab ea cauſa ex qua fit,quãdo non colligitur alias,quòd fuerit facta ad alium effectum quàm ad reſoluendam ſeu diſſoluendam priſtinam obligationẽ.Sed in propoſito colligitur

tur de voluntate teſtatoris in contrarium,quæ(vt dixi) videtur fuiſſe facere actum irreuocabilem de nouo Nã videtur voluiſſe,q id quod poſt mortem erat acquirendum legatario ex cauſa lucratiua & reuocabili, ex nũc ex eadẽ cauſa acquireret ſibi irreuocabiliter & ſic ipſius tacita & coniecturata voluntas facit diſpoſitionẽ legati trãſire in aliã ſpeciẽ actus irreuocabilis Non obſtat etiam quod Bal tenet in l 2 nu 5 C de Iur dot & in l 1 nu 8 C Si quis omiſ cauſ teſta quatenus
16 dicit,† q etiã quando legatum ſoluit ſimpliciter p teſtatorẽ in vita, talis ſolutio videt tranſire in donationẽ cauſa mortis quia illa ſolutio videt habere relationẽ ad legatũ ad cuius cõſumationẽ & perfectionẽ requirit mors,vt in d l 47 de Adi lega cum ſimilibus Nam ad hoc reſpondetur,q præſuppoſitum rationis Bald eſt falſum quia ſaltẽ qñ ſolutio fit ſimpliciter, non videtur haberi reſpectus ad cauſam legati, vt præſupponit Bar in 2 membro prædictæ diſtinctionis,in quantũ(vt ſ retuli) vult, quòd requiritur expreſſa relatio ad legatũ Quo etiã caſu ſeu membro, ſuprà ſatis eſt oſtenſum talem expreſſam relationẽ factam ad legatum non obeſſe neq, eſſe impedimẽto, quo minus fiat trãſfuſio legati in donationem ſeu actũ inter viuos irreuocabilem, per extinctionem inquam legati Neque hoc caſu poteſt dici ſubrogationem fieri per donationem inter viuos,vt ſapiat naturam eius in cuius locũ ſubroga-
17 tur,id eſt,legati † Nã illa regula tenet eo caſu vel caſibus, quo vel quibus qualitas vel natura quæ ineſt, vel inerat primæuæ diſpoſitioni, poteſt adaptari ad diſpoſitionem ſubrogatam alias ſecùs Ita ſingulariter, in alio tamen propoſito colligitur ex verbis Barto in l Liberorum, num 15 ff de Verbo ſignific quod eſt veriſſimum ac ſummè notandum ad declarationem prædictæ regulę & aptatur optimè ad rem noſtram Nam cum donatio inter viuos ex ſolutione prædicta vel promiſſione pura inter viuos facta,quę eſt diſpoſitio ſubrogata,ſit differentis naturę & qualitatis a legato imò contrariæ quia altera diſpoſitio, id eſt prima legati eſt reuocabilis altera,id eſt ſecunda donationis, eſt irreuocabilis ergo non poteſt ſapere alterius naturã propter intollerabilẽ repugnantiam,quę inter eis reſultaret cũ duæ contrariæ qualitates non poſſint inuicem compati ſub eodem ſubiecto,quæ eſt regula naturalis,& probatur ex l Duob<sup></sup>, & l Si pariter,ff de Libera cau & in l Sed etſi,§ Item ſi plures,ff de Inſti actio vbi glo & Do cto & l. Pomponius, § Sed & is, ff de Procu in fi & l Hæc verba, ille aut ille,ff de Verbo ſign & l Si inter me,ff de Exceptio rei iudi & l Si ancillam, ff Pro ſuo,& l Nõ codicillũ, C de Teſta & l 1 C de Fur & in Auth de Mãda princ § Neque autem,coll 3 Nõ omittimus vnum eſſe addendum ad id quod de ſubrogatione fuit dictum, q illud procedit etiam ſi ſubrogatum diſcreparet in aliquo ab eo in cuiꝰ locum ſubrogatur nam nihilominus ſequetur,vel hauriet eandem naturam cum illo ſi nuquã eſt adaptabile, alias non,vt modò dixi Ita not Pau de Caſtro,conſi 73 incip Repetito, & conſi 265 incip Licèt iſta domina lib 1 & Dec conſi 190 incip Circa primũ dubium,col 3 verſ 4 hoc idem,& conſi 543 in caſu ppoſito,col 2 verſ 3 hoc confirmatur Et certè iſta fuit vera & propria intentio Bart in dict l Liberorũ,licèt iſti de eo non meminerint & ſic ex verbis ipſius probatur vtraq, declaratio ad illam regulam, ſubrogatus,&c vna ampliatiua, altera reſtrictiua

ctiua & hanc ſecundam priùs retuli, quam primã Præterea(vt ad id, quod Bald. dicebat, i edcã) nõ videtur illud procedere, quod de cauſa mortis do-
18 natione dicit † Quia ad hoc, vt talis donatio dicatur propriè donatio cauſa mortis, requirit ꝙ de morte fiat expreſſa & aperta mentio neq, ſufficeret fieri relationem implicitã ad mortem, vt in l Seia, § fi ff de Dona cauſa mort fina verbis, vbi glo & Bart Verba illius tex ſunt, [*Cum autem qui abſolutè donaret non tam mortis cauſa q̃ morientem donare*] Et ad rem noſtram ſatis appoſitè tex ille loquitur de infirmo donante, de cuius text intellectu remitto ad Decium in l Non omnis numeratio, in prin ff Si cert petat Et eſt aduertendum, quòd id quod ſuprà per me concluſum eſt in hoc puncto, procedit in dubiè in ſolutione legati actualiter facta, ſiue ſimpliciter, ſiue per relationem ad legatũ quia ſolutio eſt actus inter viuos præſentaneus ſua natura irreuocabilis præſertim quando fit à ſoluente ſcienter, vt in propoſito In eo autẽ quod præſuppoſui idem eſſe in promiſsione de ſoluẽdo legatum, intelligo de pura vel ſimplici, ſi legatum fuit purum Nam ſi eſſet in diem vel conditionale, non ſufficeret promiſſionem vel ſtipulationem eſſe ſimpliciter interpoſitam niſi expreſſim purè interponeretur quia in dubio intelligeretur ſecundũ naturã legati, ſuper quo eſſet interpoſita, vt in l 1 § Si quis ſub conditione, ỹ vt legato no caue vbi eſt tex in ſenſu directo Et licèt in ſenſu contrario videatur cõtra ſubdeclarationem, quam ſ proximè dixi ſi velimus inquam intelligere, ꝙ tex ibi præſupponat, quòd quando legatum eſt purum, ſtipulatio ſuper eo interpoſita ſapiat naturam legati & ſic ſit reuocabilis tñ nõ eſt ſumẽdum argumẽtũ à ſenſu cõtrario quia eſſet contra prædicta iura, & præſertim cõtra rationem, qua oſtendemus ſ ſubrogationem hoc caſu eſſe impoſſibilem Et non abs re, ſi quis rectè expendat, tex ibi poſuit exemplũ de actibus conditionalibus neq, eſt ad quid debeamus cõſiderare argumentũ à ſenſu cõtrario cũ nõ ſit de materia illius tituli id qđ ex tali argumẽto deſumeretur Quibus ꝑuerſis ſuppoſitis, † deci- 1
ſio Bal in d l Filia legatorum, nullo caſu poteſt procedere in quantũ tenet, quòd ſi pater in teſtamẽto leget filiæ dotem, & eam poſtea tradat nuptui, eamq, dotet, non tenetur filia talem dotẽ conferre, vtpote habitam titulo legati, &c Nã attẽtis præmiſſis cõtrariũ videtur verius & ſic quòd indiſtinctè eam dotem debeat conferre quia dotatio facta per patrem tranſijt in ſpeciẽ donationis inter viuos, quæ quidem ex cauſa dotis valet irreuocabiliter inter patrem & filiam, vt in l Pomponius Phyladelphus, ff Famil hercif Et eandem deciſionem Bal licèt alio medio ſeu motiuo, reprehendunt Sali Rapha Fulgo & Cor ibi, & Iaſ in l Filiæ dotem, nu 3 C de collat. ſ per deciſionem Bar in prędicta l Legatum, etſi Iaſ ſupradicta non tãgat quin potius in allegatiõe, quã de Bar ibi facit, non rectè ſentit quia imò deciſio Bal ſecundùm vltimum mẽbrũ Bart ſ quando cauſa legati fuit expreſſa in ſolutione poſſet ſaluari (quanq̃ ſuprà tenuerim contra illud) prout ef fectu & re ipſa eã ſaluat vno caſu Decius in d l Filiæ dotem, col 1

20 Ex quibus deduci poſſet, † quòd ſi pater hodie melioraſſet in teſtamẽto vel codicillo filium in tertia parte bonorum, quam ei aſſignaſſet in aliqua re certa & eam tradendo ex interuallo ſoluiſſet filio in vita, ſiue ſimpliciter, ſiue ſub prælegati cõmemoratione, talis memoratio fieret irreuocabilis.

cabilis & ſic extendatur lex 17 Tau
loquẽs in traditione rei, in qua fuit fa
cta melioratio,vel eiꝰ aſſignatio tẽpo-
re ipſius cõfectionis ad ſolutionẽ,quæ
ex poſtfacto fieret per patrẽ, nõ facta
priꝰ traditione rei melioratæ Et id qđ
dixi ſub commemoratione legati,qui
eſt caſus magis dubius licèt procedat
ſecundùm meam opi contra cõem tã
in illo caſu,q̃ in primo,qui eſt quando
ſolutio fieret ſimpliciter habeo ho-
die pro re cõperta & expedita per d l.
17 Tau quæ loquitur in melioratio-
ne facta per patrem filio, tam in vlti-
ma voluntate,quàm in contractu, &
ſub verbis ipſius legis comprehẽditur
vterq, caſus videlicet in ver [*Saluo*] &
quanuis in illo verſic non fiat relatio
ad caſum vltimæ voluntatis, de quo
in prin legis dixerat tamen debet ſu-
pleri per principium, vt in l Regula,§
ſi ibi,[*Nam initium legis generale eſt*] ff de Iu
21 ris & facti igno vbi not glo † quòd ſi
principiũ legis eſt generale, tota l eſt
generalis quod declaratur, vt per Ioã.
de Imo in l Si ita quis,§ Ea lege, ff de
Verbo obli & Iaſonem poſt alios in l.
Cùm hi,in prin tertio not ff de tranſ-
actio Sed maximè procedit in noſtro
propoſito, vbi eſt eadẽ ratio in vtroq,
caſu ſ actus traditionis poſſeſsionis p
quam ex diſpoſitione illius l meliora-
tio efficitur irreuocabilis Nihil enim
refert, quando traditur poſſeſſio rei
melioratæ, an melioratio fuerit facta
in contractu,an verò in vltima volun
tate Item,an fuerit facta ſimpliciter
an verò (vt dixi) ſub cõmemoratione
contractus vel prælegati Nam (vt ſu-
prà punctuaui) verba illius verſiculi
cõplectuntur vtrunq, caſum dũ dici-
tur ibi,[*Saluo ſi fecha la dicha mejora por cõtra-
cto entre viuos ouiere entregado la poſſeſsion de la
coſa o coſas enel dicho tercio cõtenidas,&c*] Quę
verba nõ vt ſonant, ſed per principiũ
ſuppleta,prout ſuppleri debent,cõcer

nunt vtrunq, caſum Siquidem illa l
quoad irreuocabilitatẽ non habet re-
ſpectum, niſi ad traditionẽ poſſeſſio-
nis quouis modo fiat,ſiue ſimpliciter,
ſiue ſub commemoratione diſpoſitio
nis iam pridem factæ per actum inter
viuos vel vltimę volũtatis Et ſi in præ
dicto verſiculo [*Saluo*]non fuit repeti-
tum de vltima volũtate, fortè fuit gra
tia frequentioris contingentiæ Nam
frequentiùs cõtingit traditionem rei
in contractum deductæ fieri, vel tẽpo
re contractus, vel poſtea q̃ ex vltima
voluntate, vbi raró contingit traditio
nem vel ſolutionem rei legatæ fieri
poſt ipſam diſpoſitionem vltimam cõ
fectã in vita teſtantis, & rariſſimè vel
nunquam tempore quo conficitur
22 Et † lex loquens gratia frequentio-
ris vſus vel contingentiæ nõ inducit
iuris miniſteriũ, vt ad illos ſolos caſus
frequentiores reſtringatur gl in Au-
then Caſſa & irrita, C de Sacroſan, Ec
cle. & in l 2 § Sed etſi extraneũ, ff de
Vulga. vbi Iaſ alias adducit. & eſt bo-
nus tex in l Per prouincias, ibi dũ di-
cit, [*Vbi hoc magis deſideratur*]. C de ædiſi.
priua Quãuis in practica fortè reſtrin
geretur lex illa per prædictum primũ
membrũ Bart, quando traditio vel ſo
lutio fieret ſimpliciter & non admit-
teretur adaptatio in ſecundo mẽbro,
quando fieret ſub commemoratione
actus præambuli vltimæ inquã volun
tatis, in qua fuiſſet facta melioratio.
Nam ſi per diſpoſitionẽ fieret inter vi
uos,non dubito, quin practicaretur il
la lex modò ſolutio fieret ſimpliciter,
modò fieret ſub cõmemoratione actꝰ
meliorationis præambulæ inter viuos
confectæ Nam † practica hodie ſequi 23
tur vt plurimum cõmunes opi vt ve-
nator leporem, vt aliâs inquit Bald in
l ſi in prin C de Nece ſer hære inſtit,
de voluntate teſtatoris, quã eodẽ mo
do iudex ſequitur, vel ſeq debet Sed

Q 3 re vera

reuera ea quæ prędiximus circa illum articulum veriora ſunt, ac iuri magis conſentanea & etiam in practica eſſent ſequenda cùm fuerint multis iuribus & vrgentibus rationibus fulcita, & optimè roborata.

Alia & tertia dubitationis cauſa (vt præmiſſa repetam) poſſet ad hũc tex. adaptari quę eſt quia cùm teſtator in teſtamento legaſſet, & ex interuallo abſq; legati reuocatione poſt ſolutionem eiuſdẽ deceſſiſſet, legatum (etiã ſi eſſet iam ſolutum) videretur per tacitam volũtatem remanere firmum & validum ſaltem per præſumptionẽ duplicationis vel repetitionis legati, deſcendentem ex tacita volũtate defuncti continuata, & vſq; ad mortem perſeuerãte Argu d l Qui ex liberis, § Teſtamento, ff de Bono poſſ ſecundùm tab Sed hoc non obſtante cõtra riũ hîc deciditur imò quòd in dubio nunquam præſumitur duplicatio legati, quando per teſtatorem fuit in vita ſolutum quamuis decedat cum eodem teſtamento & voluntate

Ratio deciſionis vltra Doctores poteſt eſſe quia talis volũtas tacita, quæ reſultat ex nõ facta reuocatione, quũ ſit actus negatiuus & dubius, vtpote ſubintellectus, non ſolet operari niſi duntaxat confirmationem alias conſeruationem vel durationem diſpoſitionis, non autem nouam inducere diſpoſitionem, vt in l Vel ſingulis, ff de Vulg & pup ſubſti & in l Cõficiũtur, in prin ff de Iure codi Quę ſecundùm verum intellectum loquitur in voluntate permiſſiua, vt tradit Bald in l Si emãcipati, § oppoſitione C de Collatio Quod expreſsim probatur ex tex cũ gl in l 1 § Sciendũ, ff tit 1 de de Legat 3 ibi, [*Vel dũ eis non adimitur* ] & ibi gl allegat in expoſitione ſua tex in d l Conficiũtur, in prin Et licèt verba illius literę in l Cõficiuntur, in prin videantur refragari dũ inquit, [*Sed ideo & fideicõmiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus quĩa creditur paterfamil. ſponte ſua relinquere legitimam hereditatē* ] Tamen ex quo illa eſt fictio, vt patet ex verbo, creditur, prout ibi tenet gl ordi nihil obſtat illa litera imo probat, q eſt voluntas permiſſiua & non diſpoſitiua vel inductiua nimirum, quia videtur habere orginẽ a priuatione i à nõ facta reuocatione quæ voluntas negatiua ſeu priuatiua modò ſit tacita, modò expreſſa, nõ diſponit vt in l Ex facto, parua, & l Si q̃s ita inſtituatur ſi legitimus, ff de Hęre. inſti & in l Cũ tale, § ſi ff de Condi & demonſtra Quod etiã tenet in effectu Bal allegãs ſolã dictam l Ex facto, in l 2. in fi C de Cõdi inſer dum dicit, q ex diſpoſitionib⁹ priuatiuis nõ reſultat habitus. Et ſtatim ſubdit cõmodè ad idẽ noſtrũ, q ex diſpoſitionib⁹ priuatiuis nõ reſultat affirmatio Et in materia exceptionis priuatiuę iſtud idẽ cũ limitatione tenet Bal in l 1 nu 19 in ver Sed nunquid priuatiua exceptio, C de Fur per l fi ff de Iure iurã & per id quod not Bar in l Decẽ, vbi poſt eũ nonnulla huic rei cõducentia tradũt Alex Are & Iaſ ff de Verb ob Ad præmiſſam Bal maximã facit l Fuit quæſtionis, ff de Acq hære Quem tex pulchrè allegat Bal in l Licet, ff Si quis omiſſa cau teſta

24 Quod † natura oppoſitorũ eſt, vt ſe inuicẽ tollant nõ autẽ vt ſe inuicẽ ponant Facit etiã l Legata inutiliter, ff de Adi leg, & in l Legata inutiliter, vbi not Bar & Docto ff titu 1 quas ll allegat Albe in l Petẽs, in gl 1 C de Pactis, q vnum oppoſitum non veſtitur ſeu roboratur ab altero Et ita eſt in propoſito, quòd cùm teſtator fecerit actũ contrariũ cõſeruationi ſeu durationi ipſius legati ſoluendo illud in vita ſi qua inquam voluntas reſultabat ex tali reuocatione ad ipſius legati confirmationem, alìâs con-

conſeruationem vel durationem cenſetur abolita, vel proprius loquendo non orta per tale factum ſolutionis quoniam voluntas facto, & quidē magis quàm verbis datur intelligi l Paulus reſpondet non tantùm verbis, ff Rem ratam habe & in cap Dilecti 1 de Appella & not gl & Docto in cap Cum ſuper, de Offi delega quæ gl allegat multa iura in verbo, confeſſus. Et facit in ſimili pulcher tex in ratione ſui in l Filiæ ſuæ, § 1 ꝗ de Cōd & demōſtra & in l Si donatæ res, § primo, ff de Dona inter virum & vxo præſertim quia actus ſolutionis, quæ fuit facta in medio i inter primam voluntatem diſpoſitiuā, in qua legatū fuit relictum & vltimam tacitam negatiuā ſ. non reuocationis, fuit actus (vt ita dicam) interruptiuus & impeditiuus poſtremę voluntatis etiam ſi fuiſſet (qui tamen per prædicta non fuit) nouæ diſpoſitionis repetitiua nā fuit quodammodo talis ſolutio mediū inhabile reſpectu extremorum i primæ voluntatis diſpoſitiuæ, & poſterioris tacitæ negatiuæ ſ. nō reuocationis ipſius Et eſt
25 in iure notiſſimū, quod † medium impertinens impedit extrema cōiungi. gloſ Bart & Docto in l Si indebitum, § 1 ff de Condi indebi l Tria prædia, ff de Seru ruſti præd l Martius, ff de Acqui rerū do l Qui Sella, § vltimo, ff de Serui

Quibus decurſis not primò ex hoc text ibi, *Cum commodis*, ſecundùm declarationem expoſitiuam textualē Bald. in quantum exponit i introitibus & emolumentis, allegans l. His verbis,
26 in § pe ꝗ titu 1 de Legat 3 † quod legans militiam ſuam non cenſetur legaſſe expenſas, quæ fieri ſolent pro introitu ad talem militiam vel ſimile officiū niſi per teſtatorē circa hos ſumptus aliquid *fuerit expreſſè* cautum Sed iſta expoſitio Bald & conſequenter iſtud notabile non videtur poſſe ſtare Nam licèt tex in dicta l His verbis, § penul recitet quandam clauſulam teſtamenti, vbi illi verba, Cum introitu, fuerant adiecta legato militiæ, & à ſenſu oppoſito videntur probare id qđ Bal hic in ſua expoſitione præſupponit, vt ſupra recitaui tamen text in § fina ſtatim ſequente probat clarè in ſenſu directo oppoſitum Imò quòd legata militia ſimpliciter, veniunt expenſæ vel ſumptus qui ſolēt fieri in introitu ad eandem, vnà cum alijs oneribus eiuſdem militiæ & ita eſt tenendum per text in eodem § fin iuncto eo quod gloſ ibi & Bart dicit, & probatur etiam aperta ratione Quia cùm aliquid eſt alicui relictum, videtur etiam relictum id ſine quo ad tale legatum perueniri non poteſt ſecundum ſummam Dy & Alben ibidem poſt Docto antiquos quæ loquitur circa id quod datur alicui pro matricula. Item infert Alberi poſt Iaco ibi argumen quòd quādo Epiſcopus conſecratur debeat dare conſecrāti & capellanis *proprijs & alijs* munera conſueta dari per tales cōſecratos, alias conſecrandos Idē dicit Bart. in coronatione Papæ & Imperatoris in l 1 in princi ff Si quis teſtamen. liber eſſe iuſſ fue & per eoſdem tex decidit Alberi in 1 parte ſtatutorum quæſtione 66 quòd valent ſtatuta collegiorum (alias capitulorum) Eccleſiarum cathedralium, quibus cauetur, quòd canonicus intrans de nouo eccleſiam teneatur dare vnū pallium eccleſiæ, vel vnum prandium alijs canonicis vel quibus cauetur, quòd nullus poſſit intrare niſi ſoluat centum pro introitu Sed reperio, quod in quātum illa deciſio loquitur de ſtatuto eccleſiaſtico reſpectu inquā dignitatis eccleſiaſticæ vel beneficij, reprehēditur per Feli. poſt Abb

in c Cùm M col 9 de Conſtitu & in quantum Abb ibi ſuper glo in verbo, *perciperent*, & poſt eum Feli faciunt differentiam inter ſtatutum & cōſuetudinem vi ibidem Deci nu 34 tenētem cōtrarium, quòd imò idem ſit in vtroq; & ſic vt neutrum valeat Et ad eandem rem vi eūdem Abb in c Dilectus 2 de Simo & Feli in cap Iacobus, eo ti Sed teneat (etſi iuridicè) De cius quicquid velit, mos prauus inoleuit & irrefragabiliter ſeruatur in omnibus eccleſijs cathedralibus, vt prędicta *ſoluantur* & vtinam alia rigidiora ſapientia philargiriam non fierent.

Secundò not ſecundùm Docto q; 27 licèt regulariter † per alienationē voluntariam factam de re legata extinguatur legatū l Fideicōmiſſa, § Si rē, ꝭ ti primo. & in § Si rem, Inſt de Leg tamen illud procedit, quādo res legata eſt ſimpliciter vel præciſè Secùs ſi ſub alternatione ęſtimationis vt in caſu iſtius tex & ſimilium Eo enim caſu probatur hîc, quòd per alienationem voluntariam legatum non cēſetur reuocatum, cōiuncta gl. in ver Reliqui, quam Docto. cōmuniter approbant, & commendant pro not Ratio iſtius notabilis videtur eſſe in prōptu quia ex voluntate teſtatoris æſtimatio videtur ſubrogata loco rei legatę Vnde *licèt alienatio facta* fuerit voluntariè de eadē re legata nihilominus tñ remanet legatū quoad æſtimationem. Argu tex. ſing in d l. *Filiæ ſuæ*, § 1 de Condi & demōſt ex qua probatur, q; licèt in particularibus pretiū non ſuccedat loco rei, vt per gl Cy. Bal & Docto in l Mater tua, C de Rei vendi & per gloſ & Docto in l Si rem & pretium, ff de Peti hære tñ ex voluntate defuncti ſuccedit Et ad hoc notatur ille tex. in d § 1 pro not & ſing per Soci & Docto ibi Eſt tamen bene ſignādum id quod Ange de Perig. hîc ſubijcit videlicet, quòd iſta alternatiua, lego rem, vel æſtimationem ipſius, non eſt tantę virtutis vel efficaciæ, vt tale legatum dici poſſit propriè alternatiuum ob magnam conformitatē, quā habet res cum ipſiuſmet ęſtimatione, & ècōtra, vt in l Si ſtipulatus es *opus*, ff de Fideiuſſo & quia talis æſtimatio eſt intereſſe intrinſecum, id eſt intra rem, vt per glo Non ſemel, vbi Bar & Docto idem notāt in l Vna, C de Sentē quæ pro eo quod intereſt profe nā ſi eſſet propria alternatiua inter ſpeciem & quantitatem, ſoluta per teſtatorē ſpecie, hæres teneretur poſt mortem teſtatoris ſoluere quantitatem legatario l Huiuſmodi, § Si Titio, el 2 ꝭ tit primo Quem tex Alex & Aretin' ibi dicunt fortè non eſſe alibi ſed ſatis concordat tex in l. Non quocunq; in fina verb eo tit quem ibi glo adducit & ita ſoluitur cōtrarium, quod de illo text ad iſtum poſſet formari Vel aliter pōt dici, vt per Bart & Doct ibi, q; in iſto textu fuit legatum ſimplex, quod recidit in idem Nam Bar & Docto ibi dicūt, quòd teſtator dedit hîc totum quod legauit ibi partem Et iſtud declaratur per id quod ſuprà eſt dictum Sed quod de parte dicit Bar quoad illum text non placet, imò verior intellectus eſt, quòd ibi teſtator ſoluit rem nondum debitā & ex quo deceſsit cum eadem volūtate, obligatio quę aliâs erat futura alternatiua inter ambas res, affecit reliquam rē non ſolutam Et iſta videtur eſſe propria intentio illius tex Et eſt conſiderādum, quòd idem Ange & Docto hîc cōmuniter intelligunt iſtum tex *cum diſiūctiua* & ſic, q; teſtator legauerit militiam vel eius æſtimationem quæ ex venditione ipſius poſſet redigi. Et ſi fortaſſe quis dixiſſet (prout habetur litera communiter) quòd legauit rem ſeu æſtimationem & quòd dictio, ſeu,

eſt

eſt coniunctiua vel ampliatiua l Si quis ita legauerit, ff de Auro & argen. lega nihilominus tamen hoc caſu debet neceſſariò intelligi diſiunctiuè prout iſta litera paulo inferiùs eſſe declarat Et probatur etiam hoc caſu tali ratione, quæ ſuprà fuit tacta videlicet Nam cùm teſtator legat rem ſeu æſtimationem, non poteſt cenſeri voluiſſe ampliare legatum propter maximam cõformitatem (vt dixi) vnius partis alternatiuæ ad aliam cùm (vt *prædixi*) *æſtimatio* rei ſit intereſſe intrinſecum & teſtator non videtur habuiſſe reſpectum, niſi ad alterutrum i ad rem vel ad ipſius æſtimationem ideoque non videtur teſtator voluiſſe duplicare legatum Imò fortiùs iſto caſu videtur duplicatio *impoſſibilis* quia teſtator retulit ſe ad æſtimationem rei legatæ, quatenus res venderetur, vel poſſet vendi & ſic noluit legatarium conſequi æſtimationem militiæ niſi in defectum non præſtationis eiuſdem militiæ i quando hæres noluiſſet eam dare vel vendere, & eo dũtaxat caſu quo quidẽ caſu apertè liquet intentionẽ teſtatoris fuiſſe velle legatariũ cõſequi alterutrum i. vnũ pro alio, hoc eſt vnũm alterius defectum Et iſtud eſt quod iſte tex paulò inferiùs declarat dum dicit, [*Cui militiam illam vel pretiũ eius dari voluerat*] Et ſic quod in principio dixit cum dictione, ſiue, ponit poſtmodum declaratiuè cũ dictione diſiunctiua, vel Et per hoc poteſt expeditè ac notã limitari dicta l Si quis ita videlicet, quod dictiones, ſiue, & ſeu, ampliant vel augent niſi de voluntate teſtatoris rationabiliter coniecturata, ex materia ſubiecta apparuit teſtatorem non habuiſſe animum augendi legatum, vt eſt caſus in hac L videlicet, quando talis dictio, ſiue, vel ſeu, ponitur inter ſpeciem legatam, & eiuſdem ſpeciei æſtimationem *Tunc enim* vertitur in diſiunctiuam ob maximam extremorum cõformitatem adinuicem i. ſpeciei & æſtimationis ipſius Quod non recolo alibi vidiſſe punctuatũ in propoſito d l Si quis ita Quæ quidẽ cõſideratio habet locum licèt in iſta litera non eſſet interiùs poſita dictio, vel per quam (vt dixi) apertè declaratur dictionem, ſiue, in principio poſitã accipiẽdam eſſe alternatiuè Et ſic quando alias ponitur dictio, vel, declaratiuè, vt in præſentiarum fuit poſita, poteſt dici, quod etiam limitetur eadem lex videlicet, niſi declararetur per dictionem alternatiuam, vel infrà poſitam per hunc text Sed iſtud minus habet dubij Et circa id quod *in* principio iſtius notabilis dixi de alienatione voluntaria & neceſſaria, notandum eſt, quòd gloſ quam ibi ponderat, & improbat Bart in l Rem legatam, ff de Adi lega. in ſi tenet, q
28 † alienatio ex cauſa neceſſaria dicatur fieri, etiam quando fit voluntariè ſi tamen fiat per titulum oneroſum Sed ex cauſa voluntaria dicatur fieri, quando fit per titulum lucratiuum, quæ eſt mirabilis & extranea conſideratio *& eam inuenio approbatam* per l Partitæ, vt in L 17 titu 9 Part 6. iuncta l 40 eod titu Quæ leges non videntur recipere congiuam declarationem ab opinione cõmuni gloſſarum & Doctorum loquentium de iure communi, & volentium quòd cauſa neceſſaria reſpiciat neceſſitatem *perſonæ alienãtis* vel rei familiaris eiuſdem voluntaria autem minimè, cùm prædictæ leges Partitæ habent claram conſiderationem ad differẽtiam inter titulum oneroſum & lucratiuum, ſequendo opinionem particularem prædictæ gloſ. non verò habent ad aliam cauſam extrinſecam aliquem reſpectum Adhuc

Ad l Par 17 tit 9 Par 6.

tamen crederem leges illas (quoad alienationem inquam inter viuos nō lucratiuā) reducēdas eſſe ad terminos iuris cōmunis ſ an alienatio fuerit facta ex cauſa volūtaria, vel neceſſaria. Quia licèt verba videātur aliud ſonare, intentio tamen earum fuit dicere idem quod dicit prædicta lex Rē legatam videlicet, ꝙ inter alienationem inter viuos non lucratiuam & lucratiuam hoc interſit, quòd in prima diſtinguitur cauſa neceſſaria à voluntaria in ſecunda autem minimè quia in hac lucratiua cauſa non poteſt veriſimiliter cadere cauſa neceſſaria mouens donantem eundemq́, teſtatorem qui talem rem legauerat Donatio n à mera liberalitate procedit & cùm ex ea nihil commodi donans ſit conſecuturus, nō poteſt dici, quòd fiat ob neceſſitatē rei familiaris, prout prædicta lex Rem legatam, vult in effectu in illis verbis, [*Quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit*] Et ita eſt verum, & tenendum & ad prædicta iura ſ legem Rē legatā, & leges Partitæ vide Soci ea limitantem in l Si in diem § Seruo, ff de Condi & demonſtra non procedere in legato libertatis, vt per eū ibi notabiliter declarantem vltra quem vi tex not idem probantem in l Verum eſt, ff de Manu teſta prout declarat eū Ioā de Imo in l 3 § 1 ſ de Hæred inſti & vltra alias declarationes, quas ad prędictos tex in d § Si rē, l Fideicōmiſſa, & § Si rem, Inſti de legatis, tradūt Bal Pau de Caſt & Mod videlicet Alex Cor & Iaſ in l 3 C de Legatis Videndus eſt ſingu Albe in dicta l Filia legatorum, eo tit vbi poſt Nico de Mata tenet per illum text
29 cum l. fina C de dotis promi quòd † iura prædicta & ſimilia dicentia per alienationem neceſſariam rei legatæ non extingui legatum, non procedāt in alienatione, quę fieret ex cauſa neceſſaria, deſcendente ab obligatione legali, vt in caſu dictę l Filia legatorū Quod reputat ſingulariter not Iaſ ibi Et ex hoc reddūtur dubia duo exēpla poſita per Bald in eod § Si rem, in quantum exemplificat cauſam neceſſariam in coactione ſuperiorum, vel in timore coactionis eiuſdē Quæ exempla non videntur procedere quia cùm eiuſmodi coactio ſit, vel prę ſumatur eſſe, vel ſperetur futura eſſe iuridica, vt in l Cōtinet, § 1 ff Quod metus cau quam Bal allegat in l Sub prætextu, C de Hæred actio & not gloſ & Doctores ſignanter Alexan. in l Cùm aliquis, C de Iure delib & Barto in l Qui in aliena, § fin ſ de Acquiren hære in terminis fortioribus meritò cenſeri debet neceſſitas cuiuſdam obligationis legalis, & non meticuloſa coactio Poſſet tamen quod Bald inquit verificari in coactione tyranni vel intruſi, iuxta ea quæ traduntur per eundem Bald Alberi & Salicet in l Decernimus, C de Sacroſan Eccle & Barto in tracta de Tyrā. Sed iſta non eſt bona excuſatio, quia non loquitur hoc caſu Cogita in hoc, ꝗa non reperio iſtud tactum neque punctuatum contra Bal

30 Tertiò nota, † quòd in dubio non videtur teſtator voluiſſe legatum duplicare & ſic neq, grauare hæredem duplici præſtatione, ſecundùm Bald. & Doctores Ad quod etiam eſt text. in l Titia cum teſtamento, § Qui in vita, ff eod titu quod eſt verum etiam ſi ex parte legatarij daretur vel concurreret cōiunctio ſanguinis vnà cū cauſa pietatis, putà dotis, vel alia, vt ibi probatur, & in l Huiuſmodi, §. Cùm pater, vbi notat Iaſ. ſuprà titu 1 Ratio eſt in promptu Nam cùm legatarius prætendat merum lucrum, & hæres propter aditionem hæreditatis poſſet incurrere damnum, vt in l

in l Si hæreditatem, ff Mandati, nimirum ſi lex habuit conſiderationē ne in dubio faueret legatario contra hæ
31 redem & quia ex iuris regula † hæres in vno grauatus in alijs eſt releuādus. l Eum qui, in prin cum ſimi ff de Iure iuran igitur, &c Nam & videmus, ꝙ etiam ſi legatum de ſe ſit fauorabile, & conſequenter ampliabile tamē reſtringitur fauore hæredis, vt minus q̄ fieri poſſit hæres grauetur l Idem Iulianus, § Scio, cum ſimilibus, s titu r. Alias ponitur illa lex ꝑ § legis Apud Iulianum, quæ illam præcedit
32 Quartò not † ꝙ præſumitur duratio voluntatis in diſponente ſuper aliquo actu & ſic in dubio non præſumitur voluntatis mutatio, niſi per allegantem ipſam mutationē illa probaretur Ad quod poſt gloſ addit Bal tex in l Cùm tacitum, quæ eſt tertia in ordine, ff de Proba & l Quinquaginta, eiuſdem tit per quā dicit Bart in l 2 col 6 n 16 C Quæ ſit longa cō-
33 ſue ꝙ † conſenſus dicitur cauſa continua Facit l In confirmādo, ſ de Confirma tut quā etiam Bal hìc adducit Ex qua vltra hoc etiā probatur, quòd quando ſubeſt cauſa ob quā voluntas veriſimiliter debeat præſumi digna reuocatione, tunc non prȩſumitur cōtinuata, neq, durare quæ eſt optima declaratio & limitatio ad prædictā regulam & allegationem cōem de hoc tex & de alijs iuribus ĩ allegandis in huius notab comprobationem Quā limitationē interiùs ſublimitabo & eam tenet etiā Bal hic allegans l Si filia, ſ tit primo, in argu in limitatione cuiuſdam deciſionis Old quā Bar ſequitur Ad quod eſt etiā bonus tex in l Si cū Cornelius, & in l Cùm quis, in prin ff de Solu vbi ſecundum Bar & Doctores probatur, quòd è veſtigio ꝙ ſubeſt iuſta cauſa reuocandi mandatum, illud cenſetur reuocatum Præterea ex dicta l In confirmando, probatur ſecundū Bal ibi, ꝙ faciliùs præſumitur durare voluntas de proximò, q̄ de longinquo quamuis etiā de longinquo prȩſumatur durare niſi ſubſit cauſa de nouo in contrarium, vt prædixi quod apertè probatur ex l Sancimus, C de Teſta vbi eſt caſus ſingularis in ipſius deciſione de cuiꝰ intellectu ĩ tāgetur Et infert Bal hic, ex hoc
34 tex apparere ꝙ † præſumitur ſemper voluntas eſſe vniformis niſi cōtrariū ꝓbetur, hoc eſt, niſi mutata vel reuocata oſtendatur Ad idem vltra glo & Bal videtur tex not in l Nunquam, § Si vi, in ver [Seruus], ff de Vſucap vbi dicit Bart pet eum probari deciſionem Theologorū, de qua etiam tāgit Pau de Caſt in l Si is qui animo, ff de Acqui poſſ Sed quia non bene probatur ibi ex quo per animum dñi ſuppletur voluntas, & animus ſerui in furore cōſtituti ideò vi tex in c Maiores, in verbo, [Dormientes] de Bapti vbi gl fuit memor huius tex Et certè deciſio Theologorū prædicta eſt rigida, quinimo terribilis Et vi tex in c Licet, de Procura in 6 quem cōmendat Vincē de Hercu de Peru in l 1 § 1 col 4 ff de Ver obli ad quem etiam vide Bald in l Deberi, C de Fideico lib & ad prædictum not quod in prin ex hoc tex deſumpſi, vi tex cū gl in l Cū hic ſtatus, in prin ff de Dona inter vi & vxor in ver [Autoratio] vbi Bar not quòd in eadem voluntate prȩſumitur quis durare vel eſſe vſq, ad mortem niſi appareat eum diſpoſuiſſe contrarium ante mortem Et vi remiſsiones Alex ibidem in addi & vi l Lucius, la vltima, § Lucius, ſ iſto tit

Deciſio Theologorum

Hinc colligitur ratio not ad prædictam l Singu Sancimus, in primo
35 dicto vbi dicitur, quod etiam † ſi teſtamentum fuerit confectum per teſtatorem à decennio citra ante mortem

tem ipſius ſi teſtator illud non reuocet tale teſtamentum mortis tempore remanet firmũ & validum non obſtante temporis longinquitate Et iuxta id quod in limitatione iſtius quarti notabilis prædictum eſt, debet cõſiderari, q̃ illud non procederet quoad præſumptam reuocationem inſtitutionis hæredis elicitam ex verbis teſtamenti ad quam reuocationem nõ ſufficit ſola teſtatoris pœnitentia, etiam expreſſa niſi ſigillatim reuocetur in teſtamento, & vlterius inſtituatur ali' hæres, vel teſtator declaret ſe velle ab inteſtato decedere, vt in § Ex eo autẽ ſolo Inſti Quibus mod. teſta infir. iũcta declaratione Bart in l Si iure in ver Quero præceſsit, ꝟ ti 1 ꝺ Le 3 vbi allegat illũ text & facit quod idẽ Bar. notat in l 1 § r ad fi eo ti & probatur etiam ex eadem l Sancimus 2 dicto. Sed quoad mutationem volũtatis reſpectu legatorum & aliarum diſpoſitionũ particularium ſufficeret ſuperuenire præſumptiuè iuſtam cauſam reuocationis l 3 ad fi cum l ſequẽ ꝟ de Adimen lega Item reſpectu reuocationis tutellæ, vt in prædicta l In cõfirmando, de Cõfirma. tu. Si verò poſt reuocationem inſtitutionis vel teſtamẽti ſimplicem laberetur decenniũ ſola talis reuocatio ſine alia inſtitutione hæredis aut alia declaratione ſufficeret, vt in eadem l Sancimus, in prædicto 2 ipſius dicto quod nõ eſt alibi ſecundùm Docto ibi Et illud quod Bar. dicit in d l Si iure, in eodem ver Quæro præceſsit, approbat & fulcit Alexã. in l Si ita ſit ſcriptum, § Regula ꝫ de Libe & poſthu Et ad ſupradicta vide quod nota dicit Bald hic de amicitia & inimicitia, quod etiã ſequitur Paul. de Caſt licèt eum non referat Et vide quod Decius tenet limitans prædicta conſi 163 col pen poſt prin vbi in effectu vult, quòd licet quis non præſumatur repentè voluntatem mutare l Non ad ea, ꝟ de Condi & de & in dicto c Maiores, & idò ſuſpectus † eſt 36
teſtis qui deponit de ſubita voluntatis mutatione quia in teſtibus attenditur id quod eſt veriſimile ca Quia veriſimile, vbi not Abb cum ſi de Præſumptio Tamen hoc ceſſaret, ſi deponeret de repentina voluntatis mulieris mutatione per text in cap Forus, de Verbo ſignifica Quod dicit eſſe not & fortè alibi non eſſe lectũ And Tiraquell in opere ll connub char 104 2 pagi. ad fi Et vide quod in ſimili notat Bar in l Gaio, in prin ꝟ de Ali & ciba. lega. cui' deciſionis verificatio pendet ex his quæ ſ fuerunt deducta.

In gloſ Commodis, not. ex hac gl iuncto tex ſecundùm Bart. & Docto quòd etſi aliàs † fructus & cõmoditates perceptæ ex rebus legatis viuente teſtatore, non cedãt commodo legatarij l Cùm pater, § à filia, ꝟ eo. Si tamẽ teſtator expreſſit, ſe legare rem cum ſuis commodis tunc omnia proficiẽt legatario, etiam percepta ante mortẽ teſtatoris poſt teſtamentum tamen confectum, reperio etiam Bal in ſimi li, quem nemo hìc adducit in l vlti ad fi C de Vſu & fructu lega. dicẽtem, q̃ qñ teſtator legat rem, & eam ſoluit, & tradit in vita ipſi legatario eo caſu oẽs fruct' percepti à die ſolutionis vel traditionis pertinent ad legatarium per l Fdeicõmiſſa, § Si habenti, ꝟ titu 1 de Legat 3 Et cum Bal tranſit Cor ſimpliciter ibi poſt princi Et videtur eſſe vera & notanda deciſio ad huius l declarationem primo reſponſo quãuis rationem eiuſdem Bal ſuprà non tenuerim, in quantũ tãgit de donatione cauſa mortis Sed tenẽdo qđ ſuprà tenui, videlicet, q̃ talis traditio operetur indiſtinctè transfuſionẽ in donationem inter viuos irreuocabilem, multò à fortiori eſt vera deciſio Bal 37

Not ad huius l declarationem

Et ſi

Et ſi obijciatur, quod ſecundũ præ dictam deciſionem Bal non deſeruit de aliquo id quod not Docto ex tex & glo hic imò faciat in oppoſitũ Ad hoc eſt dicendũ, quòd gloſ iſta eſt intelligẽda in caſu huius tex ſcilicet vbi fuit factum legatũ de re vel æſtimatione ipſi⁹ alternatiuè quo caſu oportuit teſtatorem exprimere de cõmodis, ad hoc vt in legato venirent fruct⁹ & cõmoda in vita ipſius percepta quia non erat legatũ præciſum neq; ſoluta fuit ipſa res legata ſed æſtimatio ipſius Præterea, verba illa, [*Cum ſuis commodis,*] in hoc tex poſita, ſunt narratiua facti quia ſic de facto accidit Sed quando res aliqua legaret̃ pręciſè, nõ ſub alternatione, & ſoluta fuiſſet in vita teſtatoris, vt in primo reſponſo huius l non eſſet neceſſe apponere in legato illa verba, [*Cum ſuis commodis*] per dictam deciſionem Bal memorabilem & ſingu cuius cæteri Docto non faciunt ibi mẽtionem excepto Cor vt dixi Et ſic videntur cũ eo tacitè trãſire Et quãuis iſtud videatur cõtra intentionem Doct hìc ſuper gloſ. tamẽ fortè ipſi loquuntur magis generaliter ſcilicet, etiam in caſu vbi res fuiſſet præciſè legata, & teſtator nõdum ſoluiſſet eam, vt patet ex exemplo poſito per Pau de Caſtr Quo etiam caſu eſt verũ dicere, ꝙ requiritur teſtatorem expreſſè cauere de cõmodis Et ſic glo loquitur, vt dixi, in ſecundo caſu iſtius tex & Docto extendunt etiam ad caſum proximè relatum quã do res pręciſè legata nondum fuiſſet ſoluta in vita teſtatoris & legatarius poſt ipſius mortem poſceret commoda percepta in vita teſtatoris quia nõ poſſet, niſi teſtator eam ſibi legaſſet cum ſuis commodis

Quomodo debeat intelligi hæc glo

In glo voluiſſe Cum hac glo trãſit Bart eam declarans vt per ipſum. quæ tamen opinio non placet Ioan. de Imo neq; Pau de Caſt qui loquitur clarius Dic vt per eum, cuius opinio & declaratio bene ꝓbatur ex dicto § A filia Quod etiam vult Bart per illum text in l Fideicommiſſ. § Si rem, infrà titu i & debet ſubintelligi per id quod ſingulariter dicit Rapha hic

Quoad glo ſequentem in verb Reliqui, dic, vt per Bart & Doct & tetigi ſ. in textualibus

Quoad quæſtionem per Bart poſt Docto antiquos motam, & per alios Docto poſt Barto diſcuſſam, deciſio

38 Bar eſt hæc Quòd † ſi pater filiæ legauit ducenta pro ea maritanda vel pro ſua dote, & in vita ſua pater met eam maritauerit, datis ſibi ſolis centum, poterit filia petere alia cẽtũ reſidua per tex hic ſecundo reſponſo Quia ſecũ dũ Old per eum adductum legatum factũ certa quantitate taxata non minuitur per adiectionem cauſæ, vt in l. Creditor, § Si inter, ff Mandati, & in l. Lutius, ꝟ de Alimen & ciba lega. ad quam theoricam generalem Oldra. vide alia iura allegata per Bal hìc, qui per dictam l. Lutius, tenet idem, quod Alberic tenuit in l Cum oportet, §. Non autem, C de Bon quæ liber per dictum §. Si inter, vt retuli ſ. eod in l Si quis Titio, ver Simile videmus. Sic ergo quando per patrem legantur ducenta ipſi filiæ pro ea maritanda & ipſemet tradit eam nuptui cũ ſolis centum licèt cauſa legati ſit finita non tamen nocet ipſi legato poſtquam fuit factum expreſſa & taxata certa quantitate, vt eſt iam dictum Sin autem (inquit Barto) legatum eſt factum appoſita illa cauſa nomine dotis vel pro dote & tunc ſecundum eum res non eſt ita dubia quia filia maritata indubitatè cauſa legati nõ eſt finita cùm dos poſſit etiam conſtante matrimonio auge-

ri,&c & in his verbis(prout cõiectura alſequor)non videtur Bart facere differentiam, an legato certæ quantitatis per patrem filiæ ficto adijciatur cauſa ad eam maritãdam aut pro ea maritanda, vel adijciatur cauſa ꝓ dote,vel nomine dotis Sed intentio ipſius fuit dicere,ꝙ quando per patrẽ filię legatur certa quantitas ad eã maritandam & in vita eam maritauit cũ minore quantitate licèt ſit dubium, an reſiduũ poſſit petere, eò quia cauſa videtur finita quia tamen fuit certa quãtitas expreſſa ſeu taxata,expreſſio cauſæ nõ coarctat legatũ Sed quãdo legãtur cc nomine dotis vel pro dote,tunc non vrget tantũ dubium. Nam etiam iſto caſu debebit legatũ, eò quia non cenſetur, vel non debet cẽſeri limitatum per dotationem in vita factam cum minori quantitate: cùm adhuc duret cauſa dotis ſcilicet augendæ conſtante matrimonio Et iſta videtur vera & propria intentio concluſionis Bart & ſic patet apertiſſimè,ꝙ dum Bart in primo mẽbro dicit,qa ea maritata eſt finita cauſa, debuerat dicere excluſiuè licèt ea maritata ſit finita cauſa Nõ enim ratio, quam ſonat litera Bar (quę revera eſt deprauata)eſt fundamentalis, quoad id quod ipſe dicit Imò de directo refragatur,vt patet ex membro ſtatim ſequẽte ſ citato Et ita(vt prędixi velle Bar )eſt de intentione Alex in dict. l.Huiuſmodi,in eod § Cùm pater 3. col in ver Si verò minus, iuncto ver Sed iuxta hoc,poſt Io de Imo ibi col 1 vbi ponit vtrunq, caſum videlicet, quando cauſa fuit adiecta legato certæ quantitatis pro filia maritanda itẽ cauſa pro dote Et in vtroq, tenet idẽ iuris eſſe ſcilicet,ꝙ debeatur ipſius legati reſiduũ quãuis ſecundũ Alex.ibi Bal Sa & Pau in d l Filia legatorũ,intellexerint Bar hìc,ꝙ tenuerit cũ Dy. vbi quãtitas dotis nomine vel pro dote expreſſa fuiſſet Sed revera, vt Alexan ibi dicit,Bar hìc tenet cũ Old etiam iſto caſu q̃uis dicit iſtum caſum eſſe minus dubium, vt prædixi Et in hoc ſtat differentia inter hos duos caſus, quòd vnus habet minus dubij q̃ alius Et ita eſt tenendum,cùm iſta ſit opinio cõmunis quãuis Pau de Caſt hic & perperã referat Bar ponere differentiã inter vnum caſum & alium qui tamen revera non ponit differẽtiã ſubſtantialẽ, ſed duntaxat quoad maius & minus dubiũ, vt prædixi Et ea quæ differunt ſecundũ plus & minus nõ differũt ĩ ſubſtantia, vel eſſentialiter l fi.j de Fundo inſtru Et licèt idẽ Pau teneat indiſtinctè opinionẽ Dy nõ eſt curandum quia ipſius fundamẽtis reſpõderi & ſatisfieri põt ex remiſſionib⁹ traditis per Alex in d § Cùm pater,loco ſ citato Et ex prædictis etiã apparet,quantũ abs re propoſita extrauaget Iaſ in d § Cùm pater, col pe vnà cũ vlt in recitatione dictorũ Barto hìc necnõ in reſolutione in quantũ tenet contra Bar Conſimiliter in allegatione dictorũ,Bar hìc nõ mediocriter hallucinatur & toto (vt aiũt) cœlo errat Corneus(vt ex collatione lecturę Bar cũ lectura illius patere poteſt cuiuis etiam per tranſenam(vt aiunt) inſpicienti, in d l Filia legatorum,referendo prędictã differentiã vt Bart quã tñ ipſe nõ facit inter cauſam dotis adiectã legato, & inter cauſam illã ꝓ filia maritãda Iſta tñ differentia,quã Docto referũt,poſſet vno caſu procedere, de quo tradit & dubitat Cor ibidẽ poſt Pau de Caſtr ab eo relatũ, qui quidẽ Pau in mea lectu hoc nõ dicit Reſolutio ſit, ꝙ opi Bar & Old eſt habẽda ꝓ vna & eadẽ, necnõ tenenda pro cõmuni & vera quã vt cõem ſequunt oẽs Doct ĩ prędi locis exceptis Io de Imo in d § cũ pater,

Error Cor

Reſolutio

pater, & Paul de Caſtr hîc Et eam ſequitur Decius conſi 81 incip In caſu propoſito, col ñ quẽ vide, caſum iſtũ, & alium not extendentem & demũ reſtringentem eundem caſum

vt indig quā Bar ſequitur, & comen-
dat in l 1 ff ęo & citat Bal in d nu 34
ꝙ ſi hęres vniuerſalis poſt mortē teſta
toris cōmixcuit ſe vxori ipſius ob qđ
flagitiū, ſi teſtator viueret, induceret'
inter eos inimicitia capitalis, vt in c 1
§ Itē ſi fidelis Quib mo feu amit lib
Feu vbi notāt Docto eo ipſo talis hæ-
res efficitur totius hæreditatis indi-
gnus Quā gl ſequūtur cōiter Docto
ibi, vnà cū glo in l Fideicōmiſſum, C
de Fideicō qua in caſu ſimili loquit'
de legatario cōcubente cū vxore te-
ſtatoris prædefuncti Et vi qđ per illas
gl ad aliū caſum eas producētes deci
dūt Pe de Ancha, & Abb in c fin de
Dona vterq, eorū in col ſi & per eaſ-
dē gl in eiſdē ll Sororē, & Fideicōmiſ-
8 ſum, tenet not Pau de Caſt † quòd ſi
vxor poſt mortē mariti cōmiſiſſet ſtu
prū, perderet dotē ac ſi in vita ipſi' a-
dulterata fuiſſet Quod etiā tenet idē
Pau in conſi 147 qđ incipit, Reuoca
tur in dubium 2 parte Sed Alexā &
Iaſ tenēt contrarium in d l Sororem,
per tex quem notat ibi Bal in c 2 de
feu ſine culpa nō amit vbi ſi vaſſallus
poſt mortē dñi cū ipſius vxore cōcu-
buerit, nō amittit feudum Sed idem
quod Pau cōcludit Hippo conſi 13
per totū 1 parte, ad quem me refero
quia reſpōdet fundamentis Alex Eſt
tñ aduertendum intentionē Hippo
in prędicto conſ eſſe eandem, quam
expreſſit Pau per diſcurſum prædictę
cōſultationis, & in caſus cōſilij forma
tione ſ opi Pau procedere, ꝙ mulier
etiā propter eiuſmodi ſtuprum poſt
obitū viri cōmiſſum, perdat dotē nō-
dum exactā per eandem vxorē ab hæ
redibus mariti Nam eo caſu amittit
actionē ad eā repetendā, ſentiens aç
præſupponēs cōtrariū, ſi dotē iā recu
peraſſet, vt patet ex his quæ dicit in
ver Ex his ergo, immediatè præcedē-
te reſolutionē quā ipſe ibi ponit Et
ita tēperatur prædcta deciſio Pau de
Caſ, quę multis videtur nimis rigida,
& revera iſti ſunt termini, in quibus
Pau de Caſt cōſuluit, vt prædixi mo-
dò, & concluſionē Pau ſimpliciter vl
tra Hippo reperio tenere Iaſ ſibi ipſi
& Alex contrariū in l 2 in prin col 2
ſ Sol mat & Feli in c Paſtoralis, col
pe de Iudi & eundē Hippo ſing 234
incipiente, Paria delicta, & tenet etiā
Pet Gerar in ſig 48 incipien Scias ꝙ
ſi mulier, & Ioan de Neuiza in Sylua
nup folio 71 pag in prin & Frā à Ri
pa in d l 2 in prin col 2 ante fi Solut.
ma pro qua dicit videri ſibi caſum
in Authent de Reſtit & ea quæ pa-
rit, iuncta l 1 C de Secund nuptijs
Fortè tamē voluit allegare gl ibi quæ
hoc ſentit, in parte, malignè ſed illa
glo.

Attē ad l 3 in t de Adi gle

gloſ tendit ad aliud, vt patet ex relatione Cor in d l Fideicommiſſum, C de Fideico prout alia etiã gl in Auth Iiſdem pœnis, C de Secundis nupt. quæ gl re vera non loquuntur in his terminis, vtcunq, res habeat Cõmunis Docto opinio eſt cũ Pau de Caſt & licèt loquatur ſimpliciter tamen credendum eſt, quòd ex quo omnes ſe referunt ad eum, quòd loquatur in terminis in quibus ipſe Pau loquitur. ſ quoad perdendam per vxorem propter ſtuprum poſt obitum mariti cõmiſſum actionem de dote ſibi competentem contra hæredes mariti nõ autem quoad perdendam ipſam dotem iam exactam, vt ſuprà dixi, referẽdo Hyppo in prædicto conſil Et ita eſt tenedum reſolutiuè pro vero & firmo & iuxta hæc vide l vltimam, ad fin tit 4 lib 5 Ordi quæ loquitur generaliùs circa amiſsionem lucrorũ inter coniuges communium Et redeundo ad præmiſſa, illa procedunt ſecundũ Docto niſi appareret de pœnitentia per mutationem voluntatis teſtatoris & ſic de reconciliatione inter teſtatorem, & eũ qui poſtea fuit electus per hæredem vel executorẽ, cui fuit à teſtatore iniũcta electio vel nominatio incerti de certis per verbum volitiuum, vt in caſu iſtius text per l 4 ĵ de Adi lega & l Lutius, la vlt § Lutius Titius damã ĵ iſto titu quibus textibus (ſi rectè inquam expendantur) probatur, quòd talis mutatio volũtatis teſtatoris debeat aliter probari, quàm per durationem voluntatis teſta hoc eſt per tacitam voluntatem deſumptam ex eo quòd reconciliauerit ſibi legatarium eo prætextu quod potuerat reuocare teſtamentũ, & non reuocauit Nam iſta præſumptio non cadit hîc cũ perſonæ incertæ ſint eligendæ Ideo aliter probãda eſt pœnitentia ſ mutatione voluntatis ipſius teſtatoris quia (vt prædixi) ex dictis legibus deducitur Et in hoc eſt bene & ſolerter aduertendum

Atte id uer tenter

Tertiò not quòd habens electionẽ perſonæ incertæ de certis, tenetur quàm primum cõmodè poteſt, eligere alias conſtituitur in mora eligẽdi Et omnes illi certi admittuntur tanq̃ electi quanuis ſecùs ſit in electione rerum, vt in l fi § Sed & ſi quis, C Communia de leg De quo tex iteratò opponit Bar contra verſi fina ĵ iſta l ad alium tamen ſcopũ, vna cũ § Optionis, Inſt de Lega quem corruptè allegat ſub § Si cui, eo tit prout hic declarant Io de Imo & Pau de Caſt & Ange poſt Bar reddentes rationẽ diuerſitatis inter vnam & aliam electionẽ. Quam rationem ipſi ſequũtur Et de huius l intellectu in hoc puncto vide Ange de Perig poſt Bal in l 1 col 4 ſ. eo vbi omnino Nam ibi dicit hanc eſſe regulam quam ſ notaui & eam quincupliciter limitat poſt Bald & quidem tale tempus debet eſſe moderatum & eſt arbitrarium i iudicis arbitrio declarandum Argu gl hic loquentis de moræ purgatione, quam tenent Docto cõmuniter licèt Bal in l 1 ſ eo dixerit eſſe tempus duorum menſium Cui ſatisfacit Ange de Perig hîc ſubdens etiam iſtud modicum tempus currere à die aditæ hæreditatis quia ab ea teſtamentum ſumit robur vltimatum cum cæteris diſpoſitionibus in eo cõtentis Et idem tenet Pau de Caſt per regulam vulgarem legum dicentium, quòd poſt aditionem hæreditatis omnia in teſtamento contenta ſumunt robur & efficaciam nõ verò antea l Eã quam, cũ ſimi C d Fideico Pro hoc facit gl cõiter approbata in l fi § 1 in ver [*Delatum*] C de Iure delib poſt prin volẽs, quòd tempus à lege præfixum, etiam hoc expreſſo ſ poſt hæreditatẽ delatã

ſeu

ſeu à die hæreditatis dilatæ, intelligit & aditę Quã glo ſequuntur ibi Pau de Caſt & Docto dicẽtes eam magis cõiter approbari & ſequitur Bar in l Si in diẽ, in prin ff de Condi & de vbi Bal & Ioã de Imo opportunè ad hãc rem illius text argu probantis ſecun-
9 dùm Bal † quòd tempus à teſtatore præfixũ incipit currere ab adita hære ditate tenent q tempus pręfixũ executori teſtamenti ſimpliciter, currit ſibi à die hæreditatis aditæ quia ſecũdum Ioã de Imo poteſtas executorũ videtur ex tunc ſumere initium, prout & poteſtas tutorum & ibi no ſubiungit, qualiter generalitas, quæ ex litera illa ſecundùm Bald deſumitur, quam ſuprà retuli, intelligatur. Hodie verò ſtante l Ordi in tit de los teſtamentos, lib 5 Ordina. l prima puta rem ſic dicendum ſ. q licèt ibi diſponatur, quòd ad confirmationem relictorum in teſtamanto nõ requiratur aditio hæreditatis tamen quoad ea quæ hæres in teſtamento inſtitutus debet facere tanquam hęres à morte teſtatoris vel poſt mortem eiuſdem, prout eſt facere hãc declarationẽ, & alia cõſimilia, oportet eũ oſtendere ſe eſſe hæredẽ Pro quo etiã facit quod idem Io de Imo dicit in ea l Si in diẽ, in prin elimãs dictum Bal ibi in ſummario videlicet, quòd quando eſt tale quid, quod eſt ad implendum poſt mortem teſtatoris in perſona hæredis tunc dies per teſtatorem præfixa incipit à die hæreditatis aditæ Ad idem facit in ratione ſui bonus text in l 3 § Si quis ita, ff de Hære inſtitu vbi ſecundùm Barto & Ioan de Imo probatur, quòd illa verba, Si hæres erit, vel vbi fuit mentio de hærede, intelliguntur i ſi hæreditatem adierit non autem verificantur eo quòd ſolummodo quis hæres ſcriptus fuerit Quem tex in id allegat etiam Alexã

Ad l 1 Ordi de los teſtamentos

conſil omnium primo, col 3 vi gl in l 3 & in l Qui plures 1 § de Vulgar. & pup & Deci conſ 635 nu 13 & in l Hæredem, verſi poſtremo, ff de Re. iur Comprobatur ex eo quod vulgo per manus traditur, quòd verba cum effectu ſunt accipiẽda, vt in l. 1 § Hęc verba, ff Quod quiſq, iuris, cum alijs, prout eſt in propoſito noſtro Sin autem eſſet expediendum per executorem in alterius perſonam tunc quia executio teſtamenti, prout & tutela, vtpote diſponens particulares teſtamenti, & reliqua alia in eo contenta, hodie non exigunt aditionem hæreditatis, vt in eadem l 1 dicitur, nõ eſſet opus hæredis aditione vt exequutor deputatus ad eligendas perſonas incertas de certis non eligendo quàm primum poſſet, incurreret morã & conſequenter non haberet locum quod prædixi Io de Imo & Docto dicere de tutore & executore Cùm hodie per dictam l Statim à morte teſtatoris competat cõmiſſario executio in teſtamento ſibi deputata vel iniuncta Quod eſt not ad prædictam l Ordi & ſic quãuis, vt dixi, in caſu l Reg non ſit neceſſaria aditio quoad validitatem diſpoſitionum particularĩũ contentarum in teſtamento tamen ad hoc vt hæres tanquam hæres circa perſonas per eum eligendas poſſit declarare & quòd niſi declaret, omnes ex mora ipſius admittantur, oportet eum hæredem eſſe efficaciter per aditionem Sed deliberãdum eſt, an ſtante prædicta l Ordinamẽti, ſi hæres differat fraudulenter adire, admittãtur oẽs perſonæ, quarum vna erat eligenda Et crederẽ q ſic per id quod dicit Barto ſuper prædicta glo. dictæ l fin in prin in parte, Delatam C de Iure deliberan in ipſius limitatione & quod hic habetur in textu in verſ [Idem aut] Et pari ratione videtur

Ad eandem l Ordi.

Ad eandem.

videtur dicendum omnes admitti debere in caſu prædictæ l. ordinamenti, hærede repudiante. Et circa concluſionem quam ſuprà tenui ad prædictã l. ordinamen. conſiderandum eſt quod Pau. de Caſ. hic ad fi. videtur tenere contrarium, dũ inquit quòd cũ de iure cõi in relictis ad pias cauſas non requiratur aditio, ſi fortè hæres ſit grauatus dare alimenta quibuſdã ex famulis egenis teſtatoris, quos idẽ hæres elegiſſet, poterit eligere ante aditionẽ. Sed in vero caſus Paul. de Caſ. eſt diuerſus ab illo, quẽ ſuprà memorauimus. Cũ enim tale legatũ cẽſeatur eſſe relictũ pro anima, & ſic in fauorem & ſubuentionẽ animæ, ſtatim mortuo teſtatore currit ſibi termin⁹ & oẽs famuli egeni admittunt intra tẽpus moderatũ ipſo nõ eligente. In alijs verò cauſis nõ pijs, vel non fauorabilibus, per hæredẽ in quã exequẽdis, vel in alijs in ipſum tanq̃ hæredẽ exequẽdis per aliũ, debet priùs eſſe & probari hæres, q̃ incipiat currere talis terminus ad exequendũ. Vel etiam poteſt dici, q. id quod Pau. hic tenet non obeſt alia conſideratione, quia aliud eſt dicere hæredẽ in legatis nõ requirentibus aditionẽ ad ipſorũ confirmationẽ, poſſe ante aditionem eligere, vt inquit Pau. de Caſt. quia iſtud nõ eſt ſibi præiudiciale, ſed legatarijs fauorabile: aliud eſt dicere, q. ſi non eligat infra tẽpus congruũ, incurrat moram, & ſic pœnam, quod non eſt dicendum ex quo nondum adijt hæreditatẽ, vel nõ agnouit officium executionis. Vel fortè nõ vult Pau. quòd ante aditionem hæreditatis hæres teneatur exequi legata ad pias cauſas, ſed quòd poſſit, ſi velit, eligere vel nominare abſq; aditione & mandentur executioni per iudicem, vt in l. Hæreditas, in fi. ff. de Peti. hęredi. Et præterquam quòd tenendo id quod Pau. tenet iſtæ poſſint eſſe bonæ reſponſiones nihilominus tñ contrariũ eius quod ſuprà retuli Pau. de Caſt. hic tenere, tenet Ange. ã Perig. hic col. 3. & fortè melius. Et tenendo eius opinionẽ cõtra deciſionẽ Pauli, nõ erit opus prædictis reſpõſionibus. Deinde dubitat hic ſolus Io. de Imo. an in caſu iſtius l. in hac deciſione requiratur interpellatio? & dicit q. nõ: argu. l. primæ § Item ſi ita, ỹ Ad l. Fal. quia in caſu iſtius l. legatũ in effectu eſt conditionale. Et vltra eum etiam ſi eſſet purum, mora indubiè contraheretur ipſo iure per regulã l. In minorũ, C. In quibus cauſis in inte. reſt. non eſt nece. Ad id cõfert quod dicit Bar. in l. Ita ſtipulatus, q. 6. ff. de Verb. obli. quẽ Alex. adducit in d. § Item ſi ita 4. not. Alios etiam caſus in quibus ad moræ incurſionem nõ requiritur interpellatio, vi. p Alex. in l. Quod te, col. 3. ff. Si cert. pet. vbi tamen non cõmemorat iſtũ caſum. Et alios plures caſus ponit Sali. in tract. de Mora, quẽ fecit in ornatu l. Mora ff. de Vſur. Et id quod modò dixi tenere Io. de Imo. in iſtius l. intellectu, videtur tenendũ, hac ratione addita videlicet, quia nihilominus hîc ſubeſt quoddã tẽpus legale, neq; magnũ, neq; modicũ, ſed cũ quodã moderamine, ſeu temperamento iudicis arbitrio declarãdo, vt ſuprà dixi: & ſic probatur hîc, q. mora contrahitur abſq; interpellatione non ſolùm poſt temporis lapſum ab homine præfixi, vt in l. Magnã, C. de Cõtrahẽ. & commi. ſtip. Sed etiã poſt lapſum termini legalis incerti p iudicẽ declarãdi, ſeu certificandi. Et revera qđ Io. de Imo. hic dicit, eſt de mente Doct. hîc & pręſertim Pau. de Caſt. in textualib⁹, dũ exponẽs literã dicit, † q. 10 eſt eo ipſo q. cõmodè, &c. & ſic quũ dicit (eo ipſo) vult aperte, q. poſt prędictũ modicũ tẽpus hæres ipſo iure moram

rā incurrat Ea enim eſt natura illarū conditionū vt ipſo iure importēt gl in cap Quam ſit, in verſi [E ipſo] & in verſi euacuetur vbi Domi § ſi col. ſi & Phi Franc poſt medium de electio lib 6 & glo in cap Cupientes, § Caterum, in parte, ſuſpenſos, in prin. eo titu cum pluribus concordantibus & autoritatibus redundāter traditis per And Tiraquel in repeti l. Si vnquam, in glo ſuper verſi Reuertatur, nu 118 C de Reuo donatio & ante Pau idem tenuit glo hic in verſicu elegerit

Sic ergo vltra Doctor ex hac litera euincitur aliud notabile pronuntia-
11 tum, † quòd etiam vbi mora eſt incurſa poſt lapſum temporis legalis incerti per iudicem declarati, nihilo min' poſt talem declarationē & moræ incurſionem eſt adhuc locus purgationi moræ poſt breuiſsimum inquam tempus, ac ſi eſſet ipſo iure mora incurſa poſt lapſum diei certi ab homine appoſiti, prout eſt glo ordinar in communi reputata ſingularis in l Æmilius, in parte, reſtitui, ff de Mino & ſecundum allegationem, quam de illa glo facit Bal in cap vno in princi. in tit de Noua for fideli lib Feu quē commemorat Alexā in eo § Item ſi ita, colum 2 adducens alias concordantes Bene facit tex iſte ad vnum membrum illius allegationis Notat ſiquidem Bal ibidem per illam glo ꝙ omnis interpellatio legis vel hominis ſpatium quoddā temporis debet cōtinere ſaltem tacitum intra quod debeat mora purgari Sed differt ab hoc tex quia inductio commiſsionis morę quę fit per iſtam l non fuit fundata ſuper aliquo tempore certo, ſed ſuper incerto videlicet ſtatim abſq; interuallo & ſic ſuper tempore iudicis arbitrio declarando

Item differt, quia moræ purgatio in hac lege habet tempus limitatū, quod poteſt eſſe longū, ſcilicet, quouſque lis fuerit conteſtata per hæredem cum legatario ſecundum gloſſ Bar & Docto hic Sed quāquam hoc ſit de communi Doctorum intentione, tamen iſte tex qui hoc dicit, non reſtringit ſe ad moræ purgationem duntaxat iſto modo ſcilicet, per conteſtationem faciendam, ſed text poſtea ante finem ibi, [Sine aliquo interuallo] videtur velle, quòd purgatio moræ etiam perdatur, vel impediatur per lapſum temporis congrui, poſtquam fuit contracta & ſic videtur bonus tex hic pro illa gloſſ Sed re vera non facit quia tex in illis verbis, [Sine aliquo interuallo] loquitur de prima oblatione ad non incurrendum moram nō de oblatione ad eam purgandam, vt ſ ſubdam in apoſtillatione textuali & ſic nihil facit ad glo illam Eſt tamen ſingulariter not quòd licèt hæres in caſu iſtius l poſsit moram purgare tamen illam potentiam, vel facultatē purgandi moram non trāſmittet ad hæredem ipſius ſecūdum ſolum Ange de Perigl hic per l penul C de Fideicom liber quam hic pro not ipſemet commendat & ante eum Bald. in ea l 2 not Fortè poteſt ratio aſsignari quare per mortē debentis eligere, eiuſdemq; moroſi mora incurſa efficitur impurgabilis videlicet, quia ius plenum eo caſu transfertur in legatarium, vt eſt text cum glo in l Vnum ex familia, § Sed etſi vno, ff. eo vt ibi ponderat Bald ſaluādo Bart. hic, vt inferiùs ſubdam circa oppoſitionem de l Si is cui, ff eodem. Euaſio huius tex.

Nec non eſt aduertendum not in hac materia, quòd poſtquam mora eſt incurſa per interpellationem, vel per lapſum temporis expreſſi, vel aliter vt in hoc text tamen etiam ante lapſum temporis taciti congrui non

poteſt purgari, vbi promiſſio, facta etiam in inſtrumento publico habẽte executionem paratam,ſecundum Ioan de Imo poſt Angel in l Si inſulam,col 1 5 no ff de Verbo oblig vti hoc tenet, & ſequitur in caſu in quo inſtrumentum haberet vim ſenten-
12 tiæ,prout eſt in terminis † l 4 titu de las excepciones,lib 3 Ordina Quod
Ad l Ordi. etiam ſequitur Cor conſilio 159 inchoante, Viſo themate, col 6 verſic Inſtrumentũ habens,volu 4 & And Sy Barb conſilio 86 col penu lib 3 Decius in conſilio 452 col 3 vbi adducit prædicta duo conſilia Sed Alexan ibi tenet contra Angel & Imol etiam in hoc caſu,id eſt vbi inſtrumẽtum habet vim ſententiæ & ſic indiſtinctè Cui reſpondet ibi Ripa tenẽs in puncto iuris opinionem Angel & Imo & concluſiuè in hoc puncto videtur tenenda opinio Soci quam ibi priùs vt æquam Ripa retulit,conſilio 159 2 volu quę concordat vtranque opinionem col 3 verſi Tertio & vltimò,clariſsimè allegans Bart in l Si ꝗs ſtipulatus ſit decem in melle,ad fin ff de Solu

Quartò & vltimò no ꝙ licèt commiſſio electionis facta ſit hæredi per teſtatorẽ inter plures perſonas,vel de pluribus perſonis in numero plurali nihilominus tamẽ poteſt eligere vnũ Ad qđ facit etiã bonus tex in d l Vnũ ex familia,§ Si duos,ĩ ea qui loquit' in caſu è cõtrario videlicet, qñ hæres poterat vnũ ex pluribus eligere nã poterit etiã eligere duos, vel plures ex his, quos teſtator vocauit ſub generalitate & ibi Barto & in § Sed etſi fundũ,in prin eadẽ l quẽ hic refert Pau de Caſt ad noſtrũ propoſitũ illis textualibus fret', tenet ꝙ exequutor, cui eſt cõmiſſum eligere inter pauperes,poteſt vnũ eligere & dare ſibi oĩa Cuius oppoſitũ tenet idẽ Bart in l 1 ĩ de Optio lega.Sed Paul de Caſt hîc cõcordat vtranq, opinionẽ ex qualitate meritorũ ipſius electi Quod etiam voluit Bart in d § Si duos & ſic Pau hîc poſt Bart ibi relinquit hoc dirimendũ iudicis arbitrio ex circunſtantijs & qualitatibus probandis Sed his ceſſantibus nõ declarat Paul quid iuris ſit in dubio Nihilo min' tamẽ in tali caſu adhuc putarem opinionem Bart in d § Sed & ſi fundum, veriorem eſſe per iſtũ text & ſic ꝙ exequutores poſsint eligere vnũ & ita tenet Alex in l Qui quartã,§ ſi de Lega 1 ſ titu proximo,vbi reſpõdet ad prædictam l 1 de Optio lega Item & ad aliud argumentũ qđ Bart facit in contrariũ in d § Sed etſi fundum,& dimittit inſolutum & ita etiam tenet Ange de Perig poſt Bal ibi,in l 1 col 4 ſ eo quanuis etiã fateatur,hanc rẽ non tranſire ſine ſcrupulo Et prædictam opinionẽ tenet etiã Alex in d l Gallus,§ Quid ſi is,ſ de Libe & poſthu cũ quo ibi tranſit Iaſo remittens ad eũ ſimpliciter Et hanc dicit eſſe cõmunem ſentẽtiam vno verbo Claudius in d l Qui quartam,§ vlti vbi adducit hanc l quam etiam(vt ſ dixi)adduxit Barto in d §
13 Sed etſi fundum, † Et hæc ſententia deſeruit ad l 31 in l Tau in hiſce terminis ꝙ ſi hodie pater cõmittat ſpe- Ad l 31 Tau.
cialiter alicui executori teſtamẽti,ꝙ melioret,vel poſsit meliorare ex filijs teſtatoris quos voluerit,vel ipſi commiſſario videbitur ꝙ poterit vnũ ſolum ex filijs meliorare & de hoc reliqui filij non poterunt conqueri Vel ecõtra,ſi cõmiſsio fuiſſet facta de meliorando vnum ex filijs cõmittentis, quem elegiſſet cõmiſſarius, ꝙ poſsit eligere duos vel plures quod eſt memorabile Et huic notabili addendũ eſt id,qđ Dec cõſuluit,cõſil 50 exordiẽte, Quia verba teſtamẽti,vbi hoc

punctum

punctum tractãs in ſimili per totam ſeriem illius conſilij concludit, quòd ſi teſtator det tutorem filijs ſuis, & tempore mortis non reliquit niſi vnum filium nihilo minus tutor per teſtatorem (vt eſt dictum) reſpectu plurium nominatus habebit tutelam illius filij Et ad id probandum congerit plura bona ſimilia & tamen non adfert iſtum tex qui etiam conducit in ſimili ad illud propoſitum Et in hoc articulo reperio multa agglomerata per Andr Tiraquel ſcriptorem non impigrum necnon redundantẽ, in repe l Si vnquam, in gloſſ ſuſceperit liberis, à nume 185 vſque ad numerum 217 incluſiuè, C de Reuocan dona ad cuius copiam cùm expedierit recurrendum eſt & ad ea quæ tradidi in dicto § Sed etſi fundum, ſecũdo not vbi ſupplentur quæ in præſentiarum in hoc pũcto omittuntur vt ibi

His notabilibus elicitis ex litera, antequam perueniam ad examinandas oppoſitiones & dicta Barto quia litera iſtius l eſt valde intrincata & implicita, necnon ſcrupuloſa, & non expeditur per Docto diſtinctim, neque explicitè operæpretium duxi, eã pro virili declarare & ex eorum intẽtione ſequendo communia expoſitiuè eam explicare

14 † In verſicu [*Idem ait*] ibi, [*Omnes*] ſcilicet, qui ſunt de his qui potuerũt eligi, id eſt digni, ſecundum Ioan de Imo Sed iſta expoſitio non bene adaptatur ad hanc literam, qua in hoc verſicu loquitur in caſu vbi commiſſio eſſet facta hæredi per verbum volitiuum ſcilicet, voles Tamen eſt vera per id quod gloſſ & Docto dicunt hic in caſu verſiculi præcedentis vbi fuit facta commiſsio per verbum importans arbitrium, vt ſic ſuppleatur iſta litera per illam Melius tamen expoſuiſſet Imo ſcilicet, quia omnes ſunt tales, qui potuerant eligi

Expoſitio literalis.

Ibi, (*Quibus voles*) ſupple vel quos putaueris, vel arbitratus fueris, vt cõplectatur litera per extenſionem, caſum præcedentem licèt diuerſimode & reſpectiuè, vt gloſſ vult hic in verſicu Offenderint, in ſecundo dicto, & in verbo Sic, in primo dicto ſecundum communia Ibi, (*Neque ulli offerat*) ſcilicet, moram purgando, ſecũdum Dy & Albe poſt gloſſ Ibi, (*Defuncti ſint*) ſcilicet, poſtquã hæres fuit in mora eligendi, ſecundum Doct poſt glo & ꝓbatur ex vltimo dicto iſtius l Ibi, (*Si omnes petere potuerint*) ſubaudi, prout re vera potuerunt, cùm mora eſſet iam ab hærede commiſſa Poterat tamen eam purgare, ſecundum gloſſ & Docto Ibi, (*Cum nulli offertur*) ſcilicet, purgando moram & ſic erat intra tempus purgandi moram, ſeu offerendi veruntamen excluditur à facultate purgandi moram per conteſtationem, vt ſtatim ſequitur

Emendatur expoſitio Io de Imo.

Ibi, [*Vtique*] ſupple, verum eſt, quòd legatarius tranſmittit, & hæres non poteſt poſt petitionem legatarij & conteſtationem hæredis moram purgare, ſecundum Bald & Alber poſt gloſſ Ibi, [*Si uno*] ſi, pro etiam vel ꝓ quia ſed prima expoſitio melior Et dic vno petente ſcilicet, in iudicio per litis conteſtationem, ſecundum Dy Albe & Docto poſt gloſſ quibus cum text ſupplendum eſt, vel etiam lapſo congruo tempore ad moram purgãdam etiam ante petitionem & conteſtationem quo caſu, id eſt lapſo congruo tempore ad moræ purgationem non admittitur ad eã purgãdam, vt proximè ſtatim ſequitur Non enim vult iſte tex dicere quòd hoc caſu mora ſit impurgabilis per ſolam petitionẽ & conteſtationem, & non aliter ſed vult dicere, ꝙ etiam

 ſi non

ſi non ſit elapſum tempus arbitrariũ, non eſt neceſſaria conteſtatio ad prę dictum effectum Et ita intelligo Bar hic in duobus locis, & Bal & Rapha in quantum notant, quòd licèt poſt moram omnes vocẽtur ad legatum hęres tamen poteſt moram purgare, & vnum eligere vſque ad litem cum eo conteſtandam per d l Si inſulam, ff de Verbo obliga Sed debet intelligi quando tempus arbitrarium nondum eſſet elapſum ad moram purgãdam Sed quia glo hic in verſic vtiq,, ſentit contrarium & Docto omnes, ſecundum Raphae Ideo in practica obtineret, quod ipſi notant ſcilicet, quòd in caſu iſtius tex purgatio moræ duret vſque ad conteſtationem Ibi, (*Niſi offerat*) iſtud verbum cũ ſequenti & ſequenti non debet intelligi de oblatione quæ fieri debet ad moræ purgationẽ ſed de prima oblatione, id eſt quaſi ſolutione, quæ fieri debet ad moram impediendam, id eſt non incurrendam Nam ſecundum gloſſ & Docto ſtatim poſt moram incurſam competit ius omnib' etiam ſi hæres conſtitutus ſit intra tempus ad eam purgandam Et eodem modo exponendum eſt verbum, (*Offerat*) in fin huius l poſitum Et ſic verbum offerre primo loco in hac l bis poſitum primum, in verſicu [*Idem ait*] & iterum in verſi [*Sceuola*] intelliguntur de oblatione quæ fit ad moram purgandam Sed poſtea in alijs tribus locis, vbi fit de oblatione mentio, intelligitur de ea, quæ fit ad euitandam moræ incurſionem & ſic ab ipſo initio Et oblatio non capitur hic pro oblatione reali, prout in l Iulianus, § Offerri, ff de Act emp & in l Acceptam, C de Vſuris, ſed pro electione oblatiua, id eſt facienda per hæredem ſua ſponte & proprio motu Quam vtroque caſu, id eſt tam ad euitandum moræ incurſionem, quàm ad purgandam moram incurſam, hæres facere tenetur ſine aliqua requiſitione, vel inſtãtia, ſiue interpellatione legatariorum id eſt, perſonarum inter quas tenebatur eligere Et addendum eſt ad verſic [*Plane*] quòd non corrigitur, niſi in vno videlicet, in quantum vult, quòd ſi poſt moram ab hærede incurſam aliqui ex legatarijs, qui per eum eligendi erant, deceſſerint, nõ tranſmittunt Sed in alio dicto videlicet, quòd ſi vnus ſolus ſuperſit, trãſmittat ad eius hæredem, litera non contradicit ſibi neque illud reprehenditur per autorem huius l Nam vno ſolo remanente, purificata eſt in eo conditio quia infallibiliter erat eligendus Et ſic etiam ante moram hæredis decedens tranſmittit, ſecundum Ioan de Imol hic poſt principium. Quod & ipſum vult Paul licèt non ita expeditè in principio Et tenuit ante ipſos Bald poſt Dy prope fi allegans bonam & ſubtilem legem Si optio, ff de Optio lega & idem eſt de intentione Rapha Cu in textualibus Et iſtæ apoſtillæ textuales iuuant apprimè ad intellectum text præſertim vltima Et debuiſſent præcedere ordinatiùs notabilia primò elicita ex text & vltima apoſtilla eſt adeò neceſſaria, quòd abſque illa vnuſquiſq, etiam eruditus poſſet ęquiuocare & cæcutire in huius l intellectu

His decurſis contra iſtum text opponit Barto fortiter de l Si is cui, ff iſto titu vbi eſt tex & ibi diximus, quòd quando lex facit exequutionẽ, nõ relinquitur locus purgationi moræ, ſecundum Barto & communiter Docto ibi Sed hìc poſt morã hęredis in eligendo cõmiſſam, videtur facta executio p hãc l quæ ſtatim admittit oẽs inter quos nominatio erat faciẽda Obiectio

da & tamen non ideo minus eſt loc' moræ purgationi, vt hîc eſt tex ſecũdum intellectũ gloſſ & cõmunẽ, &c

Reſponſio Bart Huic obiectioni reſpõdet Bar ꝙ iſta l non facit taliter executionẽ, ꝙ dominium rei legatæ tranſeat in hos eligendos ſed per illam tranſit ſola actio perſonalis ex teſtamento ad rem legatam petendam Et ita ſimpliciter tranſit Bald hic Et hoc idẽ ante Bar fortè voluit Dy in d l Si is cui, quem ibi cõmemorat Albe dum ex ea colligit, ꝙ vbi ius dominij deuoluitur in pœnam, non poteſt habere locũ purgatio morę ſec' vbi ius obligationis Et licèt non alleget hanc l voluit tamen effectu in caſu iſto illud membrum exemplificare Sed Bald in d l Vnũ ex familia, § Sed ſi vno, ff eo ponderat illum tex contra Bart hic & ibi reſpondet diuerſificando caſum mortis illius cõmiſſarij, vel legatarij, vel hæredis, qui eligere debebat, poſt cuius mortẽ dominiũ transfertur in eos qui erant eligendi & caſum moræ ipſiuſmet debentis eligere Quo caſu dñium in legatariũ nõ tranſit ſed ius agendi cõtra hæredẽ actione pſonali Ita probat tex hîc, in verſic *Idem autem* dũ dicit, *Ad petitionem* & in verſic *Planè* dum dicit, *Dandum* ex quo verbo declaratur primũ, qđ deſignat actionẽ realem, vt in l Actio in perſonã, ff de Actio & obliga Nã ex quo dicit, *Dandum* & ſic de futuro, dñium transferẽdum, vt in § Sic itaq, diſcretis, Inſtit de Actio patet ꝙ dñium non erat ſtatim poſt morã trãſlatũ ſed ſolũ actio perſonalis ex teſtamento Et qđ hic dicit, *Datum* dicitur cum dictione, *Quaſi* improprietatis deſignatiua, ꝑpterea quòd legatum eſt purificatũ ſtatim poſt moram hæredis, & tamẽ de nouo erat dandum & ſic reſtabat dominij tranſlatio

Ratio eſt prompta vltra Docto hîc, 15 † quia quando dominium eſt tranſlatum in legatarium, executio eſt facta plenè & perfectè Quando autẽ ſola obligatio perſonalis eſt tranſlata, ius non eſt plenè neq, perfectè acquiſitum quia deeſt tranſlatio dominij faciēda, vt in l Si quis vi § Differētia, ff de Acquir poſſe vbi gl Bart & Docto cõmuniter tradunt de vi & potẽtia dominij, dicentes eſſe ius plenum perfectũ atq, perpetuum Sed adhuc poteſt ſubtiliter inueſtigari quid in cauſa fuerit, ꝙ in l Si is cui, transfert in legatariũ dñium ſed hîc ſola actio perſonalis Et ad hoc poteſt dici, ꝙ ibi nõ transfert in pœnã neglīgẽtiæ hæredis ſed ex eo ꝙ per eius ſolutionem voluntariã electio ad eũ ptinens fuit conſumata in vno caſu vel quia per petitionẽ legatarij ĩ alio caſu electio pertinens ad ipſum legatariũ cõſimiliter fuit conſumata per cuius conſumationẽ & perfectionẽ totale ius, id eſt ipſum plenũ dñium transfertur ipſo iure in legatarium l Apud Aufidiũ, ff de Optio lega Sed in l iſta, electio non fuit cõſumata ſed potiùs fuit conſumpta & perempta ob hæredis neglīgẽtiam vel noluntatem eapropter admiſsi fuerunt omnes qui eligendi erant per hæredem, qui electionem perdidit Ideo ſatis habuit lex eos admitti ad petitionem legati, electione propter deſidiam vel noluntatem hæredis ceſſante Nec mirum, ſi ex quo releuãtur in vno, quia omnes in ſimul admittuntur, in alio aliquatenus onerentur ſeu grauentur ſcilicet, quòd in eos dominium non transferatur, quouſq, petiérint, ex quo ſupereſt hæredi vel exequutori facultas purgandi moram Et ex hoc poſſet vltra Docto illatiuè dici, quòd poſtquam in hac l fuiſſet cõſumpta facultas purgandi moram, ipſo iure dominium transfertur Co- Illatio tractatiua

 gita,

gita Et ſic per prædicta videtur tenẽdum cum ſolutione Barto licèt Ange de Perig aliud teneat, concludens quòd iſte tex loquatur de fideicommiſſo vniuerſali Quæ conſideratio, etſi non applaudeat huic titulo, in quo potiſsimum tractatur de fideicommiſſo & legato particulari tamen quia hic text loquitur de tranſmiſsione, quæ quidem traſmiſsio fit etiam per fideicommiſſarium vniuerſalem l Cogi, § Idem Metianus, ff ad Trebel talis intellectus bene procedit ſecundũ quem intellectum probat hic text quòd fideicommiſſarius vniuerſal qui eſt incertus de certis cui eſt reſtitutio facienda ſub conditione, ſi hæres voluerit, vel arbitratus fuerit, tranſmittit tale fideicommiſſum ſtatim poſt moram hæredis, qui poterat eligere, & neglexit illud facere quæ mora videtur habere vim purificationis conditionis volitiuæ Quod eſt ſingulariter not ad interpretationem extenſiuam eiuſdem § Idem Metianus Nam vt inquit Pau hîc per iſtum text in verſi [*Præſenti die*] mora hæredis de conditionali legato reddit purum

Intell. Ang ad iſtũ text

Deinde opponit Barto ad ſi de § Optionis, Inſtitu de Legatis, iuncta l fin in princ, & in § Sed & ſiquis, C communia de Legatis, vbi tale legatum optionis videtur non eſſe cõditionale intra tempus, intra quod eligere debens poteſt facere electionem Quod patet, quia electionario mortuo antequam eligatur, electio deuoluitur ad legatarium & Barto ſoluit eodem modo, vt ſuprà & ſequuntur communiter Doct ſcilicet q hic loquat, quando electio eſſet facta inter perſonas ibi, quando inter res Rationem diuerſitatis facile eſt colligere ex dictis Barto & Doctorũ in contrario

16 † Rurſus contra contra verſiculum, [*Idem aut ſi ita*] opponit Paul de Caſtr De § Rogo, l Cùm pater, ff eo de quo text licèt Barto hic non meminerit, tamen idem Barto ibi opponit de iſto ad illum, & ſoluit & eodẽ modo Pau hîc, quòd ibi non ſufficit eligere eos, qui non offenderint ſed requiritur, quòd ſpecialiter meruerint ob aliquod ſeruitium hæredi impenſum ſeu exhibitum, de quo ibi tex loquitur quia teſtator habuit reſpectũ & conſiderationem ad merita legatarij propter exhibitionem talis ſeruitij hæredi faciendam Nam in illo caſu dixit, [*Prout quiſque de te meruerit*] ſed in hac l non reſpexit teſtator ad certitudinem, vel gradum, vel ſpeciem meritorum quia dixit ſimpliciter hæredi vel commiſſario, [*Quos dignos putaueris*] & digni in genere dicuntur, qui non offenderunt teſtatorẽ Sed cõtra hanc ſolutionẽ, quod attinet ad dictum § Rogo, videtur text in l Teſtamento centurio, ff de Manu teſtamen vbi per teſtatorem fuit hæredi iniunctum, vt manumitteret ſeruos, prout quiſq, eorum meruiſſet & tamen dicit text quòd rectè videtur data libertas his, qui non offenderunt & ſic his qui neque meruerint, neque demeruerint Deliberandum erit ſuper ſolutione huius obicis

Relinquitur deliberandũ ſuper prædicti obiiculi ſolutione

17 In gloſſ 3 in princi † Hæc gloſſ cum text. probat, ſecundum Barto & Doctor quòd etiam laicus eligens ſcienter indignum priuatur eligendi poteſtate Et iſta eſt communis opi Docto hic Quanuis Ioan de Imo hîc dubitet propter gloſſ in ca Cùm vos, de Offi ordi glo 2 in prin quam etiã adducit Pau de Caſt hîc Sed cõtra illam gloſſ tenet Panorm ibi poſt alios Doctor per eum citatos, qui eſt videndus Eſt tamen aduertẽdum q

Bart.

Bart non ita generaliter accipit hoc, prout cenſura canonica ſumit, quæ diſponit, q eligens ſcienter indignũ ad officium eccleſiaſticum priuetur poteſtate eligendi pro illa vice, vt in cap Cùm in cunctis, § fin de Electio & in c Quanq̃, eo tit in 6 & in l 26 tit 5 Parti 1 vt intelligamus Bar velle, q hoc idē locũ habeat in eligente ſcienter indignũ ad officium ſeculare Imò non vult extendere hanc glo cum text ad hoc ſed potiùs dubitat Tamen Paul de Caſtr firmat hic idē in eligente indignum ſcienter ad officium ſeculare remittens ad Bart in l 2 ỹ de Optio lega & idem tenet Areti non referens hic Paul ſed Barto in d l 2 & in l 2 ff de Vaca mune in l Serui electione, in prin col 2 ſ titu 1 & vide Feli in cap Cùm olim, poſt prin de Maiori & obedien loquentem in propoſito materiæ canonicæ circa iſtum articulum, & ponderantem illum tex vltra Docto vt ipſe inquit Tamen contra id quod prædictum eſt de officio ſeculari, videtur tex in l Sextumdecimum, quæ eſt eadem l 2 de Vacatione mune in verſ [Quem ita] vbi videtur cõtrarium probari Sed tenendo quod ſ proximè tenui, poteſt ad illum tex multipliciter reſponderi Et primò, quòd ex illo tex non ſatis liquet, quòd elector ibi elegerit indignum Sed intentio tex videtur eſſe, quòd ſi in perquirendo aliquem ad officium aſſumendum reperiatur aliquis non habilis, iudex dimittit eum, & aſſumit, vel eligit habilem quia nondum alium elegerat licèt tractauerit de eligendo per viã inquiſitionis perſonalis, id eſt inquirendo de habilitate perſonæ ipſius

*Ad l 2 in verſic Quē ita de Vaca munerũ reſponſio 1*

*2 rñſio.* Vel ſecundo dici poteſt, quòd ibi præſidi qui elegit, non conſtabat de habilitate electi & ſic elegit ignoranter indignum, vt patet ex illa litera

Vel tertiò, q ille electus non erat indignus vel inhabilis ad officium indignitate vel inhabilitate iuris neq, facti, propter eius turpitudinem & demerita, prout loquũtur iura & Doctor Sed erat inhabilis alia inhabilitate facti, propter aliquam iuſtam cauſam impedimẽti quo ſtante nõ poterat vacare officio, ad qđ fuerat elect' *3 rñſio.*

Vel quartò, reſponderi poteſt (vt in alio propoſito reſpondet Aretinus in dicta l Serui electione, defenſans Barto alibi) quòd ibi præſes ex officio ſuo non per viã cognitionis ordinariã remouit electũ indignũ & ſicut ex officio remouit, ita ex officio potuit idoneũ ſufficere ſeu ſubrogare ob euitandum circuitum, &c Et iſtud eſt quod ibi voluit Barto licèt ad aliud propoſitum in quantum in hoc noſtro propoſito in oppoſitum ponderat illum tex & bene, præſupponens electionem factam fuiſſe per decuriones, ad quos electio pertinebat Et prædicta reſponſio Aretini diuerſimodè adaptata deſeruit (vt aliâs dicitur) vtrique ſcenæ Et ſuprà dictã concluſionem in electione officij ſecularis facta de indigno vel inhabili, vt videlicet in eo diſtinguatur, an fiat ſcienter vel ignoranter, prout in electione officij eccleſiaſtici tenet Albe poſt multa in l Eum qui certarũ, § vlti ff de Verbor obligat quem vi plenè attingentem iſtum articulum & ſupple ea quæ ſ proximè dict ſunt ex his quæ ſ tradidi in 2 not iſtius l vbi diſcuſſi illud punctum an in dubio præſumatur quis indignum ſciēter elegiſſe, vel minimè allegãdo Doctor in l Si patronus, ſ de Cõſti tuto *4 rñſio.*

18 In eadem gloſſ ibi, Non eſt vis Ex hac particula glo nota, † quòd habēs facultatem eligendi vt bonus vir, & ſic inter dignos, ſi eligat dignum, rectè eligit etiam ſi potuiſſet eligere di-

 gniorem,

gniorem, & non elegit quod ſequuntur Doctores communiter. Hanc tamē concluſionem intellexit Pet. de Bellaper procedere in caſu iſtius tex. videlicet, vbi electio fuit data per teſtatorem: nam aliud eſſet ſecundū eum, ſi electio eſſet data per legem. Tamē Bald. tenet, q etiā hoc caſu quamuis debeat eligere meliorē, nō propterea vitiatur electio, ſi tātùm de digno fiat. Pau. de Caſt. tenet, quòd inſpicit an quis ſit electus à maiore & ſaniore parte eligentium, & præualet electio ſi dignus eſt quamuis alij ſint digniores, vt in c. Quia propter, de electiōe. Et idem effectu tenet Ioan. de Imol. hîc per eandem decretalem & ſaluat Petrum poſt Bal. quando duo eſſent electi diſcorditer à duobus commiſſarijs, quia vnus eorum eſſet præferēdus ſi eſſet idonior. Et licèt hi Doctores loquantur extra terminos iſtius l. tamen idem præſupponunt eſſe in caſu iſto, vbi vnius tantùm arbitrio electio eſſet per legem commiſſa. Quia minus habet dubitationis, ex quo ipſo eligente conſumatur tota electio. Neq; poteſt eo caſu recurri ad maiorem & ſaniorem partem: ſed ipſe ſolus, vt dixi, complet & perficit electionem. Albe. tamen hic tenet, q vbi competit alicui electio ex legis diſpoſitione, tenetur eligere digniorem & non valet electio per eū facta de digno, ſi alius reperiatur magis dignus. ſecùs ſi teneatur eligere ex diſpoſitione teſtatoris, vt ſi quis leget centum aureos pauperibus, quos talis elegiſſet, non teneatur ille pauperiores eligere: quia (vt ipſe ait) electio erat per teſtatorem ad eum deuoluta: aliter autem eſſet (vt dixi) ſi per legem electio conceſſa eſſet, vt in l. Si quis ad declinandam, C. de Epiſcopis & cleri. quam ipſe intelligit hic in electione delata à lege. Sed certè potiùs eſt ibi diſpoſitio hominis principaliter, id eſt teſtatoris. Et in quantum tex. ibi loquitur in verſi. [*Sin autem ampliores*] in pauperiore hoſpitali eligendo, non eſt illa diſpoſitio legis principaliter: ſed eſt quædam declaratio trahens ad vlteriora circa interpretationem diſpoſitionis teſtatoris. Et ſic Alber. tenet in effectu idem quod Petrus de Bellaper. contra quem tenent Doctores relati videlicet Bald. Paul. & Ioan. de Imol. & ita, vt dixi, eſt tenendum cum modificatione ſeu ſaluatione Ioa. de Imol. quam ſupra retuli.

Hinc poſſet inferri, quòd pater hodie habens facultatem meliorādi vnum ex filijs in tertia bonorum parte per leges iſtius regni, poterit eligere filium, quem maluerit, & eum meliorare in prædicta tertia parte, ſi non ſit demeritus licèt non ſit meritus, vel magis meritus quam alij filij non meliorati. Nec me latet, quoſdam huius regni ſcriptores alibi tenere oppoſitum per l. Fœminæ, in princi. C. de Secun. nupt. quæ lex re vera nō accedit ad propoſitum, ex eo quia videtur tranſire vlterius exigendo merita in electo. Porrò ſi quando quis debet eligere inter dignos, quilibet præſumitur dignus & meritus, vt hîc in glo. & per Bald. & ſequaces extendentes, vt dixi, iſtum text. qui loquitur in commiſſione eligendi facta ab homine, ad commiſſionem factam per legem: à fortiori ergo idē dicendum in electione, quæ defertur per legem ſimpliciter, vt eſt in caſu l. fori, quæ eſt nona, titu. de las mandas libro 3. foro ll. per quam permittitur ipſi patri, facere prædictam meliorationem vni ex filijs ſimpliciter & abſolutè, & eum nominare, vel meliorare, vt in hoc caſu probatio meritorum extrinſecorum à filio

Ad materiā meliorationis.

Ioan. de Pala. rub. in repetitione c. per veſtras.

Lex fori.

lio meliorato non ſit exigenda: quin potiùs talis qualitas præſumatur ineſſe tali filio meliorato. Inſuper conceditur patri per dictam l. fori facultas meliorandi vnum ex filijs, ſi voluerit: & ſic ſubſtantia electionis videtur in voluntatem ipſius collata: ergo à fortiori cenſebitur in ipſius voluntatem commiſſa ipſius electionis qualitas, vt quem voluerit, alias maluerit ex eis eligat: ac ſi prædicta lex fori dixiſſet, quòd pater poſſit eligere vel meliorare vnum ex filijs, quemcunque voluerit, vt in primo caſu ſeu reſponſo iſtius l. & ſecundum hoc, id eſt attenta commiſſione facta per prædictam l. fori in liberam patris voluntatem, quæ videtur facta, vt dixi, per verba volitiua, poſſet pater filium etiam demeritum eligere & meliorare: dummodo demerita concernerent ſolummodo perſonam patris & ipſe ſciens & prudens eum melioraret. Nam per hoc videretur remiſiſſe filio iniuriã vel offenſam ab eo ſibi illatam, argumento l. Filio quem pater, ſuprà de Libe. & poſthu. cum ibi not. per Doctor. & ſic patet, prædictam l. Fœminæ, ad hanc rem perperam allegari per illos.

Iſtud ſuadetur apertè ex eo, quòd illa merita, quorum habetur mentio in dicta l. Fœminæ, non intelligantur debere neceſſariò eſſe ſpecialia & vera ſeu realia erga eligentem: ſed ſufficit ea eſſe præſumpta in genere ſi ex aduerſo non probetur indignitas in electo: & ita expreſſim exponit Bald. ibi illum text. Nam dum ibi tex. dicit [*In quem contemplatione meritorũ liberalitatis ſuæ iudicium &c.*] inquit Bald. intellige contemplatione meritorum ſcilicet, obſequialium: aliàs non eſſet iudicium liberalitatis, ſed ſatisfactionis & compenſationis vel permutationis. Sed etſi lege, § Conſuluit, ff. de Peti. hæredi. Nam omnis ille in hac materia dicitur benemeritus, qui non fuit demeritus l. Cùm pater, § Rogo, ff. de Lega. 2. Hac Bald. ibi, & in Auth. Lucrum, eo titul. quem ad verbum recitat Ioan. Iran. à Ripa in eadem l. Fœminæ, in textualibus 26 quæſtione, dicens ita debere intelligi l. Neque adiecit, ff. Pro ſocio, in quantum dicit, quòd inſtitutiones & legata dantur ob benemerita ſcilicet, præſumpta, id eſt quæ præſumuntur, non probata ex oppoſito aliqua indignitate vel aliquo demerito & conſequenter adhuc clarius reſultat, illos modernos Hiſpanienſes ſcilicet, Ioan. à Pala. Rub. non perpendiſſe illum textum poſtquam ordinariam apoſtillam Bald. non adduxerunt.

*Expoſitio Bal. ad l. Fœminæ.*

Præterea ad id quod in ſuperioribus eſt dictum, quod is dicitur meritus, qui non demeretur, eſt tex. in l. Fideicommiſſa, § Quanquam, in tit. primo, quam Albericus hic allegat, & bonus text. quem gloſſ. hîc citat in prædicta l. *Seruos*, & in huius gloſſ. propoſito vide quæ dicam in l. Vnum ex familia, § 1 infrà eo. ſuper gloſſ. in verſicu. *Neceſſariæ electionis*, & hoc eſt quod per alia verba glo. iſta in fine colligit ſcilicet, quòd quiſq. cẽſetur, vel præſumitur dignus & bonus & meritus, vt poſſit eligi per hæredem grauatũ eligere, tam in caſu huius legis quã extra hũc caſum quoad aliũ effectum niſi probetur indignus vel malè meritus, ſeu demeritus: quod multipliciter limita, vt per Feli. in ca. Cùm in iure, col. 1 de Offic. delega. cuius quartæ limitationi adde text. no. illam ſublimitantem in Authen. de Monachis, § Si verò intra triennium, verſicu. [*Attamen ſufficit*] coll. 1 quẽ cõmẽdat Roma. cõſil. 236 & Iaſ.

in l Si priùs,col 14 nu 43 ff de Noui ope nuntia & ante eos Sali in l Si minorem,col 2 in verſi Nunquid quod olim fuit,C de In integ reſti facit etiam bene tex de quo in eã rem Doctores non meminerunt in cano Si Seruus ſciente 54 diſtinct

In glo vlti Ex hac glo elicit Albe hic vnum ſatis not videlicet,quod illud quod pendet ex electione,vel cõfirmatione alicuius eſt cõditionale, vſque ad electionem vel cõfirmationem,ad quod no generaliter ſic acceptum glo iſta eſt no & celebris extra terminos iſtius text Cæterum in iſto tex alia etiam ratione impeditur trãſmiſsio legati ſ quia hæres fuit rogat⁹ ſub relatiuo,quos volueris Itẽ quos putaueris, quodquidẽ relatiuũ,licèt inducat conditionem tacitã, vt per glo no in l Stichum qui meus,§ ti 1 tamen impedit tranſmiſsionẽ, cùm talis conditio inſurgat ex teſtamẽto l,Conditiones extrinſecus,) de Condi & demon vbi tradit Bart Ioan de Imo & alij Doctor & ita notat hunc tex Ioan de Imo hic in pe no erit ergo,vt dixi,notabile Albe menti tenẽdum cum glo no huius l & cũ glo 1 legis Si tamen,ſtatim ſequenti,extra terminos huius tex videlicet, vbi hæres rogaret declarare vel eligere ſimpliciter abſque conditione explicita, ſi, vel implicita per relatiuum Et in quæſtione quã Bart hìc ponit,dic vt per Paul de Caſtr vel vt per Imo quẽ ſequitur Ang de Perig & eorum intentio videtur eſſe, quòd deciſio Bart in dubio & ſimpliciter non procedat ſed eo ſolũmodo caſu quo ipſe loquitur,id eſt in proprijs terminis,in quibus format quæſtionem videlicet,quando verba conſtitutionis nõ poſſent propriè verificari (prout eſt regulariter & in dubio) niſi in exequutore proprio & vero Alias autem præfata deciſio Bart de iure communi,ita ſimpliciter & abſolutè ſumpta non procedit

Vnum duntaxat dubium ad iſtius l condimentum non eſt omittendũ videlicet,an huius l diſpoſitio habeat etiam locũ in fideicõmiſſo vniuerſali hæredi per teſtatorẽ iniuncto,vt reſtituat hęreditatẽ vel partẽ hæreditatis cui velit Et hæc dubitatio differt ab eo quod hìc dicit Ange de Perigl quem ſuprà proximè retuli quia ipſe loquitur in caſu iſtius l vbi hæres fuit rogatus reſtituere vni incerto de certis ſed dubitatio hæc verſatur, vbi rogatus fuit reſtituere ſimpliciter cui vellet & in hac quæſtione Barto in d l Lutius,§ In teſtamento,ſupra tit 1 præſupponit, quòd eiuſmodi relictum valet tamen quòd hæres grauatus non poteſt reſtituere in capaci reſpectu teſtatoris De quo miratur ibi Ange de Peri tenens contrariũ imò quòd tale relictum ſit captatoriũ & concludit, quòd etiam hoc caſu videatur rogatus reſtituere piæ cauſæ, allegans Ioã And alibi,& Bald in d l Executorem eo loco, quem § citaui

19 & retuli, eum tradere de intellectu † capi Cùm tibi, de Teſtamen de quo dixi in l Si quis Titio,§ iſto titu & quod ibi fuit dictum & concluſum in propoſito illius decretalis in inſtitutione, idem dicit Ange de Perigl in fideicommiſſo vniuerſali eſſe tenendum in propoſito iſtius dubij Sic itaque iſti caſus parificantur, Inſtituo quem volueris, & ſic incertum de incertis &, Reſtituas cui voles &, da pauperibus &, Facio te exequutorem , abſque inſtititutione,id eſt non inſtituendo eum Nam in his omnibus & ſimilibus caſibus habet locum text in dicto cap Cùm tibi Secùs ſi dixiſſet, Reſtituas, quib⁹ voles ex cõſanguineis,vel ex libertis Ad c cũ tibi exemplifica tiones

quia

quia nõ eſt captatorium & habet locum iſte tex ſecundum intellectum Angel de Perig Eſt ergo differentia inter inſtitutionem & fideicõmiſſũ vniuerſale quia inſtitutio facta de aliquo incerto de certis, vt inſtituo vnũ de meis libertis ,aut conſanguineis, quẽ Titius volet,vel eliget,eſt captatoria,vt in l Illa inſtitutio,ſ de Hære inſtitu & tradidi abũdè in l 1 ſ eo & inter fideicõmiſſum vniuerſale relictum incerto de certis vt hic quia non eſt captatoriũ Imò bene valet ſecundum Ange de Perig Et ratio eſt in prõptu quia primo caſu ſubſtãtia diſpoſitionis confertur in voluntatẽ alterius quam ita cõmittere non licet Secũdo autẽ caſu ſola electio vel declaratio videtur cõmiſſa, quod qui dẽ iuribus apertis facere licet, vt in l Vtrũ,§ Cũ quidã,ſ de Rebus dub & tradit Bald hîc 1 no & qđ ipſe dicit, poteſt etiam adaptari ad fideicõmiſſum vniuerſale,ſecundũ eiuſdẽ Ang intellectũ Et hæc ſatis in hac not lege,quam in lectione matutina ſedis meæ primariæ ter ſum interpretatus, & in ea diſcutienda (vt par erat) inſudaui,quo aperirem intelligentias textuales Et re vera abſque his quæ ſ tradidi,non poteſt adamuſim lex iſta percipi etſi omnium ſcriptorum qui me præceſſerũt (abſit verbo inuidia) commentarij diſpiciantur, ſeu diſcutiantur,verſentui,& examinentur

*Summarium*

1 *Communis ſententia, q licèt teſtator poſſit rem hæredis ut propriam legare,non tamen tranſit in legatarium illius rei dominium ipſo iure , ſicut tranſit dominium rei ipſius teſtatoris ab eodem legatæ tamen ſi res legata eſſet communis teſtatoris & hæredis,bene tranſiret ad quod tex iſte ſubtiliter inducitur Quid autem ſi talis res legata eſſet communis teſtatoris & extranei tangitur hic ſuccinte , & in diſcurſu uerborum abſq, reſolutione ideoq, deliberandum erit ſuper hoc puncto.*

2 *Dominium rei hæredis licèt non transferatur ſtatim poſt mortem teſtatoris eam legantis in ipſum legatarium, prout omnes* Doct *concludunt , tamen illud intelligitur , niſi res legata eſſet communis teſtatoris & hæredis*

## *L.* Is cuius

IS cuius in ſeruo proprietas erat, fructuario hærede inſtituto, alicui cum ſeruum legauit, non poteſt hæres doli mali exceptione vti, ſi legatarius vendicare ſeruum velit,nõ relicto hæredi vſufructu.

ISta lex Is cuius ſummatur vt per Barto & Docto hîc. Ex eaque notandum eſt ſecundum Ange de Perig & eſt de aliorum ſcribentium, maximè Pau de Caſt intentione & præſuppo
1 ſito,† quòd licèt teſtator legãdo rem videatur dũtaxat legare ius,quod habet in re,non autem ius alteri competens in eadem re l Serui electione, §. vlti ſ titu 1 etiam ſi tale ius quod teſtator habet, eſſet morte periturum, vt eſt vſusfructus,vt in l Si domus,§. ſi eo titu vbi Barto & alij Docto notant,& quod per illum tex dicit Bal ſingu in l Cùm virum,C de Fideicõ. ad ſi & ad idem ſolet allegari l Quod in rerum,§ 1 eo titu de Lega 1 quãuis non bene probat quia loquitur in caſu claro,id eſt, quãdo ſolus vſuſfructus fuit legatus per vſufructuarium De cuius tamen text intell videndus eſt Alexand conſilio 9 volu 2 & Aretinus conſilio 260 Ad idem clarior tex in l Vxoi patrui,C de Lega quarũ legũ regula ꝓcedit etiã in contracti-

contractibus, vt tenet Aretinus per illum text in l Si ſeruum,§ Item ſi homo, ff de Verbor obligatio & & tradit Decius conſilio 187 colum 2 quanuis non meminerit Areti vbi ſuprà Idem ante iſtos tenet notabiliter Bald de quo fecit mentionem Aret in dicto §.Item ſi homo,in rubrica,C de Contrahen emptio 6 quæſtione cuius etiam non meminit Decius in illo cõſilio allegat tamen Bal in alijs locis cum alijs remiſsionibus & inter alia allegat eundem Bald in l Cùm alienam,poſt prin C deLega. vbi notabiliter diſtinguit inter contractus lucratiuos & oneroſos & vide in hoc propoſito notabilem deciſionem Bald in l 1 C Si pignus pig dat fue & in l Rem quam,C de Iure dot & Angel in l Vſufructu,§ Solu matrimo Soci conſilio 66 incipiente,Viſa donatione,col 3 verſic Et in ſpecie,volumi 3 Tamen fallit (vt ad concludendum notabile redeam)in ſi illud ius, quod teſtatori deerat, eſſet hæredis quia in dubio teſtator intelligeretur legare illud ius etiam cũ iure proprio & etiam ſi morte eſſet finibile,vt probatur hîc,& in l Cùm filius,§ Dominus,§ eo cuius ratio deſumitur ex l Vnum ex familia. § Si rem,in ratione ſui,§ iſto titu & intelligunt Doctores communiter in prædictis locis, & hîc poſt gloſſ iſtam l procedere in ſeruitute perſonali vſuſfructus,vel vſus, vel ſi Secùs in realibus,ſecundum Paul de Caſtr & Docto in d § Dominus Ratio differentiæ elicitur ex dicto § Dominus ſcilicet,quia vſusfruct⁹ eſt portio ipſius rei,vt declaraui in l Lutio, ſuprà eo non autem aliæ ſeruitutes reales & ideo teſtator legando proprium fundum ſeruientem fundo hæredis,non videtur legare ſeruitutem realem actiuè hæredi in fundo competẽtem

Quam rationem nititur hîc declarare Paul de Caſtr ſed quia non declarat perfectè ideo dic, quòd ſeruitutes reales actiuè conſideratæ nõ ſunt partes prædiorum cùm ſint eorum qualitates vel accidẽtia, vt in l Quid aliud,ff de Verbo ſignificatio & in l Seruitutes , mag in princi ff de Seruitu titul gene & ſic in effectu videtur teſtator legaſſe prædium propriũ ſeruiens prædio hæredis cum eadem qualitate ſeruitutis paſsiuæ prædio legato inhęrenti reſpectu legatarij, & reſeruaſſe hæredi ius ſeruitutis reale actiuum prædio ſuo debitũ Quia cùm (vt prædixi) illa ſeruitus actiua prædio hæredis actiuè inhęrens non fuerit pars prædij legati ſeruientis, impoſsibile eſt, quòd veniat appellatione fundi legati & ita clarificatur ratio huius ſubtilis legis

2 Deinde ex hoc tex vltra Doctor poteſt notari,†quòd licèt dominium rei hæredis non transferatur ſtatim poſt mortem teſtatoris eam legantis in ipſum legatarium,prout omnes Doctor concludunt contra gloſſ ibi in l 2 in parte,In rem actiones,C cõmunia de lega vt ibi tradunt Corneus & Iaſo referentes autoritates gloſſarum & Docto in contrarium & Barto & Doctor poſt gloſſ vbi allegantur aliæ gloſſ eidem gloſſ ſimiles itidemque aliæ contrariæ ad glo. in dicta l 2 tamen illud intelligitur, niſi res legata eſſet communis teſtatoris & hæredis Quod probatur ex hac l hoc modo inducendo ipſam Nam hîc non ex eo ſolo quòd vſuſfructus fuerat confuſus per aditionem hæredis,idem hæres volebat reſtaurari vſumfructum per modum exceptionis Nõ enim hic cõfundit. q̃a anteq̃ hæres fiat dñs ꝑ aditionẽ, tranſlatum, eſt ipſo iure in legatariũ dominium totius fundi à morte teſtatoris Inductio iſtius l pro comuni

ſtatoris

ſtatoris vt ſequitur ſed ex eo quòd in legatarium fuerat tranſlatus, totus fundus pleno iure, videlicet quoad dominium directum & vtile, hæres nolebat tradere fundum legatario niſi priùs ſibi denuò conſtitueretur vſusfructus, quem antè habebat Et iſtum intellectum ſentit Bart in eodem § Dominus 3 oppoſi in fin ver & ibidem Ioan de Imo clariùs in ſecundo textuali, coniuncto vltimo not & ibi Pau de Caſt in verſi Perin de, &c quanuis in præſentiarum ſeſe in hoc puncto non declaret, quod eſt not Nam Bar & Doct in d § Si rem, fatentur quòd ſi teſtator leget rem hæredis, res debeatur legatario dominium verò ipſius, nõ transferatur in eum, non tamen declarant, an trãſ eat dominium in legatarium hoc caſu ſcilicet, vbi legatur res communis teſtatoris & hæredis & tamen per iſtum tex vt ſ inductum, dicendum eſt quòd ſic, prout & tenet Barto in prędicta 3 oppoſitione Sed ſi fundus eſſet communis cum extraneo, videtur dicendum, prout dicitur in prædicta l Serui electione, § fin ſ titu 1 vt diſtinguatur, an dixit meum, vel non dixit Sed iſta diſtinctio tendit ad aliud, non autem quoad tranſlationem dominij, quæ illo caſu nõ eſt poſsibilis Intelligo tamen iſtum tex quòd dominium illius iuris perſonalis tranſit in legatarium Sed propriùs loquendo, dominiũ vtile ipſius rei quod erat hæredis tranſit cũ proprietate quæ erat teſtatoris, poſt cuius mortem è veſtigio ex vſufructu formali tranſit in cauſalem & fit quędam conſolidatio adinuicem, reuocabilis tamen quia ſi hæres poſtea repudiet, fingetur retrò vſusfructus nõ conſolidatus, neq; tranſlatus in legatarium & reſtituetur hæredi & remanebit prout antè erat formaliter duntaxat cum ipſo hærede, prout in ſimili dicitur, quod quando legatarius repudiat, fingitur res legata fuiſſe hæredis à principio, vt in l Si tibi homo, § Cùm ſeruus, ſ titu 1 Et in hoc videtur ſtare iſtius l difficultas, quæ quidẽ remanet ni fallor ex prædictis reſoluta Cætera ſupplẽda ſunt ex his quæ traduntur in dicto § Dominus

## *Summarium.*

1 *IN legato alternatiuo duarum ſpecierum non poteſt fieri per legatariũ tranſmiſsio dominij in hæredem ipſius decedentis ante talis legati agnitionem Ratio duplex hic ſubnectitur, ſecunda primæ declaratoria*

2 *Vbi legatũ non eſt propriè & ſtrictè alternatiuũ, prout in ſecũdo caſu iſtius l eſt effectu ut ũ legatum: non autem cenſentur plura legata. Communis per iſtum tex contra glo in l Lutio, ſupra eodem.*

## *L* Si illud

SI illud aut illud legatum ſit, vnũ legatũ eſt Si ſub contrarijs conditionibus aliud atque aliud legatum eſt, vnum legatum eſſe arbitramur. Neque refert hæredum, & eorum quibus legatum eſt, diuerſas perſonas eſſe, veluti ſi ita legatũ eſt. Si Nerua Conſul factus erit, Titius hæres Attio det fundum Si non erit *N*erua Conſul factus, Seius hæres *M*euio centũ dato.

EX hac l ſolũmodo occurrit notandum id, quod per eam tradit Angel de Perig. hic poſt Bald dicẽs, ꝙ ex eo quod

1 quod hîc dicitur,† quòd legatum alternatiuum plurium rerum etiam à pluribus grauatis, itē & pluribus honoratis relictum, eſt vnicum & non plura Colligitur ratio, quare in legato alternatiuo non ſit tranſmiſsio alternatiua dominij ad hæredes honorati ante electionem, quæ eſt quia plurium rerum legatarum dominiū non poteſt tranſmitti, cum vna ſola res ſit legata, & illa eſt incerta Ratio rationis, quia tranſlatio, dominij ſecundum Bald eſt quædam executio, quæ non debet fieri in vtraque re, ſed in altera duntaxat, vt hic per eum & conſequentia deſumpta de rebus ad perſonas, videtur idem dici poſſe in caſu l Cùm quidam 2 verſic [Idem ait] ſ eo ad comprobationem opi Barto ibi ſcilicet, quòd non ſit ibi tranſmiſſio dominij in perſonas quæ erant eligendæ per hæredem ſi hæres fuit in mora ſed fit duntaxat tranſmiſsio iuris vel obligationis perſonalis Cætera quoad hoc punctum dic vt per Docto in l Si quis ſeruum, § 1 & in l Lutio, ſ eo vbi reprehendunt gloſſ per hunc tex Nam gloſſ ibi videtur
2 voluiſſe, † quòd vbi legatum non eſt propriè & ſtrictè alternatiuum prout eſt iſtud in ſecundo huius caſu (qđ potius eſt ſubrogatiuum prout Bald inquit poſt Petrum ibi, vtpote factū ſub diuerſis verborum conceptionibus) quòd cenſeantur eſſe plura legata Sed gloſſ illa in prædicta l Lutio, reprehenditur per Doctor communiter, vt dixi, per hunc tex cum gloſſ Quia imò in effectu tale legatum cenſetur eſſe alternatiuum & vnum quia non poſſet in idem tempus concurrere, quum ſit relictum ſub duabus conditionibus ab inuicem contrarijs & repugnantibus, vt ibi Bald inquit Vi l Si ſeruus legatus, § primo & l Si quando, § fin ſ titu primo Non ocurrunt alia dicenda in hac l

## *Summarium.*

1 *Mutatione perſonæ, mutatur qualitas priuilegiata ac denominatio legitimæ uide infra nu 6*

2 *Intelligentia & declaratio ad tex in § Sed noſtra, uerſic Ita ſine onere, de ſucceſſ liber in Inſti*

3 *Grauamen legati uel fideicōmiſſi ſimpliciter & impersonali per teſtatorem relictum in dubio cenſeri debet hæredi uel hæredibus iniūctum, ab hiſq; pro quota cuiuſq; parte implendum*

4 *Accidentia (quæ eſt etiam Philoſophi maxima) è ſubiecto in ſubiectum migrare nequeunt*

5 *Non entis nullæ ſunt qualitates quod eſt etiam Philoſophicum theorema.*

6 *Ceſſante rei effectu, ex conſequenti ipſius rei nomen conſileſcere debet uide ſupra nu 1*

7 *Quod de legitima patrono debita in hac l tradit, ad legitimam filij non abs re per Docto in præſentiarum producitur*

8 *Comprobatio grauaminis legitimæ appoſiti per eum cui debebatur, quomodolibet poſt mortem illud apponentis facta aſtringit eum ad ipſius implementum ſubijciturq; deciſio quæſtionis aſsiduæ*

9 *Excluſus ab uniuerſo à particulari etiam ſub eodem incluſo propellitur*

10 *Per ſimplex ſilentiū filij grauati in legitima non inducitur approbatio talis grauaminis.*

11 *Filius conſentiens exhæredationi de eo per patrem ſine cauſa legitima faciendæ uel factæ, etiam eodem patre uiuo, præcludit ſibi ipſi uiam agendi contra eiuſmodi teſtamentum atteſtante communi glo & Doctorum calculo*

12 *Quod omnino nullum eſt per approbationem expreſſam ualidari poteſt, ut ex nunc ſumat exiſtentiam non autem ut ex tūc i. retro ab exordio hoc eſt ab ipſius actus nullius confectione.*

13 *Intellect ad l Quoniam in prioribus, C de Inoffi teſta ut procedat in reſectione grauaminis ipſo iure reſpectiue & perſonaliter quoad eū ſolum cui legitima, quæ fuit grauata, debetur acceptantē non autē quoad aliū, uel quoad eundē repudiante ipſam legitimā Sicq; talis grauaminis appoſitio nō eſt ſimpliciter & abſolute nulla ſed duntaxat quoad quid uel reſpectiue.*

14 *Quod habetur pro tali ſecundum quid & non ſimpliciter, non eſt proprie & uere tale*

15 *Quaſi, dictio eſt nota improprietatis prout & dictio, quodammodo.*

Haud

61 Haud inconuenit unum eundemq, actum reſpectu unius perſonæ cenſeri ualidum, & alterius reſpectu inualidũ præſuppoſita talis actus ualiditate, ut eſt in propoſito appoſitio grauaminis in legitima Subditurq, deinde legis cuiuſdam Partitæ põderatio

17 A patroni legitima ad legitimam filio debitam tenet ſequela affirmatiue & quidem a fortiori Nec mirum, quia arguitur de minori ad maius

18 A legitima filij ad legitimam patroni affirmatiue, utpote de maiori ad minus conſequentia non ualet

19 A legitima patroni ad legitimam filij negatiuè conſequentia non tenet, utpote de minori ad maius negatiue

20 A legitima filij ad patroni legitimam ualet negatiue, utpote de maiori ad minus negatiue His quatuor pronuntiatis quæ innituntur maximis Dialecticis Topicorum, reſoluitur examuſſim iſte inuoluolus argumentationis unius legitimæ ad aliam in quo iuris prudentum commentarij locorum Dialecticorũ expertes paralogizant, falluntq, et fallũtur

21 In legitima poteſt dari per patrem filio uulgaris ſubſtitutus ſicq, talis datio non reputatur grauamen quoad filium Sed potius prouiſio quædam quoad patrem, ut filio omittente hæredem habeat

22 Declaratur hic cum appoſite, tum uere contra crebras Doctorum allegationes § Quod uulgo, l. Si poſthumus, ff. de Libe & poſt

23 Intellectus & explanatio ad l. Sextiliam, ff de Lega 3 ultra ſcribentiũ traditiones

24 Tollitur obex non quidem mediocris, qui poßit ſubeße aduerſus prædictam communem ſententiam & in legitima apponi poteſt uulgaris ſubſtitutio

25 Tranſmiſſio ex potentia ſuitatis eſt generalior cum ratione temporis, tum ratione perſonarum alijs ſpeciebus tranſmiſſionum, ut pote fauorabilior eiſdem.

26 Intereſſe longioris uitæ actionis non eſt in conſideratione

27 Non dicitur quis alium grauare utendo iure ſuo permiſſiuo ſeu poteſtatiuo

28 Legitima ſola non tranſmittitur ex potentia ſuitatis per filium ad ipſius hæredes ſed ex quadam propria & ingenita natura tranſmiſſionis ipſius legitimæ tamen, ſi iũcta fuerit alijs bonis hæreditarijs, bene tranſmittetur ex eodem ſuitatis capite

29 Intellectus l 9 titu delas mandas, lib 3 fo ll una cum reſtitutione l 18 in ll Tauri, ut loquatur ſolũmodo in ſubſtitutione fideicomiſſaria item & in conditione affirmatiua inijciente grauamen, non autem in negatiua conſiſtente in ſola uoluntate poteſtate filij cuius legitimæ adijcitur

30 Diſsidium inter grauamen adiectum legitimæ in qua eſt datus ſubſtitutus uulgaris, & adiectum legitimæ filij non habentis ſubſtitutum ſed cohæredem nam primum non tranſit ad ſubſtitutum adita per filium legitima ſecundum autem tranſit ad cohæredem in eodem caſu, ideſt præſuppoſita præfata aditione legitimæ

31 Vbi per lege aliquid inducitur in fauorem alicuius intelligi debet illo petete niſi inducatur uel ad eũ deuoluatur, eo quia actus ꝑ que deuoluitur ſit nullus mero iure ex defectu formæ quia tũc etiã ante declarationẽ uolantatis eius in cuius fauore illud inducitur actus erit funditus & ipſo iure nullus, ut eſt ius dicendi teſtamentum nullu ob præteritionẽ filij in poteſtate eidem delatum uel deuolutum

32 Vbi priuilegium conceditur rebus propter perſonam, mutatione perſonæ extinguitur

33 Ex mutatione perſonæ fit mutatio qualitatis patrimonij

34 Si laicus transferat ius patronatus in eccleſiam, uel monaſteriũ, uel aliã perſonã eccleſiaſticã, ceſſionarius in quem fit eiuſmodi translatio habet tempus ſemeſtre ad præſentandum iure proprio, ut habet patronus eccleſiaſticus

35 Res perueniens ad manus exempti potitur priuilegio exemptionis

36 Res quæ fuit maiorũ uẽdita retrahibilis ꝑ propinquiorẽ conſanguineũ ex iure prothomixeos legũ regiarũ autoritate ſi ſemel uẽdita extraneo & lapſo nouendio ꝑ eundẽ uẽdatur alteri, ceſſat retractus

37 Ceſſat etiã ide ius retrahendi, qđ alias proximiori cõſanguineo cõpeteret, ſi alter cõſanguineus dñs rei patrimonialis ingreſſus fuerit religionẽ, & monaſterium eandem rem extraneo uendiderit

38 Quod in hac l deciditur de tranſitu grauaminis iniuncti legitimæ patroni, qđ ꝑ Doct. extẽditur ad legitimã filij naturalis & legitimi, procedit etiã in legitima filij arrogati eiuſdemq, in illa grauati

39 Legitima regulariter eſt pars quota bonorũ uel ſucceſſionis nõ autẽ hæreditatis: neq, hac l cõtrariũ probatur quicquid dixerint nonnulli relegentes nouiſsimi in præſentiarum Qua occaſione diſcutitur hic optime quod attinet ad iſtũ pũctũ huius l intell.

40 An hæres patroni in caſu iſtius l uel hæres filij aliâs inſtituti & grauati in eorum legitima teneatur ſubire tale grauamen diſcutitur hic affatim & concluditur, quod ſic cõtra Pau. de Caſt & Rapha. Cu. & mẽbratim articulus ſubdiuiditur in caſus

41 Retractatur quedã inductio facta per quoſdam nouiſsimos de prædicta deciſione Pau de Caſt

42 Vbi legatarius uel fideicõmiſſarius aliqua ratione grauari non poteſt per teſtatorem, a fortiori neque poterit grauari illius hæres.

## L Cum patronus.

Cum

CVM patronus ex debita parte inſtitutus fideicommiſſum ab eo relictum præſtare non cogatur, ſi omiſerit inſtitutionem, vtrum qui eã partem vindicat, eodem modo retinere, an verò præſtare debeat fideicommiſſum? & magis eſt deberi fideicommiſſum quoniam quod illius perſonæ præſtatur, hoc nequaquam ad alium pertinere debet

Summa duplex Bald

SVmmatur per Bald in hãc ſententiam duplici ſumma Grauamen quod in legitima alicui iniungitur, et ſi quoad eum cẽſendum ſit nullum, eſt tamen validum quoad ipſum, cui accreſcit Sicque qualitas perſonalis priuilegiata perſonam eius non egreditur cuius contemplatione priuilegium ſibi à lege conceditur

Notat idem Bald ex hac l onus quod legitimæ imponitur, eſſe tanq̃ pro non ſcripto & ſic quoad quid, id eſt quoad eum ſolum cui debetur legitima Ideoq́, ſi talis legitima ab eo repudietur, tranſit ad cohęredem vel ſubſtitutum cum eodem onere implendo ab eo ad quem eorum talis
1 legitima deuoluitur †Nam ob mutationem perſonæ, mutatur ſeu variatur in talibus bonis qualitas & denominatio legitimæ Ex quo enim patronus debet habere legitimam à lege ſibi deſignatam, omni onere, omnique grauamine exutam & liberam, quo defuncti grauamen apponentis voluntas non maneat illuſa ſed potius vt melius poſsit effectui mandari cohæres vel ſubſtitutus, ad quem iure accreſcendi vel ſubſtitutionis defertur debet ſubire atque agnoſcere grauamen iniunctum patrono vocato ad talem legitimam ſibi debitam, quod ille ſubiturus fuiſſet ſi in legitima poſset grauari, vel grauamen ei perperam impoſitum per eundem agnoſceretur Et, quod eſt fortius, idem dicendum erit, ſi patronus legitimã ſibi debitam, in qua fuiſſet inſtitutus a liberto, agnoſceret Nam & hoc caſu eiuſmodi onus tali legitimæ appoſitum eſſet implẽdum ab alio vel alijs cohæredibus, q; bus legitima non debetur ſed acceptauerunt ſuas partes, inſtitutionũ, vt probatur ſingulariter ex § Sed noſtra, ꝓpe finẽ, in illis verbis, [*Ita ſine onere ut neq, libertis liberti libertæue ex ea parte legata uel fideicõmiſſa præſtẽtur ſed ad cohæredes eorum* 3
*hoc onus redundet*] Inſti de Succeſsi liber
2 Qui tex † licèt loquatur in patrono præterito, cui erat onus iniunctum idem tamẽ eſt ſi fuiſſet inſtitutus, & agnouiſſet legitimam in qua inſtitutus fuiſſet cùm per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quæ in id tali patrono præterito datur, legitima ꝑ ipſum euincitur, & eam ab omni onere immunem etiam agnoſcit ſicq́, ad paria iudicantur patronum à principio fuiſſe inſtitutum in legitima, & eam agnouiſſe, vel eundem à primordio præteritum fuiſſe, & poſt teſtamenti contratabulationem & euictionẽ legitimæ eam etiam agnouiſſe quando vtroque caſu grauatus eſſet Quæ eſt illius eiuſdem tex in § Sed noſtra, propria & aperta intẽtio, dum ante verba ſ recitata inquit, idẽ eſſe vbi minus legitima à liberto fuiſſet patrono relictum & ſibi ſuppleretur Nam vtroque caſu id eſt quando patronus eſſet præteritus, & grauat* item & quando eſſet inſtitutus in minore portione, quàm eſſet ipſa legitima

Qualiter intelligat tex in § Sed noſtra Inſti de Succeſsi liber

ma quæ eſt ſibi ſupplenda,conſimiliter patronus grauaretur ſicq; pariformiter in tertio caſu prænotato ſcilicet, quando eſſet inſtitutus in ſolida legitima,&eam agnouiſſet itemque eſſet aliquo onere grauatus Nam omnibus his tribus caſibus, in quibus agitur de acceptatione patroni, grauamen eidem patrono iniunctũ rediret ad cohæredes per eoſdẽ implẽdum,ſiue exequendũ Qui caſus (vt dixi) ſunt in terminis fortioribus, q̃ ſit deciſio iſtius l vbi patronus in parte ſibi debita,id eſt,legitima inſtitutus datis ei alijs vel alio cohæredibus omiſit qui non eſt caſus ita dubitabilis,prout ſunt alij tres caſus prænotati,vt ibi dixi. Sed hic ſummopere aduerti oportet, quòd in prædictis caſibus vbi patronus inſtitutionẽ legitimæ oneratæ agnoſceret ſimpliciter, i abſq; onere,vel onere ſpeciatim ab eo repudiato ita demũ tale onus trãſiret ad cohæredẽ vel cohæredes ſi tale grauamen eſſet realiter appoſitũ Veluti ſi teſtator libertus dixiſſet,volo de legitima ſeu de parte debita patrono dari Titio cẽtum,†aut dixiſſet
3 ſimpliciter & imperſonaliter detracta partis debitæ, in qua fuiſſet p̃ron' inſtitutus mentione volo dari aut ſolui Titio centũ quo caſu cenſetur,oẽs hæredes, inter quos ipſum patronũ grauare l Si ſeruus legat',§ Qui Margaritam,verſic [Non autem] ſ tit i Tũc enim i his caſibus & ſimilibus procederent ſ dicta ſq; onus ſic iniunctũ incumberet ſoluendum hæredi, vel cohęredibus patroni diuerſimodè & reſpectiuè tamen Nam in primo exẽplo ex duobus prænotatis onus adiectum legitimæ patroni tranſiret de per ſe ad cohæredes in ſecundo autem tranſiret vnà cum onere ad eos ſpectãte proportionaliter, id eſt pro eorum portionibus, pro quibus ſeu pro quorum rata cenſentur grauati per talem grauaminis iniectionem ſimplicem & imperſonalem Sed idẽ iuris vtroque caſu quia tales cohæredes vno vel alio modo tenentur ad grauamen,quod concernebat patronum Non eſt itaque vlla inter hos caſus diſſonantia quoad iuris miniſterium Secùs tamen (vt præmiſſa proſequar)ſi ipſi patrono grauamen eiuſmodi eſſet perſonaliter iniunctum, cùm neceſſariò referatur ad ipſam legitimam, ex quo nihil aliud fuit ſibi per teſtatorem relictũ Nam hoc caſu ſi poſtea patronus agnouiſſet reiecto expreſſim vel ſilẽter grauamine, tale grauamen ſic ei iniunctum non eſſet implendũ per cohæredes,quod eſt ſummè notandũ ad prędictum § Sed noſtra,in verbis ſ recitatis cùm re vera ille text non poſsit verificari in grauamine perſonaliter ſeu nominatim iniuncto ipſi patrono, cui erat pars debita, id eſt legitima relicta Nulla eñ rõne, ex quo legitima eſt agnita,tale grauamen, quum ſit accidens vel qualitas, vel ipſius hæredis in legitima,inſtituti,vel ipſius legitimæ, poteſt in alios cohæredes non grauatos migrare,vel facere tranſitũ
4 †Accidentia ſiquidem neque ratione naturali,neque ciuili poſſunt mĩgrare vel decurrere de ſubiecto in ſubiectum l Vna,§ Ne autem,C de Cadu tollen vbi Bald de ea re(prout & aliâs de ſimilibus naturalia tangẽtibus)eleganter diſſerit poſt Philoſophos,ſignanter Auerroim & notant Inno & Docto loquentes de hoc iuridicè per illum tex in cap ſi ad ſi de Offic deleg Siue ergo grauamen fuerit adiectum perſonæ patroni,ſiue ipſi legitimæ, ſecundum diuerſa exẽpla,ſuprà relata,patrono in legitima inſtituto adeunte non poteſt tranſire in alias perſonas cohæredum ſiue

ue etiam eſſet adiectum, ipſi legitimæ, quæ remaneret apud patronum per acceptationem, quam fecit, & cō ſimiliter non poſſet migrare ipſum ſolum grauamen de ſubiecto, id eſt, de legitima in alios cohæredes ad quos legitima non peruenit neque in eis fuit repetitum per teſtatorem Et prædictam reſtrictionem, quanuis eam non adaptet ad dictum § Sed noſtra, videtur tenere Raph Cu hic in iſtius l propoſito Et licèt poſtea dicat, videri eam eſſe diuinationem re vera tamen non eſt cùm ſatis probetur, argumento l Celſus, § Quod alicuius ꝟ iſto titu & eius qđ tenet Bar in l Licèt Imperator 2 oppoſitione ꝟ titu 1 & ibi latiùs & clariùs de hac re tradit Iaſo, nu. 31 cum ſequentibus poſt alios Doctor ab eo ibidem relatos, præmaximè quia in caſu prædicto, id eſt vbi hæres quaſi creditor legitimæ, qui fuit grauatus, agnoſcit legitimam abſq; onere vel grauamine, tale grauamen quoad ipſum, vel ipſi᷒ ſolius intuitu, vt prædixi, ab ipſo initio eſt ipſo iure nullum Si nullum, ergo non poteſt migrare
5 in alium, † quia non entis (quod eſt ipſum grauamen nullum) qualitates non ſunt conſiderabiles, vt eſt maxima Philoſophica, qua plures ll innituntur, vt eſt l 2 vbi hoc notant Bar Bald & Albe ff de Vſufruct & l Eius qui in prouincia, verſic antepen ibi, [*Quoniam non poſſunt uideri bonorum poſſeſſores eſſe qui animum poſsidendi non habuerunt* ] ff Si cert petat vbi cōmuniter in id notant eum tex Doct & ſpeciatim Decius poſt eos, vbi alia ad eandem rem allegat Redeundo præterea ad id, quod cœpi dicere in huius notabilis princi Probatur ex hac l ſecundum
6 Bald † quòd legitima ſemel repudiata ab eo cui erat debita perdit officium alias effectum legitimæ & conſequenter nomen ipſius Argumēto l A nullo, C d Ferijs, & aſſumit nomē hæreditatis, id eſt partis quotæ ipſius
7 † Et ſubdit hic idem Bald idem eſſe in legitima filij, & ſequuntur alij ſcribentes hic ſcilicet, Pau de Caſtr Flo-ria & Ang de Perig hic Et expendēdum eſt, ꝙ Bald loquitur cautè, dum dicit, ꝙ tale onus eſt pro non ſcripto reſpectu eius cui adijcitur & ſic reſpectiuè vel ſecundum quid, non abſolutè & ſimpliciter Et probatur ex illis verbis iſtius l [*Non cogatur* ] quaſi Nota.
8 dicat, † ꝙ grauamen bene poteſt imponi mero iure, & valet ipſius impoſitio à primordio reſpectu patroni vel filij inſtituti in legitima, cuius perſonæ apponitur quanuis ob priuilegiū vel intuitū ſpecialem perſonæ illius tale onus non cogatur ſubire Et ſic ex text iſto à contrario deducitur, ꝙ patrono vel filio ſiue expreſsim, ſiue ſilenter comprobante appoſitionem talis grauaminis, putà vel perſoluendo illud, vel incipiendo illud ſoluere etiam ſi acceptaſſet legitimam & ſic legitima non tranſijſſet ad cohæredem, ſed maneret apud eum, idem filius vel patronus ſic grauatus teneretur tale onus vel grauamen adimplere, vt eſt prædictum quanto magis ſi illam repudiaſſet, vt in caſu directo iſtius l Ad quod etiam facit in ſimili tex cum gl in l Non dubium, § 1 C de Teſta & in l 2 C de Fideicom cū his quæ illic tradunt Docto Ex quib᷒ inferri poteſt ad vnum notabile ac quotidianū (quæ fuit quæſtio iandiu ventilata) videlicet, ſi pater iniunxit grauamen filio ſuo in legitima, vt putà ꝙ eā reſtitueret filio ipſius primogenito poſt mortē item & grauauit illū eundem nepotē & filij primogenitū conſimiliter eandem legitimā filio etiā ſuo primogenito poſt mortē reſtituere & ſic gradatim onerauit deſcen- Quæſtio notan & quotidiana

deſcendentes in infinitum, vt ſæpe aſſolet fieri per aſcendentes teſtatores cui quidem grauamini filius primi teſtatoris expreſsim conſenſiſſet an ſtante eiuſmodi cõſenſu, tale grauamen valeret in ipſius filij præiudicium, necne? In qua dubitatione reſolutiuè videtur dicendum, ꝙ ſi filius primo loco in legitima parte ſibi debita grauatus agnouit eiuſmodi grauamen expreſsim vel tacitè ſeu re ipſa poſt mortem patris tunc ſibi præiudicet non autem cæteris deſcendentibus ſubſequentibus per primum diſponentem eodem modo grauatis Cui reſolutioni ſuffragatur text in l Filio præterito cum gl ff De iniuſto rupto vbi per approbationem tacitã teſtamenti, in quo filius in poteſtate fuit præteritus factam poſt patris obitum eo abſtinente hæreditate paterna, excluditur à iure dicẽdi tale teſtamentum nullum Ad quod l illa eſt ſingul. & non alibi, ſecundum Imol ibi, col 3 quatenus loquitur in approbatione tacita Idem & à fortiori dicit eſſe tenẽdum in expreſſa eiuſmodi teſtamenti approbatione Paul de

Reſolutio

9 Caſt ibi †Si enim filius in caſu illo ꝑ alterutram ex prædictis approbationibus vel expreſsam vel tacitam excluditur ab vniuerſo iure, id eſt à tota hæreditate multo à fortiori excludetur in caſu de quo agimus à parte quin potiùs à parte partis ipſius, quæ ſibi adimitur de ea legitima per impoſitionem grauaminis in legitima, & agnitionem vel approbationem illius ab eo factam Argumento l Quę de tota, in prin ff de Rei vendi & l Si quis cum totũ, ff de Excep rei iudi facit l Iuriſgentiũ, § Adeò, ver [*Si igitur*] in prin ff de Pactis, & in ratione quã poſtea Iuriſcõſultus his verbis ponit Nã ſi res poteſt in totũ tolli, cur non & reformari? Ad idem l Videamus, §. pen verſi [*An igitur*] ff de In lit. iuran. vbi idem probatur, quòd qui poteſt totam rem tollere, poteſt etiã ipſam minuere & limitare Cui agnitioni vel apꝓbationi grauaminis poſt mortem patris, qui illud ſuo teſtamẽto reliquit concinunt prædictæ duæ ll ſ. in præceden adductæ videlicet l Nõ dubium, § 1 C de Teſta & l 2 C de Fideicom & vtrobique de hac re tradunt glo & Docto Ad idem etiam l pe ad fi cum l fi & l Papi. § Si conditioni, ff de Inoffi teſta & prædicta l Si quando, § Et generaliter Quæ omnia iura conferunt huic membro videlicet, quãdo appoſitio grauaminis fuit facta per patronũ in caſu huius tex vel per filium aliâs poſt mortem liberti, vel patris teſtantis, & apponentis conſimile grauamen Quãuis prædicta iura mixtim & promiſcuè fuerint allegata & quidem perperam, à modernis Hiſpanien in repeti c Per veſtras, ad approbationem grauaminis in vita liberti vel patris factam, quod nullo modo eſt dicendum Quia ſi talis approbatio fieret in vita eius, qui appoſuit grauamen, non eſſet alicuius efficaciæ quoad rẽ de qua agimus, vt tradit Soci. conſil. 230 incipien Viſo inſtrumento, aliâs teſtamento, col 1 cum ſequen volu 2 Ex cuius dictis in caſu diuerſo ſatis tamen ſimili quoad rationes fundamentorum, quæ ibi traduntur ad deciſionem illius thematis iſtud colligi

10 tur videlicet, † ꝙ per cõſenſum à filio præſtitũ matri vel patri teſtãti, id eſt tẽpore confectionis teſtamẽti, vel poſtea in vita ipſius teſtantis ſuper appoſitione grauaminis in legitima, non fit eidẽ filio eiuſmodi conſentiẽti prę iudicium, rationibus quibus ibi illius thematis deciſionem fulcit

Sed ex oppoſito videtur ſtare glo ordi in l Si quando, § Et generaliter,

Oppoſitio

gloſ mag ante fin quæ tenet conclu
11 denter † conſenſum per filium prȩſti
tum patri in vita ipſius circa teſtamẽ
tum, in quo ipſum ſine cauſa exhȩre-
dat, nocet ipſi filio, vt maneat effectu
& re ipſa exhæredatus vel præteritus
& conſequenter excluſus à paterna
hæreditate ac ſi iuſta & legitima cau
ſa ſubſiſtente fuiſſet excluſus Quam
gloſ tenent ibi Docto magis cõmu-
niter & ſequitur Imo in l Filio præte
rito 15 colum ff de Iniuſto rupto ad
ducens pro ea l Non putauit, § Si qs
ſua manu, ff de Bono poſſe contra ta
bul Sequitur etiam Alex in authen
Non licet, colũ 1 C de Liber præter
& ibidem Iaſ colum 2 verſ 2 limita
Etidem Iaſo in l 2 colũ item 2 C de
Bono poſſeſ contra tabu vbi ponit,
quid iuris ſit in præteritione Sequi-
tur itidem Deci in l Nemo fraudare,
poſt princi ff de Regu iuris

Sed reſponſio ad hanc obiectionẽ
colligitur ex eo, quod tradit Soci in
prȩnotato loco 5 ratione earũ, quas
ibi tradit non inter caſum de quo a-
12 gimus, † ſcilicet de approbatione gra
uaminis ĩ legitima appoſiti poſt mor
tem illud apponentis & caſum illius
gloſ quando in vita fit approbatio te
ſtamenti continentis exhæredatio-
nem ſimplicem & abſq, cauſa quo ca
ſu loquitur glo Nam ſi poſt mortem
fieret, res eſſet indubia per dictã l Fi-
lio præterito Eſt apperta ratio differẽ
tiæ ſcilicet, quia filius quia contrauo
niendo conſenſui per ſe præſtito in
vita patris eum ſine cauſa exhæredã-
tis, venit ad teſtamenti reſciſionem.
Cùm itaq, agat contra teſtamẽtum,
non poteſt conſenſui præfato per eũ
præſtito contrauenire ſed contraue-
niendo conſenſui per eum præſtito
in vita in diminutionem legitimæ,
non videtur venire contra teſtamen
tum ſed poti' dicitur venire ad illud
conſeruandum Ideoq, poteſt contra
uenire conſenſui per eum adhibito
in appoſitione grauaminis facta per
ipſum in ſua legitima, vt per eum ibi
referentem Bald & Sali ſicq, illius
gloſ concluſio non obeſt Redeũdo
ergo ad ſuperiora ex prædictis de-
ducitur per iſtum tex q mero iure va
let appoſitio grauaminis in legitima
licèt quoad eum, cuius reſpectu appo
nitur, ſit abſq, effectu vel efficacia Et
hæc eſt propria intentio iſtius tex in
ver [*Non cogatur*] vt ſuprà induxi Et eſt
etiam intentio Bald in ſecunda ſum-
ma & in notabili ſuprà relatis Et te-
net apertè Pau de Caſ hîc, & Rapha
Cuma in primo nota & iterũ in re-
ſponſione ad l Quidam referunt, ĩ de
Iure codic quam hic ponit ad finem
13 † Et ita etiam videtur intelligenda l
Quoniam in prioribus, C de Inoffic. **Ad l Quo-nia in prio-ribus**
teſta quæ eſt noua deciſio per quam
ſolet vulgo dici & ad id conſueuit al
legari, q grauamen ipſo iure remoue
tur à legitima Nam debet intelligi,
niſi filius poſt mortem patris ſciens
grauamen eſſe appoſitum legitimæ,
illud approbaſſet, vel ratificaſſet ex-
preſsè verbis, vel etiam tacitè per ali-
quem actum facti Idem de filio filij
& de reliquis deſcendentibus grada-
tim Nam vnuſquiſq, debet per ſe ap-
probare poſt mortem prædeceſſoris
immediati quoad prȩiudicium cuiuſ
que ſingulariter Nam aliàs per ſim-
plex ſilentium non cenſeretur facta
agnitio vel approbatio grauaminis,
vt ibi Docto concludunt Itaq, graua
men ipſo iure tollitur, vt Bal inquit,
quoad ipſum patronum vel filium:
& ſic quoad quid non autem ſimpli-
citer & abſolutè quoad oẽs, vel om-
nium reſpectu alias lex iſta nõ poſſet
vllo modo procedere, neq, verificari
quia grauamẽ nõ poſſet aliter in aliũ
tranſire ſi ab initio ob eius nullitatẽ
eſſet

eſſet pro non ſcripto & ſic eſſet nullum ſtirpitus Quia (vt eſt prædictū) non entis nullæ ſunt qualitates Item & ſubiecto deficiente,& eius qualitates euaneſcere,conſequens eſt Nec non ad ipſius grauaminis approbationem oportet præſupponi aliquam ſuſpenſionem ipſius Nam ſi eſſet funditus & omnino nullum,non eſſet approbabile vel ratificabile,adhoc inq̄ vt valeret ex tunc retrò Nam eſto ꝙ fieret per approbationem validum, valeret ſolūmodo,vt ex nunc ſecundū Barto in l Paulus,ff de Stat homi poſt Bar ibi & Bald in l Obſeruare,§. Poteſt,colū 3 ff de Offic procō & legat & nota Alex conſi 78 incipien Viſo & diligenter ponderato,colū 6 verſ Quartò reſpondeo lib 5 Franc Aret conſil 127 Eximie domine,colū 2 Intelligitur ergo l illa Quoniam in prioribus,ad fin quòd grauamen ipſo iure tollatur de legitima reſpectiuè quoad ſolum filium,ac ſi quoad illum fuiſſet pro non ſcripto Et ita intelliguntur verba illa,Tollantur & ibi, quaſi nihil eorum teſtamento additum eſſet ſcilicet reſpectiuè ad ipſū ſolum filium, cui grauamē fuiſſet adiectum contra vel præter vel ſecūdū ipſius filij voluntatem Sed quantum ad alium vel reſpectu alterius,ad quē legitima pergeret,vel migraret itē reſpectu eiuſdē met filij approbantis poſt mortem patris appoſitionē grauaminis,non cenſetur nullum ſaltē effectualiter & ex nunc Si igitur reuera ſeu re ipſa,grauaminis appoſitio non eſt omnino nulla,ſeu pro nō ſcripta abſolutè & ſimpliciter, ſed eſt valida quoad quid, & ſic reſpectiuè licèt cenſeatur non habere efficiciam reſpectu illius perſonæ,cui erat debita legitima

14 † Nam ſicut illud, quod habetur pro tali ſecundum quid, nō ſit propriè & verè tale,vt probatur ex l 1 §.Per ſeruū corporaliter, ff de Acquiren poſſ ſecūdum inductionem Aret quod etiam ibi tenet Soci 1 notab licèt aliquatenus circa hoc pungat in illius tex inductione, quam facit Aretinus Et idem etiam tenet Aretin met in l Patris & filij, ſuprà de Vulg & pupil Ita etiam in propoſito reiectio ſeu nullitas grauaminis certo reſpectu limitata,& quoad quid i quoad ipſum filium non eſt propriè & abſolutè vera nullitas, ſeu reiectio grauaminis ſimpliciter ſumpta neq; talis reiectio per l fit abſolutè ipſo iure vt dixi

15 † Quæ conſideratio benè applaudet dictioni [Quaſi] in l poſitæ, q̄ eſt nota improprietatis, ꝑut dictio, quodāmodo,vt per gloſ in l Si me in vacuā, in gloſ fin ff de Acquir poſſ vbi Alex & Docto alia iura in id allegant Et conſequenter concluditur, prout ſuprà eſt dictum, & elicitum ex hoc tex

16 † Neque inconuenit vnā & eandem diſpoſitionem cenſeri validam reſpectu vnius perſonæ, & reſpectu alterius eſſe inualidā cùm validitas ipſius in ſua ſubſtantia præſupponatur, vt eſt in præſentiarum appoſitio grauaminis.Argum l Miles,§ Prò parte, ff de Lega 2 cum multis in eam rem traditis per Andr Tiraquel. in opere retractus,fol 142 nume 23 vbi vidēdū cùm expedierit,vnà cum nume præcedente

Et per prædicta patet,non videri per ſectè fuiſſe loquutum Paul de Caſtr. hic ad fin quatenus dixit,ꝙ filio legitimam acceptante, grauamen ei appoſitum non valet ſed eo repudiāte fingit̃ ſemper valuiſſe Nam imò eo caſu nihil fingitur cū à principio, ſaltem per modum ſuſpenſiuum talis appoſitio grauaminis valeat mero iure,vt eſt dictum, licèt non quoad effectum,ob impedimētum,vel obſtaculum priuilegij perſonæ cui debet̃, id

Carpitur Paul de Ca.

eſt filij cuius prærogatiua & priuilegio bona ad ipſum pertinentia aſſumunt nomen & effectum legitimæ ipſo acceptante Cæterùm eo repudiante legitimam, grauamen quod à principio fuerat appoſitum, & pendebat quoad effectum, remanet vſque à principio efficax, ac ſine obſtaculo adimplendum per eum ad quem legitima ex diſpoſitione teſtatoris, pro ut eſt ſubſtitutus, vel præter, prout eſt cohæres, pergit ſeu deuoluitur in defectum filij repudiãtis & ſic (vt dixi) in caſu quo filius vel patronus repudiat legitimam, non eſt opus aliqua fictione retrotractiua quia vbi eſt locus veritati, ſuperuacuò, imò nulliter tractatur de fictione, l Si filius familiâs contra ſenatus conſultum, vbi Bald & Alber de hoc notant, ff Si certum peta. Et iſta ſunt de intentione, l. 11 titu 4. Part 6 dum in princ dicit, [*Libremente y ſin ningun agrauiamiento, y ſin ninguna condicion deue auer el hyo ſu parte legitima*] Et ſic dum illa lex refert ſe ad effectiuam legitimæ acquiſitionem, cũ dicit, [*Auer.*] vt in l Stipulatio iſta, § Hæc quoque, verſ Habere, ff de Verborũ obliga. innuit, ꝙ grauamen appoſitũ legitimæ, ſolũmodo tollitur, & reijcitur ab ea reſpectiuè, & ſola contemplatione filij ipſam acceptare volẽtis Prædicta etenim verba reſpiciunt ſolum filium actualiter conſequutum legitimam ad eum pertinentem & ſic per contrarium vult illa litera, ꝙ ſi filius repudiet legitimam, grauamẽ quoad alium, ad quem deuoluitᷣ (vt eſt iam dictum) remanet validũ, prout erat à prĩcipio ſub quadã inquam tacita cõditione, ſi filius poſtea repudiaret Prædictis cõſonat optimè tex hic, etiã ſi per tranſenam (vt aliâs dicitur) vel tranſeunter expendatur, in fin ibi, [*Quia quod eius perſonæ &c*] Inualiditas ergo grauaminis (vt eſt ſæpe dictum) eſt perſonalis & reſpectiua nõ autem realis & abſoluta Ex quib⁹ patet, quòd omnia adducta per autorẽ practicum Hiſpanienſem doctũ alioqui et expertum virum in cõmento eiuſdem l Quoniam in prioribus. 10 ampliatione ſunt temperanda in caſu, in quo ipſe loquitur videlicet filio acceptante legitimam, quo caſu non requiritur, ꝙ reprobet vel expreſsim renuat grauamẽ legitimę impoſitũ quia in fauorem ipſius lex illa habet illud pro reiecto dummodo non faciat aliquam tacitam facti approbationem iuridicam, vel aliquam expreſſam de ipſo grauamine ergo tale grauamen potiùs dicitur ab initio pẽdere ex futura acceptatione vel repudiatione legitimæ, q̃ ꝙ à principio dici queat funditùs nullum, per iſtum tex expreſsiſsimum iuncta extenſione, quã dixi de eo facere Doct ad legitimam filij grauatam Et ſic temperantur verba dic l Quoniam in prioribus, quæ per iſtam l eſt declaranda, iuxta glo in l Sciendum, in princi ff Qui ſatiſda cogan & in Authen Offeratur, C de Litis conteſta & in l Si quis ſeruo, C de Furtis, & in l Vt tantum, in princ ff de Ser concept facit lex, Sed & poſteriores, ff de ll Ex quibus itidem patet, minus rectè dixiſſe hîc Rapha Cuma in princ dum ex hoc text notat tale grauamen eſſe nullum ipſo iure cùm imò non ſit (vt prædixi) ſed pendeat quouſque ipſe filius in legitima grauatus acceptet, vel repudiet eam Nam ſi acceptet legitimam, reſoluitur grauamen eidẽ adiectum ſi verò eam repudiet, tranſibit in ſubſtitutum vel cohæredem, vt eſt ſuprà dictũ quod fieri nequaquàm poſſet, niſi data ipſius grauaminis conualeſcentia & validitate

Et quæ ſuperiùs per me ſunt tradita procedunt planè in grauamine iniuncto

iunĉto patrono vel filio ad commodũ alicuius tertij & ſic in ipſiuſmet tertij fauorem, vt in hac l Et inquãtum prædictus autor dicit in eadem 10 ampliatio dic l Quoniam in prioribus, quòd ſilentium filij non eſſet potens ad comprobationem prædicti grauaminis niſi (ſecundum eum) vltra tale ſilentium interueniſſet aliquod factum inſciens approbationem grauaminis tacitam, prout in hac l interuenit repudiatio, per quã cenſetur approbatum grauamen, vt in ſimili etiam habetur in dict l Filio præterito, ſecundo reſponſo, de Iniuſto rupto vt ſuprà induxi Idem & à fortiori dicendum eſt, ſi expreſsè approbaret, vt in di § & generaliter, cũ iuribus ſuprà allegatis, prout inquit Paul de Caſtr in propoſito illius tex in eadem l Filio præterito, in eiuſdẽ tex extenſione Et id quod argumẽ iſtius text tenent hîc Bald Raphael Cuma Floria & clarius Paul de Ca prout ſuprà etiam præſuppoſui, quòd ſi legitima filij repudietur per eum & ſic tranſeat ad cohæredem vel ad ſubſtitutum vulgarem (quo vtroque caſu iſta lex loquitur in legitima patroni) grauamen in tali legitima appoſitum, tranſibit ad talem ſubſtitutum, vel coniunctum, ſeu cohæredem filij, vnà cum ipſa legitima cui erat grauamẽ appoſitum, eſt verum Nam (vt ibi Bald inquit, & ſequun
17 tur Paul & alij Docto) † de legitima patroni ad legitimam filij valet conſequentia, vt in l fina vbi Bald & Doctores notant, C de Inoffic teſtamẽ & quidem à fortiori, cùm legitima patroni ſit minus debita ipſi patrono, q ſit debita legitima patris ipſi filio gloſſ communiter approbata in l Si quis legatum, ad finem, in glo antepenult ſſ Ad legẽ Corn de falſis Ex qua deciſione Doctorum colliguntur tria memorabilia Primum,

Collige tertium memorabile

18 † quòd valet argumentum de legitima patroni ad legitimam filij quod (vt dixi) probatur ex dict l fin in verſicu penul vbi Bald & Salic notant, C de Inofficio teſtamẽ Et quia ibi illi dicunt, quòd regula iſta ſæpe fallit, eſt aduertendum, quòd (vt dixi
19 Paulum de Caſt hic velle) † de legitima patroni ad legitimam filij arguitur de minori ad maius affirmatiuè, hoc eſt, ſi iſtud ſtatuitur in legitima patroni ergo à fortiori idem dicendum in *legitima filij*, prout arguit legiſlator in eadem l fina & gloſſ in dicta l Si quis legatum, & Paulus de Caſtr hic e contrario conſequentia affirmatiuè ſumpta non valeret vide
20 licet, † Si hoc eſt in legitima filij ergo idem in legitima patroni quia eſſet arguere de maiori ad minus affirmatiuè, quod non licet ſecũdum maximas Dialecticorum in topicis Similiter per contrarium valeret cõſequentia de maiori ad minus negatiuè ſcilicet, ſi hoc non conceditur legitimæ filij ergo neque legitimæ patroni *non tñ è contra* videlicet, ſi hoc non conceditur legitimæ patroni ergo neque legitimæ filij Et per hæc datur breuis reſolutio circa modum arguendi in hac materia, & colligitur ratio differentię inter omnes caſus, ſeu in omnibus caſibus ſimilitudinis & diſsimilitudinis inter has legitimas inuicem, quos ponũt hic inter eas nouiſsimi repetentes Hiſpani Secundum notabile ex di
21 ctis Paul colligitur, † quòd in legitima poteſt dari filio per patrem ſubſtitutus vulgaris Ex quo fit, quòd talis ſubſtitutio vulgaris reſpectu legitimæ non eſt grauamen Et licèt datio talis ſubſtituti vulgaris non ſit prouiſio quoad ipſum filium, cui ſubſtitutio fit eſt tamen prouiſio quoad

teſtantem,cùm per eam eidẽ ſuccedatur,vt in prin Inſtit de pupi ſubſt &ob id dicitur eſſe fauorabilis ipſi patri teſtanti, prout & pupillaris eſt fauorabilis ipſi pupillo,vt inquit Bar in l Iam hoc iure,in prin ſupra de Vulg & pupil & iſta eſt cõis opinio Doctorum per illum tex in l Si poſthumus

22 † § Quod vulgo,ſupra de Lib & poſthu vbi illum tex Paul de Caſt Alex Aret & Iaſ in id notant Qui tamen tex id non bene probat ſ vulgarẽ ſubſtitutionem factam filio,non eſſe grauamen Nam licet ibi probetur, ꝙ filio nõ inferatur grauamẽ,neq; prçiudicium,ſi nõ exhæredet̃ à ſecundo gradu,ſed ſit ab eo pręteritus,ex quo fuerat in primo inſtitutus tamẽ non probatur de ſubſtitutione facta filio, vt nõ cenſeatur eſſe grauamen quo ad eum quia ibi ſubſtitutus vulgaris nõ fuit datus filio inſtituto ſed Titio cohæredi ipſius fuit datus ſubſtitut' vulgaris Meuius ſecundũ verã literã[*Titio*]Nam alia litera non põt ſtare ſcilicet,[*Titius & Meuius*]vt ibi apparet clarè Nam ſi Titius & Meui' eſſent ſubſtituti filio,fili' debuiſſet ibi repudiare,vt fieret locus ſubſtitutioni vulgari ſed ibi dicit̃,ꝙ Titius repudiauit, & Meuius fuit admiſſus ex vulgari in parte ſuę inſtitutionis ergo nõ tractatur ibi de ſubſtitutione facta filio & cõſequenter nõ põt ex illo tex deduci,an reſpectu filij talis ſubſtitutio vulgaris ſit grauamẽ,necne cùm( vt dixi)nõ fuerit ſibi facta,ſed cohæredi Sed cõſideratio illius text ſolũ verſat̃ circa hoc videlicet,ꝙ nõ ſit iniuria filio inſtituto,ſi à ſecũdo gradu præteratur & ſic gradus erit validus, tali præteritione nõ obſtante Non autẽ verſatur(vt dixi)circa illud,an ſit grauamen,vel nõ ſit grauamẽ reſpectu filij cũ ei nõ fuerit facta ſubſtitutio vulgaris,vt iam dictum eſt Quãuis Bal ibi fortè habuit aliam literã, dum notat illum tex ꝙ filius primo gradu inſtitutus ſequentes gradus tanquam pręteritus non poteſt rumpere ſiue ſubſtitutio ſit facta ſibi,ſiue ſibi & cohæredi , ſiue cohæredi tantùm Quæ additio licet ſit bona quantum ad illum textum, in ſua deciſione,tamen eſt ex proprio capite Bal & non probatur vllo modo ex illo tex ſecũdum veram literam,vt ſuprà induxi Et forſan ex prędicta additione ſumpſerunt inſam Paul Aret & alij moderni ibi ad inferendum,ꝙ ibi probetur id,quod dicitur de ſubſtitutione vulgari in legitima filij ſ ꝙ nõ ſit grauamen quoad filiũ cum tamen re vera non probetur ſecundũ veram literam vt prædixi, quã quidem literam, [*Titio Meuius ſubſtitutus ſit,*] reperio nunc in libro Pandect Floren nouiter impreſſo Et eandem concluſionem, vt ad eam redeamus,tenet Bal in l Si arrogator,co 2 ff de Adoptio & ibi Iaſ col 11 nu 33 & idem Paul põderans illũ tex ad hoc in l ſi ſuprà de Cõdi inſtit & in d l Quoniã in priorib', & tenet etiã Iaſ in l Si pater filium, col pen in ver Tertiò not limita,C de Inſtit & ſubſti ſub condi fact Et vltra iura per eoſdem his locis adducta facit tex in † l Sextiliã,ꝟ tit 1 vbi videt̃ 23
iſtud probari Nã ibi teſtator inſtituit ſolam filiã hæredẽ in quadrãte, id eſt in quarta parte totius hæreditatis & ſic in ſola legitima ei debita ( nã iure iſto ff legitima filij teſtamẽto per patrem condito erat quarta pars eius, quod eſſet filius habiturus ab inteſtato l Papin § Quarta,cũ ſequẽti ff de Inoffi teſta iuncta l Parentibus,poſt prin C eo cũ alijs ) et dedit eidem filiæ ſic inſtitutæ ſubſtitutũ quendam Marium,nepotẽ ex ſorore teſtatoris & ſic licèt lex illa non veniat ad illud dubiũ decidendũ,ſed aliud ſ ꝙ prçlegata

gata nõ veniunt in ſubſtitutione vulgari tamẽ præſupponit validiſ ſubſtitutionem in ſola legitima. Sed licèt iſta ponderatio aliquãdo à me fuerit facta de illo tex. in diſcurſu lectionis tamẽ faciliter poteſt dilui, niſi eſſent alia iura, de quibus ſuprà, probantia prætatam communem ſententiam, 24 † quòd in legitima poteſt fieri vulgaris ſubſtitutio, vt pote eidem non interens grauamen, quin potius patri teſtanti fauorem inducens. Nam in d. l. Sextiliã, fuit facta duplex ſubſtitutio vulgaris ſ. reciproca inter filiam inſtitutã & Marium alterũ cohæredẽ vnà cũ ipſa inſtitutũ, quæ ſubſtitutio duplex ſeu reciproca etiã ꝙ fuiſſet fideicõmiſſaria, põt fieri etiã intra legitimã quia per eam nullum infertur grauamen legitimę, vt in l. Si patri puellæ, C. de Inoffi. teſta. & in l. De fideicõmiſſo, C. de Tranſa. Sed adhuc poſſet replicari, ꝙ ex quo in d. l. Sextiliã, ſubſtitutio vulgaris non fuerit facta reciprocè inter duos, quibus debebat̃ legitima nã fuit facta filiæ in legitima de Mario nepote teſtatoris ex ſorore eodemq; cohęrede, & de eodem Mario ipſi filiæ meritò prædicta lex videtur quod prędixi, probare. Quia illa ſubſtitutio quoad filiã & reſpectu legitimæ ad eam ſpectantis eſt vulgaris ſimplex, cùm nõ poſsit repeti, neq; reciprocari quoad Marium reſpectu legitimæ portionis, quæ legitima ipſi Mario nõ debebatur in bonis teſtatoris, vt pote nepoti ipſius ex ſorore, vt inquit ibi tex. & ſuprà eſt dictum. Quicquid tamẽ ſit de illo text. aduertendum eſt, ꝙ iſta cõmunis Doctorum ſententia videtur dubia, ſi illa opinio, quam Bald. tenet in prædicta l. Quoniam in prioribus, eſt vera, quam etiam ibi tenet Paul. de Caſtr. & Salic. & idem Paul. in l. Suus quoq;, 2. col. ꝟ. de Hæred. inſtit. & Ioan. de Imo. in l. fin. colũ. 11. ꝟ. de Condit. inſtitu. Quæ quidem opinio aſtruit, quòd illa conditio, ſi velit, appoſita filio, tollitur de legitima ex quo continet grauamen, quod apparet ſecũdum eos quia per eam filius deſinit eſſe neceſſarius, vt l. Cornelius, ſuprà de Hæred. inſtit. & ſic ceſſat per eiuſdẽ conditionis appoſitionem in legitima tranſmiſsio iure ſuitatis, ex quo deſinit eſſe ſuus, vt in l. Apud hoſtes, ab ſpeciali ſumpta inductione, C. de Suis & legit. liber. Sed contrariũ, imò quòd talis conditio non impediat tranſmiſsionem, tenet Bald. & Ang. per gloſſ. ibi in l. Iam dubitari, ſuprà, de Hæred. inſtituẽ. Quanquam etiã ſecundum iſtam opinionem adhuc prædicta communis ſententia videtur dubia, ea ratione quia ſatis diceretur filius grauari, dum poneretur in conflictu opinionũ, an tranſmitteret, nec ne & conſequenter eſſet ſibi dãnoſum habere ſubſtitutũ vulgarẽ: quia ſi decederet deliberans, ſubeſſet dubium, an tranſmitteret ex potentia ſuitatis, præſertim quia opinio præcedens negatiua, quòd non tranſmitteret, præualeret, vt pote magis communis. Sed prædictæ principali difficultati poteſt reſponderi, quòd ex quo filius ante immixtionem decedens tranſmittit etiam ex beneficijs l. Cum antiquioribus, C. de Iure delib. & l. Vnicę, C. de His qui ante apertas tabul. ſi habeat inquam deſcendentes, vt tenet Baldus in l. tertia, columna 2. de Hæredi. inſtitu. 25 † Licèt non ſint ita generales tranſmiſsiones, ꝑut tranſmiſsio ex potentia ſuitatis, quæ eſt perpetua, id eſt vſque ad triginta annos reſpectu tẽporis & perpetua, id eſt generalis quoad perſonas tranſmiſſarias quia fit ad quoſcunq;. Sed tranſmiſsio ex beneficio l. Cum antiquiori

Nota ad l. Sextiliam

Aduertatur hæc difficultas

1 Reſpõſio ad eandẽ

quionibus, eſt annalis in ſe ipſa Item reſtringitur ad ſcientiam transmittẽtis quanuis & in quoſcunque hæredes transmiſſarios (capaces tamen) poſsit fieri Alia verò tranſmiſsio, quę fit vigore ſanguinis ex beneficio l Vnicæ, C de his qui ante apertas tabu licèt ſit perpetua reſpectu temporis non tamen eſt perpetua alio reſpectu ſcilicet, perſonarum in quas debet fieri quia non fit niſi in deſcendentes Sic ergo (vt ſuprà dixi) prima tranſmiſsio ex potentia ſuitatis eſt generalior alijs tamen (vt ad præmiſſa redeam) licèt aliæ non ſint ita generales tranſmiſsiones, vt illa, non videtur id debere eſſe in conſidera-
12 tenet, † quod imò prolis appellatio, qua (niſi fallor) nõ differt à ſobole, cõprehendat ſolos deſcendentes, per Authen Licet, C de Natu lib Quod etiam tenet ipſemet Bald in l fina C De bo proſcri ſeu damna vbi ſpeciatim loquitur de ſobole, & idem Bald in capitu 1 colum 2 de Succe feud & gradib ſucceden in feud ait, quod proles dicitur omnis deſcẽdens in infinitum Et id refert Decius ſimpliciter pertranſiens conſi 495 incipiente, Viſo eleganti, colum 1 & in effectu Pau de Caſt tenet contra Alberi vbi ſupra in l Si quis in ſuo ſuprà allegata C de Inoffi teſtamen per illum text in dicta Auth Licèt, etſi Albe non fuerit memor Et Bald in dicta l fina ſequitur ſimpliciter abſq; alia allegatione ex p edict s ſequitur Laurentius à Palatijs de fano, in repe § Cæteris, Inſtitu de legi agna ſucce 32 col in ſuo tract per modum tractatus poſt prædictum tracta Alber Bru de ſtatutis Vbi etiam adducit l 1 & 3 C de Natu libe vbi dicit probari, quòd ſub appellatione ſobolis veniũt etiam deſcendentes legitimati per oblationem curiæ & totiùs venirẽt qui ingrederentur, & profiterentur religionem Quid autem de illegitimis, an venirent ſub prædicta appellatione vide Ripam, in l prima, col 5 num 17 ff Solut matrimo & ſic vera contra Albe non tantùm eſt communis opinio ſed vera Quam etiam tenet Stepha Berti in conſi 54 1 parte & conſi 245 3 parte allegat l Diuinus, C de Agrico & cenſi lib 11 & l Officiales, C de Epiſcopis & cler vbi litera loquitur de prole & l Diui Cõſtantini, C de Natu libe quæ tamen id non probat in ſenſu directo, ſeu expreſſo Nam imò ibi ob ſubiectam materiam prolis appellatio refertur ſolùm ad filios & ſic non probat niſi ab ſpeciali Non tamen inficias eo, quin ſi daretur materia ſubiecta, vt proximè dixi, *vel voluntas defuncti, aut di*ſponentis refragaretur, poſſet procedere dictum Albe vbi ſuprà, ſcilicet in dicta l 1 C Ne rei domi vel templo Sed ſunt caſus ſpeciales ipſe autem loquitur generaliter & ſic non rectè Et ad ſuprà tradita, videndi ſunt Socin conſi 51 ſ adducto, nec non in prædicta l Si cognatis & recentiores poſt Areti in d § Quid im rectè, ſignanter Lanze Galiau & Ioan Anto Rube Alex in Redeundo itaque ad intellectum Barto & exemplum ipſius ad iſtum textum dubitari probabiliter poteſt, an in eodem exemplo ad meliorationem adaptato, vide licet quando teſtator dixiſſet, Melioro agnationem meam maſculinam in tertia bonorum meorum parte,

Redit ad intellectum Barto

& Petrum & M fratres (qui erant de eadem agnatione) vel etiam ſi ſimpliciter melioraſſet in concreto agnatos ipſius maſculos, & ex eis Ioan & Petrum fratres An his & conſimilibus caſibus poſt extinctionem nominatorum ſingulariter, vel ſpeciatim admittâtur filij fratrum præmortuorum vnà cum patribus id eſt fratribus ipſius teſtatoris vel diſponentis, qui fecit eiuſmodi meliorationem? dicitur ampliter ꝗ poſt glo in parte, Proximo

Nec eſt in præfato propoſito omittẽdum, † idem eſſe legare agnationi vel cognationi, in abſtracto, & legare collectiue, vel in cõcreto agnatis vel propĩquis & ſim vt eſt text in dicta l Si cognatis, ad finem, quod etiam tenet Alberi hic in apoſtillatione gloſ. primæ

13 His ita prælibatis, notandum eſt primò ex hoc text ſecundum Pau de Caſt in illis verbis, [*Poſt omnes extinctos*] quod quando relinquitur familiæ & quibuſdam de ea ſpecialiter nominatis, vt hic ſecundum exemplum Bart. vno ex talibus nominatis defuncto, fideicommiſſoque per eum agnito, tale fideicommiſſum pertinet pro parte iſtius defuncti ad alium vel alios cõnominatos, & ad illud inſimul cũ defuncto vocatos, & alij qui non fuerũt ſpecialiter nominati, ſed ſolùm ſub generali denominatione familiæ vocati, & in ea compi ehenſi, non concurrent in illa parte fideicommiſſi defecta cum expreſſim nominatis ſed ita demum admittentur ad fideicommiſſum, ſi omnes illi nominati fuerint extincti Et quanquam prima inſpectione huic textui videatur refragari l Is qui complures, ꝗ titu 1 de legat 3 tamen ad illum reſpondet Paulus de Caſt hic, & fuit reſponſio Barto ibi, legem illam loqui in caſu diuerſo admodum videlicet, quando plures de familia fuerunt ſpecialiter nominati, & in effectu atq, re ipſa fuit eis familia ſubſtituta ergo cõditione ſubſtitutionis euenıente, id eſt, quòd portio vnius ex nominatis deficiat ꝑ mortem ſibi contingentem abſque ipſius nominatione, fideicommiſſum æquabiliter deuoluitur tã ad nominatos ſpecialiter, quàm ad nominatos generatim ſub generali familiæ nomenclatura Sed in hoc tex nihil fuit petitum per teſtatorem ab his nominatis ſpeciatim ſicq, non fuerũt grauati dare familiæ ideo inter eos ſolos ſubeſt tacita ſubſtitutio, ſcilicet, quod fideicommiſſum deueniat de vno in alium, & eis vel ipſorum aliquo, ſuperſtitibus, vel ſuperſtite, cæteri de familia maneant excluſi Ex quo videtur inferendum, quòd ſi teſtator in caſu iſtius tex ſecundum verum exemplũ Barto nominet familiam, & Petrum & Ioan de familia, & ab eis petierit, ꝙ res fideicommiſſi ſeu per fideicõmiſſum eis ab ipſo relicta, deueniret in familiam, vel non exiret de familia, vel rediret ad familiam, non exprimẽdo poſt mortem eorum vt ceſſent difficultates, & vnus horum nominatorũ deceſſiſſet, tale fideicommiſſum pertineret tam ad nominatum ſuperſtitem, quàm ad alium vel alios de familia proximiorem, vel proximiores ipſi teſtatori Quod eſt ſingu not ad hũc text & non tangitur per aliquem ſcribentium quos viderim in præſentiarum De qua re, vtpote valde importanti & ponderoſa deliberandum erit nam ſecundum hoc videtur, ꝙ in hoc corollario ſtet tota vis, in ſecũda generali nominatione familiæ, quæ fuit diſtinctim expreſſa, & omnino ſeparata à prima denominatione de eadem familia, quæ fuit facta in legato primo loco familiæ, & Petro, & Ioan-

Ioan relicto alia autem appellatio familię ſecundaria, operetur quod dixi Et redeundo ad notabile ſuprà elicitum à Pau de Caſt vltra eum conſiderandum eſt, quòd iſtud fideicommiſſum quod pro parte deficit, morte vnius ex fideicommiſſarijs ſpeciatim nominatis, præmorientis, qui agnouerit partem ſuam, non peruenit, neq, deuoluitur per ius accreſcendi, vel nõ decreſcẽdi, ad aliũ cõfideicõmiſſariũ vel cõfideicõmiſſarios inter ſeipſos, coniunctim atq, inſimul nominatos
14 † quia ius accreſcendi vel non decreſcendi in proprietate non habet locum poſt agnitam portionem per vnum ex conſocijs l 1 § Interdum, ff de Vſufruct accreſ prout vult gloſ in dicta l Is qui complures, ad finem ꝟ titu 1 Sed talis portio fideicommiſſi in caſu iſtius text deficiens deuoluitur ad alium vel alios, ex voluntate teſtatoris coniecturata inducente inter eos fideicommiſſum tacitum reciprocum, quæ voluntas deſumitur ex eo quòd teſtator nominando quoſdam ex familia duntaxat, videtur eos alijs de familia prædilexiſſe & ſic vnũ poſt alium, ſiue in locum alterius quoad portionem alterius poſt mortẽ ipſius per fideicommiſſum reciprocè ſubſtituiſſe, vel vocaſſe ad talem fideicõmiſſi portionem deficientem quæ voluntas deducitur per Iuriſconſultum, vt ex verbis iſtius apparet ibi, [**Poſt hos omnes extinctos**] Et quemadmodum iſta voluntas inducit (vt dixi) tacitum fideicommiſſum & reciprocum inter nominatos ſpeciatim cum familia ita pariformiter inducit fideicõmiſſum conſimile inter comprehenſos ſub familia generaliter nominata ſeu expreſſa ſimpliciter Quoniam nominatis extinctis ſubſequenter cenſentur vocati cæteri de familia gradatim vnus poſt alium & ſic inuicem ordine graduum ſeruato grauati per hũc textum quem in prę miſſis verbis Pauli de Caſtro hîc expendit poſt principium Et circa iſtam particulam text loquentis de nominatis non eſt omittendum vnum ſatis memorabile, videlicet quòd id quod hic dicitur de nominatis ſpeciatim nominibus proprijs cum nominatis generaliter quòd ſint illis præferendi, procedit etiam in nominatis nomine æquipollenti proprio nomini cum alijs remotioribus in gradu generaliter inuitatis, vt ſi teſtator relinquat aliquid vel immediatè, vel mediatè per viam ſubſtitutionis filijs & deſcendentibus vel liberis, an eo caſu nepotes admittantur cum filijs & dicendum eſt q̃ non, ſed q̃ filij prius admittuntur, quia cenſentur vocati ſpecialiter, & nepotes generaliter, vtpote ſub generali appellatione deſcendentium, quemadmodum hîc alij ſub nomine familiæ, ſecundum Ange conſil 305 cuius non meminit Alexander qui tamen idem etiam tenet conſi 123 colum 1 volumi 1 ſed meminit Socin in l Gallus, § Etiam ſi parente, colum. fina verſi 3 conclu num 10 & probatur ex l Hæredes mei, § vltimo, ff ad Trebellia & refert Franciſ Curti Iunior, in l 2 eademque ſi C de Succeſ. ed nu 13 Sed licèt ipſe dicat, tamen nõ probatur ibi hoc, quia loquitur in alternatiua ſed quod Docto ſuprà relati dicunt, procedit in locutione copulatiua, vbi res erat dubia, quæ tamẽ non eſt in alternatiua Præterea text in eodem § fin loquitur de filijs item nepotib quæ appellationes ſunt pariter ſpeciales Sed Docto vbi ſ & ꝟ loquuntur de appellatione ſpeciali & generali, id eſt de filijs & deſcendentib⁹, aut poſteris, aut liberis, cum filijs copulatiuè ad fideicommiſſum inuitatis Sic ergo Cur perperam ac peſſimè

Nota vnum memorabile

mè citat in propoſito illũ text In qua etiam copulatiua Socin loquitur ſ in ſubſtitutione quæ fuerit de filijs & hę redibus quia eo caſu ſecundũ eũ,prout & in alio caſu proximè prænotato, magis in ſpecie ſunt nominati filij q̃ hæredes ergo cũ ſimul vocentur hæredes in genere,& filij in ſpecie,filij cẽſentur prædilecti & conſequẽter eiuſmodi ſubſtitutio cenſetur facta ordine ſucceſſiuo Et dicit iſtud ꝓbari ex hoc noſtro § In fideicommiſſo & eſt verũ,quia iſte tex figit pedes in nominatione particulari aliquorũ ex familia generaliter ſeu ſimpliciter nominata,& eos tanquam prædilectos præfert cæteris implicitè nominatis i cõprehenſis ſub ſimplici & generica familiæ nominatione Et ibi adducit(vt prædixi) Ange in s̃ citato conſ 3 Et de hoc articulo,quando per teſtatorẽ vocantur filij & nepotes vel deſcendentes,vel liberi,vel fratres cũ iiſdem filijs, copulatiuè inquã, qua de re hic agimus,an videãtur vocati ordine ſucceſſiuo,vel ſimul,tradit elegãter Bartho Soci diſcutiens quæſtiones Bart ibi in hoc propoſito adamuſſim, licèt alij etiam multa tractent ſed ille planiùs & curioſiùs,idcirco ad eum principaliter remitto lectorem,in d l Gallus,§ Quidã rectè,à prima colu verſi, Sed pro diſcuſſione,vſq, in fin Non omitto, quòd inter alia quę ibi tradit ſuper 2 quæſtione Barto in 3 colum verſ Sed vltimò contra Bar tenet ipſe Soci poſt Aret ibi ab eodem relatum, quòd in caſu iſtius tex etiam ſi hi duo ſpeciatim & proprijs nominibus nominati eſſent in diſpari gradu inter ſe tamen ex quo fuerunt ſimul inuitati,non debet inter eos cõſiderari ordo affectionis & ſucceſſionis & ſic admittuntur ſimul ( adde, & viriliter propter copulam l Si hæredes nominati m in vlti char s̃ tit 1 & in l Reos § Cùm in tabulis,ff de Duo reis, & in l 1 C Si plures vna ſenten &c ) non autem ordine ſucceſſiuo, neque aliæ ſed potius eadẽ ipſa fuit intentio Bart. & omnium ſcribentium hic poſt glo & probatur ex iſta litera ibi, Hi ad petitionem fideicõmiſſi admittuntur q nominati ſunt & ſic ambo fuerunt inuitati ſimul & ſemel ſub eadẽ orationis cõpagine,& eadem copula & ſic inter eos eſt parilitas ſimultanea, & ambo admittuntur pro æquis portionibus,vt l Vna § Iis qui de Cadu tol C Deinde colligitur ex hoc tex ſecũdum Pau de Caſt primo textuali,† q̧ nominatis deficientibus non admittuntur omnes de familia, vt eſt prædictum,ſed ſoli proximiores ipſi defuncto quoad viuunt & eis peremptis,admittuntur omnes alij ſequẽtes ex eadẽ familia gradatim,& ſic ordine ſucceſſiuo,vt in litera ibi, [Primo gradu] Sic ergo ſecundum eum videntur ſucceſſiuè grauati, & por fideicommiſſum ſubſtituti etiam ſi per teſtatorem nõ dicatur, quòd fideicõmiſſum trãſeat, vel deueniat de vno in alium gradatim & ordine ſucceſſiuo, hoc eſt de vna perſona gradus præcedentis in aliam gradus ſubſequentis, videlicet ſecundum gradus cuiuſq, eorum prę rogatiuam & præcedentiam, & iſtud importat verbum familia, ſimpliciter & abſolutè prolatum in relicto fidicõmiſſi facto familiæ,vt ſemper dum aliquis de familia ſuperſit fideicommiſſum deſcẽſiuè(vt ita dixero)deueniat de vno in alium, hoc eſt gradatim & ſucceſſiuè,ſalua ſemper ( vt dixi) gradus prærogatiua,& antecedentia Idẽ quę eſſet, ſi fideicõmiſſum relinqueretur deſcendentibus, vt eſt prædictum nam proximiores in gradu,vel gradibus admitterentur, & viderentur ſucceſſiuè grauati, vt fideicõmiſſum reſtitueret præcedens in gradu, ſubſe-

ſubſequenti in gradu prout tradit Iaſo recitans in id multa in eodem § Quidā rectè, col 3 cum ſequenti Sed aliotendit ad verificationē quæſt Bar quaseti im proſequitur poſt Bartho Soci ibi, quē ſuprà retuli Idē eſt dicere dum (prout in ſuperioribus tetigi, ſed hic latiùs repetam) in quocunque alio relicto facto pluribus perſonis contentis ſub alio quocunque nomine collectiuo, quam familiæ Et vt ſemel hanc rem finiam, breui ſermone complectar omnia collectiua verbi quæ in hanc rem ad præſens poſſunt inueniri, vtputà ſi relinqueretur parentibus, liberis, deſcendentib⁹, ſucceſſoribus, propinquis, proximis, coniunctis, conſanguineis, agnatis, cognatis, agnationi, cognationi, conſanguinitati, affinitati, proximitati, propinquitati, parentelæ, domui, genealogiæ, genti, proſapiæ, nomini, cipo, trunco, ſtipiti, generationi, generi, progeniei, ſtirpi, poſteritati, proli, ſoboli, ſecundum communem contra Alberi vt ſuprà tradidi & ſi qua poſſint verba ſimilia reperiri collectionem plurium perſonarum cōſanguinearum, vel affinium deſignantia Nam vnūquodque iſtorum verborum collectiuorum poſitum in diſpoſitione fideicōmiſſaria comprehendit plures perſonas gradatim, id eſt perſonā vel perſonas vnius gradus poſt aliū & ſic de vna in aliam deſcenſiuè tale fideicommiſſum cenſetur ſucceſſiuo ordine poſt primam vel primas ſiue præcedentes vnius, id eſt præcedentis gradus, in perſonam ſequētem vel ſequētes gradus ſubſequentis deuolui quia omnes eiuſmodi perſonæ cenſentur (vt dixi) inuitatæ Et hoc apertè colligitur ex hac litera ibi [*Primo gradu*] Et in id allegat illam B il vbi etiā Corne

*Verba collectiua quæ in hanc rē poſſunt inueniri ad pſēns*

16 in l fi C de Verbo ſign l † quod qñ diſpoſitio ſit nomine plurium, id eſt ſub nomine collectiuo, vel cōplexiuo plurium, inter quos cadit ordo affectionis, talis diſpoſitio reſpicit ordinē ſucceſſiuum Et ex hoc eodem tex in iiſdem verbis prænotatis, iuncta eadem l fina in verbo [*Gradatim*] infert notā. Pau de Caſt ibi poſt Ange. quòd ſi habens vtrinque coniunctos, item fratres conſanguineos i ex latere patris tantùm, vel vterinos, id eſt ex latere matris ſolummodo, leget fundū fratribus ſuis, vel eos i fratres in legato vel fideicōmiſſo relicto filio ſubſtituat, in eum caſum quo ſine liberis deceſſerit idem filius & ita deceſsit, id eſt ſine liberis, prius admittentur ad tale legatū vel fideicōmiſſum filij vtrinq, coniuncti, ſi tempore mortis teſtatoris ſuperſint eis verò non extantibus admittentur omnes alij coniuncti ex alterutro latere quia in ſucceſsione inteſtati, ceſſantibus deſcēdentibus & aſcendentibus, prima potiorq, cauſa eſt fratrum vtrinq, coniunctorū, quàm fratrum ex altero tantum latere coniunctorum, vt in Authenti Ceſſante, cū ſequen C de Legi hære Deinde infert idē Pau quòd ſi leget cipo domus ſuę hoc eſt ſtipiti (eſt eñi ſecūdū eū vocabulū ruſticanū) primo vocentur agnati, quia in eis cōſiſtit truncus, & ſtipes parētelę, qui agnati vocabuntur ſcđm ordinē graduū Sed iſta deciſ videtur quodāmodo repugnare his quæ Doct dicūt, & ipſemet Pau de Cal poſt illos, in ead l fi in prin C de Ver ſig Nec non ſuper text ibi, in ver [*Non ſolum propinquis,*] vbi ſolum fit differētia, inter proximitatē & remotionē graduū quoad teſtatorē, nō verò inter agnationē & cognationē Nā tex ibi declarat verbū familia, vt extēdatur ad propinquos generaliter, & ſic tā ad agnatos, quā ad cognatos, ꝑut ibi tenēt Doct cōiter Sed huic rei pōt ſatisfieri hoc modo videlicet, quòd ſi

nomina appellatiua ſuâpte natura ſint apta vel ſimilia cõprehendere ſimul & ſemel agnationem & cognationem, prout ſunt illa nomina collectiua & appellatiua, propinqui, ſucceſſores, deſcendentes, & huius generis verba tunc procedat iſta declaratio Doctorum per illum text ibidem. ſ. q ſint præferẽdi proximiores in gradu, exploſa differentia agnationis & cognationis Sin verò verborum natura primitiua inquam & primordialis & ſic præcipua fuerit deſignatiua agnationis, vt eſt in exemplo Ange & Pau. de Caſt de domo, aut de cipo, vel ſtipite domus ſuæ & tunc procedat prædicta deciſio Ange. & Pau de Caſt in d l ſi eo quòd in agnatis maſculis, præcipuè conſeruatur cipus, ſtipes, & domus quare multum attendenda ſunt hoium verborum collectiuorũ ſignificata primordialia & præcipua, & ad eorum communem interpretationẽ ſecundum crebrum, & vſitatũ loquẽdi modum recurrendum, vt tenet hic Bar & eſt de aperta intentione Ange. in d l ſi in prin Et ſuadetur hoc eudẽ ter, quia etiã hodie, de voluntate teſtatoris remanet differentia agnationis & cognationis ſecundũ Bar hic, vt ĩ etiã dicam, & ita videtur intelligẽda præfata deciſio illorum Doct quanq̃ non ita apertè loquãtur Cauendũ tñ videtur, quia contra iſtam concordiã reſponſiuam prima inſpectione facit iſte tex. iũcta gl & expoſitione Doct extendentiũ nomẽ familiæ ad cognatos per eandem l ſi & tamen verbum idẽ familia de ipſius primitiuo & primordiali ſignificato non cõprehẽdit niſi ſolam agnationem, vt in d. l Pronuntiatio, § Familiæ, necnõ prædicta reſpõſio, minimè videť quadrare ad d l ſi vbi non fit mentio per teſtatorẽ de propinquis ſed tantũ fit per l illã, interpretantem nomẽ illud familia, & ad illum ſenſum illud trahentem Quare ad eandẽ l ſi aliter videtur dicendũ, & eſt declaratio & ſaluatio ſuprà proximæ reſponſionis, q loquať in interpretatione nominis familia, quod eſt æquiuocum quæ quidẽ interpretatio nõ reperitur facta in alijs nominibus collectiuis cipus, domus, ſtipes, & ſimi vtpote non neceſſaria quia talia nomina ſecundũ iuris ratio nẽ nõ poſſunt referri niſi ad agnationem vel agnatos qui faciũt ſtipitẽ vel truncũ, vt in eadẽ l Pronuntiatio, in fina verbis & ĩ proximè adhuc magis declarabitur Et iſta reſpõſio in declaratione præcedentis, & vtraq, cõiuncta videtur congruens quia nomen domus & ſtipitis, quæ ſunt iuridicę appellationis, & ſecundũ iuris ſignificationẽ referuntur ad ſolos agnatos, vt ſ eſt dictũ, parificãtur prædictis vocabulis ruſticanis à vulgi fæce inuentis, cipus & truncus, & ſim nã fuerunt inuenta ad illorũ inſtar & ſic ſapiũt eorum naturã Ergo idẽ eſt in his omnibus, q ſignificent ſolam agnationem abſq, aliqua æquiuocatione, quod nõ eſt in nomine familia quod ſua natura eſt ambiguũ & æquiuocũ, & ad varias & difformes ac differẽtes ſignificationes flexibile, vt patet ex diſcurſu d l Pronũtiatio & ob id declaratur illo caſu ab Imperatore ſignato, alios caſus cõprehendente quẽ decidit Iuſti in d l ſi vtpote dubio & ancipiti, & qui magnũ olim negotiũ fecit aduocatis Illiricianis, vt ibi tex inquit, quæ eſt vna de quinquaginta deciſ Iuſtinianeis Declarãdo ergo vtraq, ſolutio nẽ ſimul iunctã, dicendũ eſt, q nomina ſignificãtia agnationem & cognationẽ, & ſic ad vtrunq, ſignificatũ flexibilia, id eſt ad agnatos & cognatos, vt eſt terminus, propinqui, itẽ & illi, proximus item cõſanguineus, & qui ſunt eis conſimiles, trahuntur ad pro

ximio-

ximiorem ex agnatione vel cognatione. Sed nomina quæ ſuapte natura vel ex communi vſu loquendi retentur ad ſolam agnationem, vt domus, ſtipes, corpus, truncus, & ſimilia trahuntur ad proximiorem de ſola agnatione. Idem eſſet in præcedenti caſu, ſi de teſtatoris voluntate conſtaret eum voluiſſe fideicommiſſum remanere perpetuò vindicatum (vt dicunt) inter conſanguineos vel propinquos. Nam licèt talia nomina (vt dixi) pariformiter trahātur ad oēs tā agnatos, q̃ cognatos, tñ in hoc caſu, prout & in § proximo referuntur ad agnatū vel etiam agnatos proximiores, ſi teſtator non reſtrinxit ſe ad vnum ſolū tunc enim ad vnum ſolum proximiorem eſſet facienda relatio. Sed cùm (vt iam prædixi) familia ſit nomen æquiuocum declaratur in dicta l fin & ex hoc iſte articulus manet reſolutus. Et ad præmiſſa, de verbis ſignificantibus ſolum agnationem, addēda eſt l 1 titu 6 Partita 4 & l 13 titu de las vendidas y compras, lib 3 for ll cō iuncta l 73 Salabii condita.

Et iuxta hæc conſiderandum eſt,
17 † quòd vbi agnati expreſsè vocantur, vel cenſentur vocati ex natura vocabuli, vel ex communi vſu loquendi niſi teſtator ſeſe reſtringat ad agnatos mares, veniunt etiam agnatæ fœminæ tamen in prima fœmina agnata, aut primis fœminis agnatis, agnatio expirat & ſic vltra non progreditur. Nam vt inquit pulcher tex in d l Pronuntiatio, finali verbis, Fœmina principium eſt & finis ſuæ familiæ ideoq́, nō poteſt conſtituere ſtipem, truncum, vel domum, vel caput parētelę ſed vt eſt ſæpe iam dictū ea vox, familia, ob varia & multiplicia ſignificata quæ habebat, ne ſemper maneret in ambiguo, declaratur hodie porrigi ad agnationem & cognationem, per dict in l fin iunctis glo & Doctorum declarationibus inpręſentiarū. Ad hæc vide Bald multa notand in præſenti puncto tradentem in l In fi lijs, C de Decu li 10 à verſ Hinc not argumen vſq, in fi & Pau de Caſt in l Si quis in ſuo, in primo textuali, C de Inoffi teſtamen & Cor conſi 55 volu primo. Præmiſſis etiam, & quidem pertinenter, adiungere libet vnum quod eleganter tenet Alexan Imo conſi 135 col 2 volu 7 dicens, q̃ quando teſtator ſimpliciter nominat eos, qui ſunt de certo genere denominationis vt ſi dixiſſet, res deueniat ꝑ fideicommiſſum ad illos de columna vel de vrſinis, vel de petra mala & ſi qui ſunt de illuſtribus cognomentis, etiam ſi non faciat mentionem de domo vel familia, venirent ad tale fideicommiſſum ſoli agnati gradatim & ordine ſucceſſiuo, etiam fœminæ. Quod verbum eſt memorabile in eo quod dicit de fœmina ſed ſano modo eſt intelligendum per id quod prędixi, quòd agnatio finiatur in fœmina, *& eam non tranſgrediatur & ſic* deſcendens ex ea ad tale fideicōmiſſum non poſſit admitti. Cui rei cōfert gloſ ordi in l Gallus, § Nunc de l Velleia in parte, Nam et ſi, quæ eſt glo vlti in fine. Ex qua ibi notant Bal Alex
18 & cæteri recētiores, † quòd neptis ex filio dicitur de deſcendentibus per virilem ſexum nō tñ nepos ex filia. Pro qua gl eſt bonus text in l Lege duodecim tabulaū, in ver huiuſmodi, C de Legi hære quo tex cōiuncta l 1 in prin ī de Succeſ edi probatur æquiparatio inter hæc verba de deſcendentibus ex virili ſexu, & illa verba, de deſcendētibus per virilem ſexum. Item & illæ duæ verborum conceptiones parificantur videlicet, de deſcendentibus ex linea maſculina, & per lineā maſculinam & iſti quatuor caſus tendunt

Bald tradit plura nota in hoc artic.

dunt in eundem ſcopum, quia in quolibet eorum fœmina admittitur deſcendens ex maſculo, & poſt alios ſcribentes ſuper glo prædictam eius opinio pleno ore dicit eſſe communem Marius Salomo ibi ſubijciens deinde & in iudicijs, & in ſcholis eam eſſe receptam licèt in alio modo loquēdi, de quo tradunt ibi Doctores extra gl videlicet, de deſcendentibus virilis ſexus, teneat contra eos, quod non ſit idem eo caſu quod in alijs quatuor caſibus ſupra proximè relatis Quod meo iudicio eſt veriſſimum & ſic ꝙ fœmina ex maſculo deſcendens, non dicitur virilis ſexus Et certè alij Doctores contrarium tenentes, inaduertenter & parum conſideratè loquuntur in hoc pūcto Prȩterea, in eo quod ibi tenet idem Salomo contra Paul de Caſt ibi & in l Maritus, C de Procu rectè loquitur, ſi litera Pau ſtet prout Salomo refert Sed ſecundum literam Pau in mea impreſſione, non quadrat reprehenſio, quam de Pau ille facit Nā Salo refert illā literā dicere, ex linea ſeu de linea maſculina & tenet cōtra Pau in eo qđ dicit appellationem deſcendentiū ex linea, vel de linea maſculina, nullas fœminas contineri cuius oppoſitum aſtruit Salomo dicens, quòd imò continentur prout ſub illis verbis per lineam maſculinam, de quibus loquitur prædicta gl & inquātum Pau ſuper dicta gl vult, quòd verba illa, virilis ſexus, referantur etiam ad neptes ex filio, non poteſt eſſe verum ſecundum Salo licèt alij Doct contradicunt videlicet Alex Are Iaſ & Soci ibi, quia fœmina nullo modo poteſt dici eſſe virilis ſexus, vel de ſexu, aut ex ſexu virili & ita eſt verū Sed in meo libro litera Pau de Caſt in d l Maritus, eſt per lineam maſculinam, prout ſunt termini præfatæ glo Sed tamen in quantū in his terminis in effectu tenet contra gloſ quod tunc non contineatur fœmina ex maſculo deſcendens, non rectè loquitur cum (vt dixi) glo communiter approbetur, & in ſpecie eum reprehēdit Iaſ in l 2 nu 206 C de iure emphi vbi etiam refert Pau cum alia litera & itidem reprobat illum Sicque vbi fit mentio de deſcendente a linea, nulla eſt differētia, an vocetur deſcēdēs ex linea, vel de linea, vel per linea maſculinā ſemper eā admittit fœmina deſcēdēs ex maſculo, & habet locū cōmunis conclu gl in d § Nūc de lege, ad quam rediens, addo Alex idem tenentem conſ 52 col 2 vol 6 & in prædicto conſi 125 col 2 vol 7 ſ ad aliam rem citato Et eſt inſuper aduertendū, quòd id quod ibi Alexā ſubdit de nupta eſt adhuc magis notandū nam quod ſ in loco prænotato retuli eum dicere ibidem, de ſola cognominis inſignis denominatione, (ne id omittā) ante eum tenuit Bart in ſępe allega l Pronuntiatio, ad ſi Et inquantū idem Alex in eodem conſi dicit, ꝙ dictio, nomen, capitur pro familia agnatorū per gl in d l Is qui cōplures, ſ tit 1 obliuiſcitur gl hic, idē dicētis glo mag verſ vel planius in expoſitione quam facit Sed hæc glo ſecundum generale ſignificatū nominis, familia, de quo tex iſte loquit᷑, quia ad eū (prout alias fieri debet, & aſſolet) ſuper quo eſt ſita, referenda eſt & ſic familia eſt vox generalior, & magis cōprehenſiua, q̃ vox illa, nomen, quȩ ſui natura eſt ſpecialis & ſtricta quia pertinet ad ſolos agnatos, per quos conſeruatur cognomentum defuncti & ſic memoria ipſius non autem per cognatos, quos etiam prout & agnatos verbum familia comprehendit, vt hîc tradunt gl & Docto & eſt text in l fin C de Verbo ſignificat & hæc quoad text ſufficiant

In

In gloſ mag hæc glo in princi ponit duas lect ad text quarum alteram & primam impugnat Barto & aliqui Docto ſed poteſt defendi, vt per Ioã de Imo hic, prout retuli ſuprà poſt prin Secunda lectura eſt vera in ſe, non tamen eſt dubitabilis ſed nihilo minus eam roborat, & ſuſtinet Ange do Perg hic, quem vi Tertiã lect ſuprà recitaui, ad ibi dicta refero me vbi concluſi cum lectura & exemplo Barto dic vt ibi tradidi in examinatione lecturarum In eadem gloſ ibi, Qui eodem gradu, hanc gloſ impugnant Barto & alij Docto communiter & tenent ſequentem lectu poſitam in verſicu Planius autem ex qua iunctis his quæ per eos poſt illam traduntur eliciuntur ſequentes concluſiones

Prima concluſio, quòd ad relictum factum familiæ ſub nomine collectiuo, familię, admittuntur etiã cognati teſtatoris, id eſt attinentes ipſi per lineam fœmineã vel per eam ab ipſo deſcendentes Sed quoad iſtum text iſtius glo concluſio nõ procedit quia hoc iure fi familiæ appellatio non cõprehendebat cognatos, vt in ſæpe allega l Pronuntiatio, § Familiæ, vel ſi, item familiæ, ff de Verbo ſignifica & tenent Bald Pau de Caſt & Ioan de Imo per glo ibi, in l Peto, § Fratre, in prima op ff eo Sed fortè gloſ iſta id dixit in caſu iſtius text quia habuit pro ſuppoſito, quòd teſtator primo loco nominauit cognatos & ita eam intellig int Ioan de Imo & Ang de Perig quæ Doctorum ſolutio eſt notãda ad multa Sed hodie iure nouo per dictam l fin C de Verbo ſignifica expeditum eſt appellatione fam hæc contineri etiam cognatos, ſecũdum Pet de Bellaperti quem hic ſequitur Barto & tenent ibi Docto expendentes illud verbum, propinqui, ibi poſitum & Rapha hic, in fin 2 col & ſic (vt ſuperius eſt tactum) quando hodie nomen familia profertur à teſtatore vocante ad inſtitutionem, vel ſubſtitutionem, ſiue directam, ſiue fideicommiſſariam familiam ſuam inter agnatos & cognatos illius non datur illa prælatio, niſi duntaxat reſpectu proximitatis graduum quoad teſtatorem In alijs autem terminis collectiuis, quos multos ſuprà retuli præter terminum familia, dicendum eſt vt in ſuperioribus dixi, in defenſitione dictorum Ange & Pau de Caſt in eadem l vltima videlicet, attendi debere, an ſint termini ſuapte natura deſignantes ſolamq agnationem an verò ſint termini ambigui, hoc eſt communes ad agnationem inſimul & cognationem, vt primo caſu ſoli agnati, ſecundo autem vtriq, ſ agnati & cognati admitti debeant

Prima concluſio

Secunda cõcluſio, nominatis extinctis, non admittuntur ſequentes in gradu poſt illos, ſi ipſos prænominatos præcedebant aliqui de familia proximiores ipſi teſtatori imò tales proximiores ſunt admittendi ad fideicommiſſum ante alios remotiores de familia, ac ſi nullus eſſet ſpeciatim nominatus Et ita cõmuniter tenent Docto quæ concluſio rectà fluit ex dict verſi Planius

Secunda concluſio

Tertia, quòd hodie per iura antiqua ff nõ innouatur iſtius tex diſpoſitio, quoad admiſſionem cognatorũ, ſed ſolùm per dictam l fin C de Verbo ſigni declaratam per Doct in verbo illo generali, vel indefinito, ꝓpinqui, vt prædixi licèt glo hic in d verſi Planius, illud innuat ſed Barto tenet quod prædixi & verius & idem ac clarius tenet Rapha Cu 1 col ad fi Et ex hoc iunctis dictis per Bar reſultat

Tertia concluſio

Quarta concluſio, ꝙ per iura Authenticorum, inter agnatos & cognatos

Quarta concluſio

gnatos permanet diſſidium, quoad expreſsè & vniuerſaliter diſpoſita per teſtatorem in teſtamento circa agnatorum prelationem etſi reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato eodem iure Authenti differentia ſit ſublata, vt in § Nullam, in glo allega & ſic in effectu & re ipſa vult Bart idem cum glo eandem concluſionem tenētibus & magis cõmuniter approbatis videlicet in l ſi in parte, agnationis, C de Codi & in l Fratres, in parte, arceantur, C de Inoffi teſta & in l Si emancipati, glo ſi poſt med C de Colla & in Authen Ex cauſa, gl 2 ante med C de Libe præt & in l Gallus, § Et quid ſi tantum, in parte, emancipatus, ſ de Lib & poſth Imò potius vult Bar hîc quòd etiam illę gloſ procedant in diſpoſitionibus particularibus, vt in codicillis & ſic non ſolùm ſi teſtator diſpoſuiſſet vniuerſaliter in teſtamēto, ſed etiam ſi particulariter, relinquendo legata & fideicommiſſa particularia. Et adhuc in hoc ꝓpoſito amplius vult Barto coniuncto iſto tex & gl ꝙ ex voluntate teſtatoris non tantū (vt prædixi) expreſſa, ſed etiam tacita, pręſumpta, & coniecturata, agnati præferuntur hodie cognatis in quouis genere ſucceſſionis, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis Quæ quidē omnia Bart præſupponit, ꝙ hodie ceſſat differentia agnationis & cognationis ab inteſtato non autem dicit aliud eſſe ex teſtamēto, ſed generalius ſentit ac præſupponit, diuerſum, vel ſecùs eſſe ex quauis defuncti diſpſitione, particulari diſpoſitiua licèt non teſtamentaria etiā ſi ſit præſumpta, aut cõiecturata. In qua ſpecie hiſce tēporib' quotidie manant varia, & pene innumera Doctorum reſponſa, quæ vulgo appellāt conſilia de his differentia, & cõferūt ad meliorationes 3 & 5 patris bonorum, quæ per modū vinculi (quod vocāt) hodie relinquitur De qua re per huius titu diſcurſum tangūtur ſubinde aliqua, præſertim in hoc § Et in l Vnum ex familia, vſq, ad § Si rem, excluſiuè & in d l Gallus, § Quidam rectè, & § Etiam ſi parente, & § Nūc de lege, & tradidi plenè, in relectione § Qui fideicomiſſariam l 3 ſ de Hære inſti & in relectione l Si quis in principio teſtamenti, ſ de Lega 3 Sic itaq, propria intentio Bart & Docto in eo quod prædixi, eſt velle, ꝙ quando voluntas defuncti expreſſa vel tacita ſub eſſet non admittendi cognatos cum agnatis & ſic præferendi agnatos cognatis illa eſt ſeruanda, ſiue ſit teſtamentaria, ſiue codicillaris ſiue directa ſiue inflexa, aut per fideicommiſſum ſiue ſit vniuerſalis, ſiue particularis Sed prædicta l ſi toties allegata, in caſu ſuo, non innititur hoc fundamēto voluntatis defuncti, neq, mouetur ex ea ſed ſola æquitate fundatur dū dicit, [*Humanum &c*] qua humanitate, vel æquitate fortè motus Rapha Cu intellexit Bar hic aliter voluiſſe videlicet, ꝙ etiā ſtante d l ſi hodie non admittantur cognati, prout etiā tenuit Io Fab in eadem l ſi eadē ratione humanitatis Sed quod ſ dixi Bart tenere eſt verior ſenſus alias deuiaret à cõi Docto ſententia & concinit bene ad eiuſdem l limitationem, vt non procedat, vbi conſtitiſſet de voluntate defuncti expreſsè vel tacitè volentis præferre agnatos cognatis

Quinta & vltima concluſio, appellatio familiæ complectitur ſolā agnationem, etiā ſtante d l vltima C de Verbo ſigni ſi tamen vſus communis loquendi probetur ita ſe habere ille eṁ in dubio pręferēdus eſt l Librorū, § Quod tamen caſſius, ſ tit 1 & not Barto poſt glo in l Labeo, § Idem Tubero, ſ de Supellecti legat & tenet expreſſim Ioā de Imo hic Circa præmiſſa Quinta concluſio.

miſſa, aduertendum eſt ad l ſextā tit 33 Part 7 vbi vulgarizatur Hiſpanè, text in l Pronuntiatio, § Fami i s ſepius citata, & omittitur prædicta l ſi quæ non vulgarizatur ibi, neque in toto illo l bro Parti (ſi bene memini) de quo admodum miror Na hoc præhabito d l Parti eſt contraria iuri cōmuni, aut ſaltem eſt multum defectiua & mutila, in hoc articulo Nā (vt dixi) ſolum vulgarizat eundem § Familiæ i vbi text loquitur de ſignificato termini familia, iure proprio i patrisfa habentis familiam ſub ſe nō autem vertit Hiſpanè verſum ill us l [*commun iure, &c*] Ex qua lege Partitæ, & ipſius mente patet, q̃ re dubia ſtante, appellatio familiæ non capitur legaliter prout etiam tenet Rapha Cu hic, ſed capitur materialiter pro perſonis quæ continētur intra eandem domum ſub manu ſeu poteſtate, aut gubernatione patrisfa quē familiæ principem vocat d l Familiæ, ff de Verbo ſigni niſi ex adiuncto, aut communi vſu loquendi, vel ex materia ſubiecta aliud colligatur Quod eſt memorabile, quia nullus ſcribentium quem viderim hîc, neq, in d § Fami neque in d l vlti præter Rapha hic iſtud declarat, quod meminerim neq, de hac re hac re fui bene certus priuſquam illū viderem, cui concinit prædicta l Partitæ & ita oportet intelligere prædictā l fina videlicet legaliter, id eſt in caſibus in quibus familia capitur pro parentela, vel ratione communis vſus loquendi, vel ſubiectæ materiæ, vel ex adiuncto ad ipſam diſpoſitionem, vt modò dixi, & non aliter, neque alio modo

Not memorabile

Gl in parte, proximo, eſt not relata ad tex prout eſt referenda, alias nullius eſſet effectus neque momenti, & allegatur per Bald. & Docto hic, & in alijs pluribus locis ī ſubijciendis, q̃ in caſu iſtius text & ſic vbi familia vocatur ad fideicommiſſum poſt aliquot alios nominatim expreſſos, quibus extinctis admittēdi ſunt alij de familia proximiores teſtatori, & qui ex his primo gradu ſint procreati vel etiam ſola familia eſt vocata filius fratris teſtatoris ante eundem teſtatorem præmortui, admittitur pariter cum fratribus teſtatoris poſtea defuncti & ſic cum patruis Et priuſquam de huius glo diſcuſſione agamus, prælaterendum eſt ante omnia, quòd iſta concluſio glo ſi inquam illam tenemus, procedit in bonis liberis, & ſic diuiſibilibus ſecundum Soci conſ 252 incipiente, Viſis, volu 2 prout & ī repetam nā in bonis maioratus vel vinculatis, quæ vocant, & quæ non poſſunt deuenire niſi in vnūſolum, concluſio iſtius gloſ non poſſet procedere quia tunc ſolus frater vtpote proximior teſtatori ſecūdum metas iuris communis eſſet præferendus filijs fratris, & ſic nepotibus ipſius fratris proximioris familli etiam reſpectu ei⁹ dicūtur (licèt impropriè) nepotes, quoad eum, & quoad teſtatorem & nominantur [*Sobrinos*] Hiſpanè nō enim loquimur hoc caſu de nepotibus propriè natis, videlicet ex filio primogenito teſtatoris vltimi poſſeſſoris maioratus vel vinculi tunc enī res eſt hodie expedita per l 40 Tau quæ L 40 Tau. etiā decidit præcedentem caſum hodie pe cōtrariū, quia ſi teſtator qui erat vltimus poſſeſſor maioratus vel vinculi, deceſſiſſet ibſq, filijs, relicto vno fratre, & ex altero fratre maiori prædefuncto, relictis nepotibus impropriè ſumptis, quos vt dixi Hiſpanè vocant, iſti, etiā ſi remotiores ſint quoad defunctū altero eius fratre eodēq, ipſorū patruo ſuperſtite, q̃ erat defuncto tēpore mortis proximior, admittūtur cōtra ipſū patruū p̃ repræſentationē

patris

patris eorum defuncti in vita poſſeſſo ris vltimi, quam illamet lex Tau inducit in ſucceſſoribus horum maioratuum Quo ſuppoſito, mouetur gl ad id *tenendum* ex allegatione quam facit Authē Ceſſante, C de Legi hære & in effectu & re ipſa, eius intentio eſt dicere, quòd quemadmodum ad ſucceſſionem ab inteſtato admittuntur filij fratris prædefuncti, vnà cum patruo ſuperſtite in ſucceſſione alterius patrui, vt in eadem Authen Ceſſante, in gloſ allegata, & § Cùm filius, Inſti de Hære quæ ab inteſtato defe ſic etiam admittuntur ad fideicommiſſum, & hoc etiā text Iurecōſultus videtur idem innuere, de eius mente videtur id etiā fuiſſe, dū expendit pro ximitatem graduum, quæ per iura prę dicta per repręſentationem, eſt eadē in filijs fratrum quæ in fratribus Præterea, pro iſtius glo concluſione facit, quia in terminis ipſius videtur teſtator ſeſe conformare diſpoſitioni iuris communis, vt in ſimili Bart inquit in l Vt iuriſiurandi § Si liberi, ſ de Ope liber nu 5 in puncto illo de fœmina excluſa per ſtatutum municipale ſtātibus maſculis quem Ioan de Imo ſequitur in cap 1 ad fin de Loca & con duct quod etiam in ſimili tenet Bart. in l Hæredes mei, § Cùm ita, col prima verſ Et per hoc dico, ſ ad Trebel vbi tradit Alex aliud tamen agens, 7 col nu 11 Hanc iſtius gl concluſionē tenent Ioan de Imo & Ange de Peri hic, & Alex conſi 137 vol 1 vbi loquitur in caſu not cuiuſdam ſtatuti & dicit opini iſtius gloſ communiter approbari, & Corne in l fin ſ ſæpius allegata, C de Verbo ſigni dicens, quòd ſeruaretur in practica, & ſequitur etiā idem Cor conſi 131 vol 2 & Soci aſ ſerens eſſe communem in d l Si cognatis, col fin ſ de Reb dub & conſil 374 col 4 vol 4 & idem effectu, & re ipſa tenet ipſe, prædicto conſi 252 in cipiente, Viſis 2 col ſ adducto dum eam (vt dixi) intelligit in bonis diuiſibilibus, quę ſua natura poſſunt, & debēt ad plures peruenire, qui ſunt proprij huius glo cum tex vt in eius principio præmiſi, dum allegaui Socin in eodem conſi Hanc eandem concluſionem iſtius gloſ tenet Iaſ conſi 215 col 4 verſi Tertium dubium, vſq, in finem conſilij, vol 2 vbi curioſè admo dum eam defenſat Sed certè, ſi quis attentè *legerit*, & *cautè* inſpiciat allegationes in hoc propoſito ſ tradēdis, perſpicuè cognoſcet, illud conſilium Iaſ eſſe periculoſum, & ea quę in eodē traduntur ſiniſtro & deuio tramite in cedere Quanquam nō eo inficias, pri ma inſpectione ea quæ ibi in huius cō cluſionis præſidium ab eo afferuntur rem iſtam reddere ancipitem, & ſatis confuſam Tamen contra huius gloſ. concluſionem tenet Bald hic, & Rapha Cu licèt iſtum perperam referat Ange de Perig nam etſi litera Raph in ſeipſa ſit inuerſa & corrupta tamen facilè emendatur ex relatione quam facit d Bar & ex relatione quā de ipſo Rapha Cu facit Alex in conſi 129 vo lu 5 poſt prin & licèt Ioan de Imo conetur reſpondere rationibus Bald tamen non ſatisfacit plenè, vt cuiq, rectè intelligenti patēre poteſt Ratio, qua Rapha hic mouetur contra gloſ vt refert Alex in eodem conſi (vltra text quem contra eam eſſe adducit, in l Si libertus præterito, § 1 ſ de Bo liber) eſt hæc quia filius fratris regulariter non ingreditur locum patris, niſi quādo agitur vel tractatur de vniuerſali ſucceſſione id eſt hæreditaria aui vel patrui tunc enim eſt locus repręſentationi de perſona nepotis ad auū vel patruum Sed quādo tractatur de alia ſucceſſione particulari, ratione in quam alicuius diſpoſitionis vel conceſſionis

Iaſo conſil periculoſu.

ceſsionis particularis & ſic non concernentis cauſam hæreditariam, aut non cohærentis cauſæ hæreditaria, vel vbi tractatur de ſucceſsione etiã vniuerſali alterius quàm patrui vel aui Nam his caſibus non reperitur ꝙ filius ſubintret locum patris prædefuncti i mortui ante obitum eius, de cuius ſucceſsione tractatur Sic itaque duo requiruntur, vt filius fratris, prædefuncti admittatur ad ſuccedẽdũ patruo mortuo cum alio patruo eodemq́, fratre prædefuncti viuo Primum eſt, quòd tractetur de ſucceſſione vniuerſali, vel de alia eidem cohærente, vel eandem concernente Secundum, quòd agatur de ſuccedẽdo aſcendenti i auo vel ſupra, aut patruo defuncto, eodemq́, fratre prædefuncti iſtius, eiuſdemq́, patris volentis admitti ad ſucceſsionem, id eſt nepotis proprij quo ad auum, ſi auo inquã ſuccedi debet, vel improprij quo ad patruum, ſi patruo inquam ſuccedendum eſt Nam vt ſ dixi nepos vocatur propriè reſpectu aui, id eſt filius filij ipſius Sed quo ad patruum impropriè, vt tradunt Docto præſertim Iaſo & recentiores in l Si auiæ, C de ſucceſſ edict allegat pro hac ratione differentiæ inter ſucceſsionem vniuerſalem & particularem Rapha Cuma tex in l Quædam, § Nihil inter eſt, ff de Eden in verſi Is autem, in ratione ſui Vbi Bald Alexan & Iaſo

19 eum tex notant, † ꝙ appellatione hæredis vel ſucceſſoris cõtinetur is qui eſt propriè hæres, vel ſucceſſor, id eſt vniuerſalis, & nõ ſingularis Nam primus repręſentat perſonam defuncti ſecũdus autem minimè Ex quo tex dicit Alex in præfato conſilio patere opinionẽ Bald hîc contra gloſ eſſe magis ſuſtentabilem licèt ſecundum eundem Alexan Ioan de Imo hîc ꝓut ſ eum retuli ſequitur hãc gl quæ (vt ipſe ait) violat iſtum text iuncta l Proximus, ff de Verbo ſign & eandẽ opinio Bald contra glo iſtam, ſequitur idem Rapha Cuma conſi 106 colum fina ad medium, quod incipit, mulier inſtituit maritum vbi loquitur in terminis fortioribus, id eſt in fideicommiſſo vniuerſali, & ad præfatum fundamentum adducit Bart in Authen Poſt fratres, C de legi hære & dicit hanc glo non eſſe referendã, ad iſtum tex ſed loqui duntaxat, in terminis Authen Ceſſante, quam citat Et certè id ſatis ac ſuper innuit gl in illo verbo primo, Quãdoq, ex quo patet velle loqui alias extra terminos iſtius tex & profectò etiam inſpecta per tranſennam, vt ſolet dici, intentio glo non eſt ea ad quam perperam (ne dicam falſo) cõſueuit allegari de cuius diſcuſsione tractamus Et ita etiam prout Rapha tenet & Angel de Are in § Cùm filius Inſti de Hęre quæ ab inteſt defe ſ allegato & Flo de ſancto Petro hic, ad fin & Alex in alijs duobus conſilijs allegatis ꝑ Dec cũ nonnullis ex præfatis remiſſ cõſil 79 incip Et pro tenui, colũ penul & poſtea in vltima refert alia duo conſilia Alexan ſibi ipſi contrarij Et idem Decius notanter loquens dicit contra glo iſtam intellectam & declaratam, vt per Ioan. de Imo hic, (qui eſt intellec Doctorum ſequentiũ eam) eſſe magis cõmunem opin ſiue concluſio Docto in conſil primo omniũ conſiliorum, colũ 2 3 vbi tenet quod ſ dixi, ꝙ gloſ iſta non probat id ad qđ alleg Et contra hanc glo tenet Caſſaneus conſil 53. colũ 7 allegans prædictum conſilium Raph Cuma ſub eodem initio licęt ſub alio numero, Tamen inter alios Docto quos citat infideliter allegat Aretin. & Iaſ in ꝓpoſito iſtius glo & contra hanc glo dicit fuiſſe pronuntiatũ Rotę Deci

in prędicto cōſi 1 & in l Si auiæ,C de Succeſſ edicto vbi tamen Fran Cur perperam refert Deci ibi & in d conſil in reſolutione iſtius artic & idem & peſsimè refert ipſemet Curt cōſil 52 & ſequen prima parte Necnō cauendum eſt à mala reſolutione, quā ponit idem Curt in hoc eodem arti in præfatis locis Sed non eſt ei nouū cæcutire in reſolutionibus difficultatum,&c Rurſus idem agnouit bonā fidē,qui variauit ab eo quod in prædictis locis tenuerat, & tenet contra iſtam gl cōſ 22 num 29 prima parte

**Doctorum inconſtantia in hoc articul.**

His ita recitatis, priuſq. iſtū īuolulū (nam ita libet eum nominare) reſoluam, operæpretium erit,ſaltem ſolatij gratia,hic oſtendere Docto incōſtantiam in hoc articulo Nam idem Iaſ in l Quilibertis,§ Hæc verba,ſ de Vulga citans hanc glo allegat nōnulla pro & contra,& nihil firmans, ſed ſimpliciter muſsitans pertranſit Sed idem Iaſ in prædicto conſil 215 pleniſsimè,& aſſeueranter defenſat eā Sed & idem Iaſo ſecum pugnans in præallegata l Si auiæ,col 3 C de Succeſſ edicto tenet contra eam, referēs & quidem inconſultè Ioan Fa in di § Cùm filius,& mouetur eo q nepos nunq. repræſentat perſonam patris, vt ipſius locum ſubintret,niſi in duobus caſibus( quorum nullus eſt iſte) de quibus dicit tradere Bart in prædicta Authen Poſt fratres,quem in ſuperioribus dixi allegare Raphа hîc & in cōſi ſ citato 106 & Alex in dic cōſil 137 volu 5 Deinde Corneus ſibimet contrarius in eo quod poſuerat in l fina C de Verbo ſigni approbando eam, reprehendit eam, cōſil 233 colum penul lib 4 incipiente,In hac conſultatione,& conſil 207 volum 2

**Cōcluſio in hoc artic**

Cōcludendo itaq, in hoc tenebroſo & ancipiti articulo, tandem tandē videtur mihi tenēdam eſſe opin Bal & ſequacium licèt fundamentum Bald contra iſtā opin glo non ſit ita ſolidum,prout eſt motiuum Rapha quod ſ retuli poſt Bart in d Authē Poſt fratres Et contra hanc opin glo tenet iterum idem Iaſ ſecū pugnās conſil 27 colū fina inter conſi Ioan And Rub & inter eadem cōſi Caro, Rui conſi 40 ex quorum Docto dictis deligūtur nōnullæ declarationes ad ſæpe allegatū § Cum filius,& ad ea quæ per Docto hic tradūtur,& ibidem ante & poſt dicta conſilia relata & inſerta inter cōſilia Rubei, ſunt alia multa conſilia plurimorum Doctorum contra hanc glo in præſatiū opin Bald et ſequaciū in varijs locis ſparſa Iteratò admoneo candidū & doctum lectorem caueat à mala reſolutione Franci Cur in dic l Si auiæ, & dic conſilio 52 1 parte Sed eſto q glo iſta decideret quod Docto plurimi dicunt eam decidere, & quod eā vellemus ſequi tamen non procederet,vbi teſtator vocaſſet ad legatum, vel fideicommiſſum propinquos vel parentelam & ſic ſiue in abſtracto,ſiue in concreto,& adieciſſet clauſulā illam, ſalua gradus prærogatiua eo nāque caſu indubiè non ſubrogatur vna perſona vlterioris gradus in locū alterius perſonę gradus proximioris & ſic filius fratris non ſubrogatur in patris locum in ſucceſsione quacunque ad ſuccedendum patruo vel auo ſecundum Paul de Caſt in Authen Defuncto, C ad Tertul quem ſequitur Deci conſi 408 in præſenti conſultatione,& Fran Cur in dicta l Si auiæ,fin colum quod eſt verum ad idemq, eſt hic tex optimus in verbo, proximo,& facit contra glo hic, niſi ſuppleatur, vt prædixi, per Authen Ceſſante,allegatā in glo ſi adaptetur ad iſtum text quod non puto adaptari poſſe,vt ſuprà etiam dixi, per verbum,

bum,quandoq;,poſitum in glo & q a caſus Authen Ceſſante,eſt longè diuerſus ab iſto,quia ille loquitur in ſucceſsione vniuerſali repræſentatiua, hic in particulari,quæ eſt impropriſſiſima ſucceſsio l Id tempus,§ 1 eodéque vltim ff de Vſucapio in qua ob eam rem,non poteſt cadere repręſentatio Nam quid rogo aliud eſt dicere proximo gradu,in hoc text quã vt Paul inquit ſalua gradus prærogatiua & tamen inquit ipſe hoc caſu glo non habere locum ergo ex cõſequẽti in huius tex caſu etiã nõ procedit quia neque eſt ad eum adaptabilis, queadmodum neque ad diſpoſitionem,vel vocationem factam de familia,aut de propinquis vel de parenteli,factam cum prædicta adiectione, ſalua gradus prętogatiua & ſic Paul & ſequaces in limitando hanc gloſſ præſupponunt quiddam per quod incidunt(vt alias dici ſolet)in piſtillum, nam ſi glo limitatur prout ipſi reſtrĩgunt,in caſu illo quem ponunt ſ vbi fuit dictum ſalua grad' pręrogatiua, qui in effectu & re ipſa reincidit in idem cum hoc tex ibi proximo ergo glo nõ poteſt ad tex referri,& ſic pręſuppoſitum eorum nihil eſt,quia ſtãte prædicta conſideratione, & parificatione de hoc textu ad caſum Paul gloſ nihil probat de hac re & eſt verum (vt ſuprà ſæpe dixi )quod non ſolùm non dicit id ad quod allegatur, imo vult contrariũ ſeparando prout videtur ſeparare per dictionem,quãdoq;,caſum Authen Ceſſante, à caſu iſtius tex qui fuit propria glo intentio,quaſi dixiſſet,hic dicitur,q; primis extinctis admittuntur proximiores defuncto,quandoque tamen,id eſt quando agitur de ſucceſsione hæreditaria in caſu dictæ Authen remotior admittitur cum primo,id eſt filius qui erat remotus repræſentat perſonam patris,ad ſuccedẽdum cum patruo q eſt proximior alteri patruo,& auo,quibus & quorum cuilibet per concurſum ambo ſuccedunt Sed inquãtum Iaſ.in dic conſil 215 colũ 6. allegat Bald conſil 488 3 parte in cõtrarium eius quod ſ dixi tenere Paulum de Caſt in dicta Authen Defuncto tamen ſi recte inſpiciatur Bal loquitur in caſu ſatis diuerſo,& Iaſo ibi non bene eum citat, prout & pleraque alia in conſil prędicto ſatis(vt prędixi)ſuſpecto,& periculoſo Saluari tamen poſſet prędicta concluſ quam Docto dicunt glo.tenere,in materia concernente cauſam hæreditariam, vt in fideicommiſſo vſi, putà ſi teſtator cauiſſet, quòd inſtitutis hæredibus mortuis ſine liberis, hæreditas in qua fuerant inſtituti,vel tota vel pro parte deueniret ad propinquo vel ad parentelam eiuſdem teſtatoris nã eo caſu videretur nepotem ex fratre admittendum eſſe ad tale fideicommiſſum vnà cum fratre patris, id eſt, patruo quia per ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſuccedituri teſtatori l Cohęredi,§ Cùm filiæ,ſ de Vulga & pupilla & in l Credendum,§ Si verò
20 maritus,ſ Qui pet tuto † Nam & fideicommiſſarius vniuerſalis,ſiue detrahatur ſibi quarta ſiue non,ſemper tenetur ad onera, ſiue in vniuerſum, ſiue reſpectiuè pro partibus penes eũ ſtantibus poſt reſtitutionem ſibi ab hærede factam l 1 in princip & § In de neracius,verſicu [Sed ſi 400 ]& § Si is qui 400 ſuprà eadem l 1 & in alijs pleriſque ll illius tit & C eodem & & in § Sed quia hæredes,& § Sed q a ſtipulationes, Inſtitu de fideicomm hære quo fit, vt neceſſariò dicendũ ſit repręſentationem dari in fideicõmiſſario vniuerſali quo ad teſtatorẽ auum,aut patruũ vel in totum, quãdo ab eo non detrahitur quarta, vel

reſpectiuè pro tribus partibus ſibi reſtitutis,& penes eundem remanenti bus Si enim datur repræſentatio, ergo filius fratris repræſentat perſonã patris,quoad ſuccedendũ teſtatori ei deq; auo vel patruo, eo modo quem prædixi diſponenti circa ꝓpinquos vel parentelam per viam fideicõmiſſi vniuerſalis per ea quæ ſ. ſunt tradita, vt non deſinam mirari Raph Cuma in prædicto conſil 106 colum fina aliud voluiſſe,quem ſ. in tranſcurſu retuli etiam in hoc puncto dum dixi eum tenere contra hanc gl hic & in eodem cõſ Mirandũ eſt etiam, quòd idem cum Rapha in fideicom vniuerſalibus concludant Iaſo Ioan Anto Rube Alexand Carol Rui Ioan Crot de Monteſerra vt patet ex cõſil 46 vſque ad 41 inter conſilia prædicti Rub nam licèt in illa conſultatione,de qua omnes tradunt, ſit caſus in quo decidẽdo mouetur ex alijs fundamentis,tamen oẽs præſuppoſitiuè tangunt imò expreſſe volunt,

21 †q. etiam in fideicom vniuer non detur repræſentatio filij ad patrem in ſuccedendo patruo ipſius,vel auo & licèt Rube in illo conſil & alij in alijs citent prædictum § Cũ filię,& illi reſpondeat in num 8 dupliciter tamẽ non euacuat difficultatem quæ reſultat ex illo tex quoad repræſentationem,maximè iunctis ll s adductis loquentibus de fideicõmiſſario vniuerſali,in materia vſi Trebelliani Cui difficultati non poteſt bene reſponderi nam quod ipſe dicit poſt Soci in l Si cognatis,col vltim illum tex. in § Cùm filiæ,non procedere,quando plures eſſent vocati ad fideicommiſſum per nomen collectiuum, ordine ſucceſsiuo quia tunc non attenditur quoad ſuccedendum in tali fideicommiſſo proximitas gradus in ſucceſſore, reſpectu teſtatoris,ſed reſpectu admiſsi vltimo loco, eiuſdẽq; grauati & ſic non attenditur,q. fideicõmiſſum etiam vniuerſale prouenerit à teſtatore ſed tantum( vt dixi )attenditur qualitas ſucceſſuri in illo reſpectu decedentis vltimo loco Sed ad hoc reſpondeo,quòd illa concluſio Socin reprehenditur magis communiter per Docto vt ĩ iſto § plenè tradam vbi vltra colum(quod aiunt) diſcutiam,& reſoluam iſtum articul 2 reſponſ q. etiam ſi illa opin Socin procederet, non tangit propoſitum noſtrum nam illud aliò tendit ſ. ad cognoſcendum quæ proximitas attẽdatur in eo qui vult admitti ad fideicõmiſſum i an grauati admiſsi vltimo loco,vel teſtatoris Sed opin gloſ. ſi inquam poſsit referri ad fideicõmiſſum vniuerſale tendit ad repræſentationem primi teſtantis ſicq; ad effectum an filius fratris admittatᷣ cũ patruo ad ſuccedendũ in fideicõmiſſo vniuerſali,alteri patruo teſtanti, aut auo etiam teſtanti, ob repræſentationem,quæ fit de tali teſtatore ratione iuris vniuerſalis,vel vniuerſalitatis fideicõmiſ prout in hæreditate quæ directò eſſet relicta,& ſic prædictus Anto Rub in hoc ęquiuocat Minus etiã facit in contrarium id quod ibi 2 loco reſpondet, & etiam alij tangũt in alijs conſilijs ſ. relatis de hac re tractãtib⁹ videlicet,q. in fideicõmiſsis attẽditur voluntas,& affectus teſtantis, q̃ præſumitur potiùs erga proximiorẽ in gradu, quàm erga remotum per hunc tex & l Qui filiabus,in princ ſ. Æquiuocatio Ant Rube.

22 titu i †Cũ ergo maior affectio teſtatoris præſumatur erga filium, quàm nepotem,& erga fratrem, quàm filium fratris ergo etiam in fideicommiſſo vniuerſali cõcluſ gl non procedit Sed ad hoc reſpon quòd illa affectio præſumitur,quando teſtator nominat gradatim,vel per ſubſtitutionem

nem directam, vel fideicōmiſſariam, vnum vel plures poſt alios vel alium nam videtur prædilexiſſe primū nominatum ſecundo, vt in iſto text qui proprie loquitur in his terminis, & facit l Publius, § Titia, primo eodēq, vltimo illius l vbi in veri [*Etenim uideri contra uoluntatem, &c* ] ĩ de Condit & demonſtrat vbi probatur hoc idem videlicet, ꝙ plus videtur teſtator dilexiſſe primum hæredem q ſecundum & ad id eum tex notat Bar in l Si cui legetur, § Hoc autem legat ſ titu 1 & tradit idem Bar in l Gallus, § Etiam ſi parente ſ de Liber & poſthum Sed quando plures inſimul & collectiuè nominantur, ceſſat hoc nam iſte tex interpretetur, quòd cenſeātur nominati ordine graduum ſucceſsiuo tamen illa affectio nō eſt propria teſtatoris, ſed præſumpta à lege & nō eſt tantæ potentiæ, vt tollat effectum repræſentationis fideicommiſſarij vniuerſalis ad hærede n & ſic non bene reſoluunt illi conſulentes iſtum articulum de fideicōmiſ vniuerſali neq, reſpondent ad motiuum repræſentationis Quapropter ego in dubio, & de rigore iuris tenerem quod prædixi in ſaluatione glo vt ſuppoſito ꝙ dicat (qđ non puto) id quod Doctores ei impo nunt dicere, procedere in fideicom 2 in quo per ſ dicta ratio repręſentationis eſt eadē in fideicōmiſſo vniuerſali q̄ in ſucceſsiōe hęreditatis directa, de qua loquitur prædicta Authen Ceſſāte, in gl allegata Deliberandum erit de hac re, vt potè admodū importante & quotidiana q̄uis nō inficior durum eſſe in practica id obtinere contra tot, tantorumq, Docto aſſertationes Et iā diu habui rē de facto in his terminis videlicet, teſtator habens tres fratres, quorum vnus in vita ipſi' prædeceſſerat, relicto filio inſtituit hęredes alios duos fratres ſuperſtites, voluitq, vt eorum vno defuncto abſque liberis hęreditas reuolueretur iure fideicom ad ſuos conſanguineos vulgo [*Parientes*] nominantur & ille vnus fratrum eo modo grauatus deceſsit abſq, liberis, poſt mortem teſtatoris eiuſdemq, fratris prædefuncti ſicq, fideicōmiſsi vniuerſalis conditio extitit quæſtio vertebatur inter fratrem teſtatoris, & filium fratris pręmortui an verò ſolus frater Et vltra prædicta quòd ambo eſſent admittendi, adducebatur l ſecunda ff ad Trebellia in illis verbis [*Vt te ſuo loco conſtituat.*] Tādem res fuit inter eos compoſita per tranſactionem Et præter alleg ſuperius reperio Iaſ in alio conſil 159 colum penul lib 4 approbantem, vt cōmunem huius glo opin & exemplificantem eam in prædicta ſpecie, q̄ ſ retuli, ſcilicet in fideicōmiſſo vniuerſali hæreditatis patrui, & ab eo relicto vt ſ non tamen facit differentiā inter fideicōmiſsū vniuerſale & particulare, in quo vtroque (prædixi,) oēs Docto impugnantes gl loquuntur Et hæc hactenus de hoc articulo Extra glo & dicta Bart & Docto hîc reſtat diſcutere articu illum per celebrem, & admodum quotidianum, cuius cognitio & reſolutio eſt ſummè neceſſaria in practica ad diſpoſitiões maioratuū & vinculorum quæ fiunt aſsiduè, in hoc regno tam in voluntatibus, q, etiam inter viuos Qui quidē articu concinè quadrat materię huius § Punctus eſt, an ſi per fideicōmiſſum vel diſpoſitionē fideicommiſſariam vocentur plures noīe collectiuo, vel indefinito, vel ad tale fideicōmiſſum noīatur per teſtatorē generice vel indefinite abſq, alia denoīatione, vel nomenclatura, vt videlicet fideicō poſt mortem ad vnum de familia, agnatione vel deſcendentia proximiorem vel ſimpliciter non expri-

Articu per celebris vltra gl & Doctor hic

mendo proximiorẽ quia per iſtũ tex id ſubintelligit̃ An igitur eo caſu, attendẽda ſit in tali ſucceſſore eiuſmodi vocato, proximitas reſpectu vltimi admiſsi, eiuſdẽq́; morientis, an verò reſpectu teſtatoris hanc ſpeciem libet multifariã ꝑ exẽpla variare, quo melius ea quæ in iſto artic nodoſo ac penè perplexo ſunt tradenda percipi queant Primò, ſi teſtator meliorauit in 5 parte bonorũ, vel aliquẽ ex filijs, vel quẽpiam extraneum, & diſpoſuit ſimpliciter, talem meliorationẽ debere deuenire ad conſanguineos proximos, de genere, vulgari ſermone vocatos, [*Los parientes mas cercanos del linaje,*] non deſignans de quo genere deberent eſſe tales vocati, vel eos vocauit ſimpliciter & abſolutè, puta deueniat in proximos vel proximiores conſanguineos, vel propinquos, non addens de genere, neque exprimendo cui eſſe deberẽt conſanguinei, vel ſibi, vel vltimo grauato, eidemq́; vltimo loco admiſſo dècedẽti an verò primo grauato de quo etiam nõnulli, vnà cum alijs dubitant Vel etiã poteſt aptari iſtius dubitationis exemplũ Si teſtator ſubſtituit per fideicõ proximiorẽ de ſuo genere, vulgariter, [*Al mas cercano pariente de mi linaje*] quod in idẽ recidit cum alijs exemplis ſ̃ poſitis, quando etiã ipſemet honoratus, vel melioratus idemq́; grauatus eſſet ex genere teſtatoris, & hoc eſt exemplũ Fran de Ripa, loco ĩ proximè citando & iſtud eſt frequentius Procedo vlterius, cui meliorato decedenti, vel ſubſtituto ipſius vltimo loco admiſſo decedenti ſuperfuerunt cõſanguinei proximi, qui erant etiam teſtatoris conſanguinei, & quidam ex eis erant in 3 gradu, reſpectu vltimi poſſeſſoris decedẽtis, & quo ad teſtatorem in ſecundo vel ècontra dubium verſatur modò, qui horum cõſanguineorum admittantur ad fideicõmiſſum, & quorum proximitas in gradu, & reſpectu cui attendatur Quod quidẽ thema poteſt etiam in alijs terminis proponi videlicet, ſi præſuppoſitis præfatis ſpeciebus, talis melioratus deceſsit relictis proprijs conſanguineis, & tamen quo ad teſtatorem extraneis vel ècõtra, ſi ſuperfuiſſent conſanguinei teſtatoris, qui quo ad ipſum melioratũ eundẽq́; grauatum eſſent extranei, dubitatur, vt ſuprà, & vtraque dubitatio effectu ac re ipſa tendit in vnum eundẽq́; ſcopum In qua quidem hæſitatione, Soci (vt à recentioribus incipiam) in l Si cognatis, col penulti verſi Sexta & vltim quæſtio, ĩ de Rebus dub & in l Hæredes mei, § Cùm ita, colũ. 7 ĩ ad Treb concludit, ꝙ proximiores ĩ gradu ipſi vltimo decedẽti admittẽdi ſint ad tale fideicõ nõ aũt proximiores ipſi teſtatori, neq́; primo meliorato, eidẽq́; primũ, ſiue primo loco grauato Ad quod aſſerẽdum inter alia adducit iſtum tex eũq́; inducit hoc modo Nam ſecundum eum hic tex loquitur in fideicommiſſo facto familiæ, ad quod admittunt̃ noĩatti inuitati primo loco, nõ attenta aliorum de familia nõ nominatorũ prioritate gradus dehinc qui ex his ſ̃ nominatis, primo gradu procreati ſunt ſicq́; patet ſecundũ eum, ꝙ proximitas gradus in ſucceſsione eiuſmodi fideicõmiſsi attẽditur reſpectu grauati fideicom præfato eiuſdẽq́; vltimi poſſeſſoris decedentis, & non reſpectu teſtatoris diſponentis, neque primi meliorati, eiuſdemque primo loco grauati ad idq́; expendit gloſ magnam hîc, in ſecunda expoſitione, & glo in parte, proximo cum qua relata ad tex ipſe Soci tranſit poſt Ioã de Imol contra Bald vt ſuprà etiam ſuperius retuli, dum agerem de illius gloſ verificatione Item ponderat Opin. Soci.

Soci

Soci ibidem Bal hîc, idem velle z no tab & Paul de Caſt & eundem Paul in dic § Cùm ita, vt ibi per eum afferentem quã plurima Docto reſponſa, eandem opinionem comprobantia. Sed profectò nequeo haud vehementer admirari de viro tam impense docto & ſubtili, cum expendere iſtum tex pro ſua opin cùm imò hic tex iuncta vltima declaratione glo magnę, in verſ Planius, cõmuniter à Docto approbatæ, efficaciter probet oppoſitum præſertim iuncta intentione omnium ſcribentium, & ſignãter attenta apoſtilla textuali Alberi de Ro hic poſt Oldr & antiquos Docto Inquit itaq́, iſte tex † q̃ nomina-
23 ti admittunt ante omnes, & poſt eos admittentur qui ex nomine & familia defuncti reperientur, & ex his qui proximo gradu procreati ſunt & ſic relatio quæ fit p̄ illas duas dictiones ex his fit ad propinquos teſtatoris, ꝑ ut Albe inducit poſt Oldra ad fin & glo hîc in prædicto ver Planius, dicit idem, vt prædixi, nam in prima expoſitione, in qua Socin voluit eam allegare reprehenditur cõmuniter per Docto hîc Præterq́, eos aduertendum, quòd glo in prædicta prima ex poſitione nihil omnino facit pro Socin quia glo nõ dicit, quòd poſt nominatos debeant admitti proximiores eiſdẽ nominatis ſed dicit, quòd ſi nominati ſunt de capite agnatorum teſtatoris, poſt eoſdem nominatos debent ad fideicommiſſum admitti hi qui ſunt ex eodem capite, & ordine agnatorum, & qui ſunt de eodem gradu Et ita recitat & declarat gloſ iſtam Barto & idem, ſi nominati eſſent de ordine ſeu capite cognatorũ nam ſemper ſecundum prædictam opinio gloſ eſſet facienda admiſsio ſecundum qualitatem & tenorẽ eorum qui fuerũt primo noĩati, ſeruata gradus p̄rogatiua & prçlatione reſpectu aliorũ de familia remotiorũ niſi modò eſſent eiuſdem alterius qualitatis, vel ordinis & ſecũdum hoc gl potiùs reſpexit ad agnationem teſtatoris, quàm primo grauati, vel etiam alterius ſequentis poſt illum grauati & vltimo loco admiſsi, defunctiq́ & ſic quo ad hoc propoſitum potius facit glo contra Socin quàm pro eo Et eſt cauẽdum, quòd illud verbum, quod Bald hic addit, dum inquit, Et qui ex eis deſcendunt, eſt ſuum nouum verbum, & contra iſtius textus & ſcribentium intentionem quia imò in caſu hu' tex prærogatiua prælationis, quam nominati habent, nõ eſt tranſmiſsibilis ad ipſorum hæredes, qui inquam fuerunt nominati, & deceſſerunt viuo teſtatore aliàs deciſio iſtius text in ſecundo reſponſo eſſet fruſtranea, & ſæpenumero redderetur inutilis quia rariſsimè, fideicommiſsũ rediret ad alios genericè contentos ſub nomine familiæ, id eſt per teſtatorem ſpecialiter non nominatos, prout in fortioribus termi nis in iiſdem de familia non nominatis ĩ prope finem, in verſic vltimo circa iſtum text teneo Et hic poſſent adiungi, quæ adduxi contra Pau de Caſtr in l Cum patronus, verſic vlterius addendum eſt, ſuprà iſto titulo Circa intellectũ § Quod à legatario ĩ hac ead l Præſertim, quia (vt puto) verba Bald habentur corrupta, nam vbi dicit nominati, debuiſſet dicere innominati, vt patet ex quibuſdam verbis eiuſdem Bald quæ poſt illa e veſtigio ſequuntur Quinetiam ſi Bald dixiſſet de deſcendentibus ex innominatis, ſiue non nominatis, nõ bene diceret prout ad finem lectu. huius § concludo cùm in caſu iſtius text fideicommiſſum (vt dixi) non ſit tranſmiſsibile, neque in deſcen-

Aa 4 dentes

dentes nominatorum, ſi nominati prædeceſsiſſent,in vita teſtatoris neque in deſcendentes eorum de familia,qui non fuerunt ſpecialiter nominati cõſimiliter decedentium in vita eiuſdem teſtatoris Quia ius prælationis ex nominatione teſtantis, nominatis ab eo,competens cõtra non nominatos eſt perſonaliſsimum,ſicq; intranſmiſsibile Item non nominatis ſpeciatim,ſeu prætermiſsis per teſtatorem competit ius prælationis ratione proximitatis gradus, quod eadem ratione eſt perſonaliſsimum, & intranſmiſsibile per proximiores in præiudicium remotiorum,vt in l Ius agnatiõis,ff de Pactis,& l Iura ſanguinis, ff de Regul iur vbi de ea re plenè tradit Deci & not Bart quem ipſe adducit,in l Is poteſt,col 5 ad fi cum prin ſequentis ſ de Acquiren hęre ac poſt eum alij Doct ſignanter Are Alex & Iaſ Et redeundo ad Soci quatenꝰ ille adfert ꝓ opi ſua Paul de Caſ hîc fallitur,quia imò lect Patauina ipſius,quę communiter circumfertur, apertè loquitur in caſu vbi teſtator expreſsim vocat propinquos ipſius grauati, vel quando cõcedens alteri emphitheoſim dicit ſe illi eam cõcedere pro ſe & domo ſua ſ ipſius recipientis conceſsionem ſicque loquitur in caſu claro, vbi conſtat de volũtate diſponentis ideo non accedit ad rem de qua agimus ſcilicet,vbi eſt dubium,de quibus proximioribus teſtator ſenſerit Et quia deciſio iſtius quęſtionis præſefert magnam difficultatem, propter opinionum hincinde concertantium conflictum, ad ipſius reſolutionem conſidero caſus ſequentes

1. Caſus. Primus eſt,quando teſtator ſubſtituit expreſsè vel tacitè, per fideicommiſſum propinquos, & patet ex vera vel coniecturata ipſius diſpoſitione voluiſſe eum vocare ſuos, vel primi grauati, vel vltimi poſſeſſoris decedentis, & illi admittentur & iſte caſus plurium, id eſt, trium caſuum comprehenſiuus procedit abſq; dubio, vt pote clarus & expeditus & ita (vt dixi) loquitur Paul. hîc nam & il-

24 lud eſt iuris indubitati,† eiuſdem effectus eſſe, voluntatem defuncti coniecturatam ex veriſimilibus coniecturis deſumptam, cuius eſt voluntas vera & expreſſa, ac manifeſta l Licèt Imperator, poſt princip. vbi Bartol & Doctores notant in textualibus, ſuprà titulo primo, de legatis primo, & l. Si quis locuplex, ad finem ff de Manumiſſ teſtamento, cum alijs complicibus

2. Caſus. Secundus caſus, de quo in præſentiarum tractatur eſt, (vt prædixi) quãdo verba teſtatoris vocantis propinquos ad fideicommiſſum poſt mortẽ primi grauati, vel alterius ex propinquis vocati, & vltimo decedentis, referri poſſunt vel ad propinquos teſtatoris, vel primo grauati, vel vltimi admiſsi, eiuſdemq; poſſeſſoris decedentis Nam dubium verti poteſt, vt eſt iam dictum, reſpectu cuiuſlibet iſtorum, id eſt vel teſtatoris, vel primi grauati, vel vltimo loco admiſsi, eiuſdemque remotioris grauati, prout Franciſ. à Ripa conſiderat in l Ex facto, in princip colum 2 infrà ad Trebellia Sed vt obiter id non prætermittam non proſpicio quomodo iſta quæſtio adaptetur ad conſanguineũ vel conſanguineos primi grauati, ſi non fuit primus, idemq; vltimus poſſeſſor mortuus Dubitatio quippe ſtat propriè inter conſanguineos teſtatoris & vltimi admiſsi poſſeſſoris decendentis licèt (vt proximè dixi) de hoc caſu faciat etiam mentionẽ, & in eo formet dubium Ripa vbi ſuprà ſed fruſtra Nam aut primus ſolus

lus fuit grauatus poſt mortem reſtituere fideicommiſſum, & ille met eſt vltimus decedēs, & vltimo admiſſus, aut alij poſt eum fuerunt grauati, poſt eorum mortem ordine ſucceſsiuo: & tunc non eſt habenda cōſideratio niſi ad vltimum admiſſum, eundemque poſſeſſorem vltimo decedentem, & inter cōſanguineos ipſius, & teſtatoris quæſtio vertitur ꝓpriè. Nam quid rogo attinet conſiderare propinquos intermediorum? certè nihil ſed duntaxat attenditur vltimo admiſſus, idemq; vltimus poſſeſſor moriens, & inter ipſius & teſtatoris re exiſtente omnino dubia, ventilanda eſt quæſtio propoſita.

Iudiciū authoris. In qua vt meum iudicium (ſi quod eſt aut valet) interponam omnibus hinc inde penſiculatis, tandem tandem videtur tenendum, prout ſuprà tenui aduerſus opinio Socin quòd hoc caſu, id eſt, omnimodo dubio ſubſiſtente, admittatur ad fideicommiſſum is qui fuerit ipſi teſtatori ꝓximior tempore mortis poſſeſſoris quanquàm huic ſuperſit alius proximior Quam concluſionem, tenuit Barto in dict l Si cognatis, colum ſina verſicu. Quæro hic dicitur, quòd legauit cognatis, &c Et ad hoc etiā facit, quod idem Barto tenet in l Peto, § Fratre, prima quæſtione, infrà iſto titul. & eandem opinio contra Socin tenet Iaſo conſilio 159 colū. pꝛima, in princip volumine 4 & cōſilio 215 poſt princip volumine 2 & conſilio 24 incipiente, Factum tale eſt, & conſilio 67 perſpectis libro primo Et Ripa in dicta l Ex facto, in princip colum ſecunda & ita (vt dixi) videtur in dubio tenendum quāuis idem Socin conſilio 249 charta antepenul volumine ſecundo, & cōſilio 73 colum quarta, volumine 4 poſt longam & moroſam (ne dicam anxiam) diſcuſsionem videatur concludere idem, quòd in locis prædictis tenuit videbitur, quòd in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quando plures grauantur ordine ſucceſsiuo vnus poſt alium, itaque vnus eſt grauatus alteri, id eſt ſequenti reſtituere, & vltimo loco vocatur, vel vocantur, aliquis vel aliqui de collectione agnationis, cognationis vel familiæ, id eſt, ſunt plures vocati nomine collectiuo vnius ex prædictis nuncupationibus, & conſtat quòd ſunt vocati ad alterius excluſionem ſed non conſtat quo ordine eo caſu, præfertur vel præferuntur proximior vel proximiores eidem vltimo admiſſo, poſſeſſorique poſtremo decedenti non autem ipſi teſtatori, ſeu diſponenti, vbi etiam reſpondet ad ſuprà allegatum § Cùm filiæ, l Cohæredi Sed non obſiſtentibus his quæ Socinus in præfatis conſilijs tradit, adhuc alia opinio videtur ſolidior, & ei potius eſſe inhærendum quia (vt ſuprà prædixi) pro ea videtur hic textus ineuitabilis ſecundum communem gloſſæ & Doctorum intellect Nam (vt etiam ſuperius retuli) idem tenet Albericus hìc ad finem poſt Doctorem ſolennem, Oldra de Ponte de Laud Et præter omnia ſuperius deducta, iſtam eandem opinionem tenet Philippus Corn conſilio 37 primo libr & conſilio 220 charta ſecunda, libro ſecundo & Ioannes Crot de Monte ferrato, in repetitione § Diui, l Filiusfamilias, colum tertia, ad finem verſicul Tertiò quæro, fol 10. vbi inquit, prædictam opinionem contra, Socinum & eam ſequitur, licèt nimis truncatè, oſcitanter, & ieiunè ſe ſe habeat in allegando circa iſtum articulum, & non facit mentionem de Socino in prædicto cō-

ĉto conſil. 249 vbi vltra omnes quos in hac materia viderim producit fimbrias, ſed parum feliciter, quãuis anxiè & nimium importunè hanc controuerſiam (vt prædixi) tractet Redeundo itaque ad præmiſſa, conſiderato quòd ſi proxim⁹ ipſi vocato vltimo loco & admiſſo, poſſeſſoriq́; poſtremo decedenti non eſſet de familia teſtatoris qui fideicommiſſum reliquit, præfata opinio Socin indubiè non procederet, neque obtineret. & diſputatio iſta eſſet parum dubitabilis & inefficax quum imò alius qui eſſet defuncto proximior indiſtinctè eſſet præferendus Nam opin Barto in dict § Fratre, in propoſito l Cùm pater § Cùm inter, ꝭ hoc titul quam pro ſe Socin affert, non eſt vera, & reprehenditur communiter per Doct. quos ad ipſum addidi Tota ergo vis huius dubitationis conſiſtit in terminis ſ̃ in princ iſtius quęſtionis ſignatis videlicet, quando ſupereſſet vn⁹ proximus ipſi admiſſo eidemque vltimo grauato poſſeſſoriq́; decedenti, & alter ꝓximus ipſimet teſtatori, & vterq́; eorum eſſet de familia eiuſdẽ teſtatoris Et certè ſi iſte tex intelligeretur in cortice prout iacet, eſſet caſus pro opi Socin ſed quia (vt dixi,) imò debet ĩtelligi, vt per glo hîc, cõmuniter à Docto approbatam in ver conſobrinis, ſecunda expoſitione, & Oldra & Alber hîc etiam in fin eam declarãtium cũ text quos ſ̃. nõ ſemel retuli, eſt caſus hîc cõtra Soci contra quem in fideicommiſsis inquam indiuiſibilibus quæ vinculata appellãt, id eſt, quæ non poſſunt venire niſi in vnam ſolam perſonam quæ ſit maſculus, vel per lineam maſculinam deſcẽdens ordine ſucceſsiuo, tramite recto & legitimo, facio rationem mihi (vti nam ſic alijs) inuincibilem & irrefragabilem, niſi fallor, quæ eſt, nam eiuſmodi fideicõmiſſa, ſiue vniuerſalia, ſiue particularia vinculata, ſiue ſubiecta reſtitutioni, vt deueniant (vt dixi) in vnam perſonam, fiunt, & ſtabiliuntur, nõ ad alium finem, quàm ad conſeruationem domus & nominis teſtatoris ſtabilientis illa & hęc ratio fundamentalis, nec non finalis & vltimata conſimiliũ diſpoſitionum, quæ quotidie fiunt de maioratib⁹, & vinculis tam vniuerſalibus, q̃ particularibus, vt tradit pleniſsimè Alber Bru. in tracta de ſta. fœmi propter maſcu exçlu prima parte, poſt princ. quem ſolum loco plurium allego quia omnia ad rem principaliter cõducentia congerit Cùm igitur neque familia, neque domus, neque nomen teſtatoris cõſeruentur per agnatos illius admiſsi vltimo loco, ſed potius cõſeruet per conſanguineos proximiores ipſi⁹ teſtatoris vel ſtabilientis maioratum vel vinculũ ergo ad eos ſolos referenda eſt generalis vel indefinita inuitatio de eis facta per diſponentem ad ſucceſsionẽ in fideicõmiſſo Et hęc ratio quo ad bona vinculata cõuincit, & vrget in duobus potiſsimũ caſib⁹ Prim⁹ qñ tẽpore mortis grauati, eiuſdẽq́; vltimi poſſeſſoris reperirẽtur ſupereſſe conſanguinei teſtatoris, & de ipſius familia vel domo, nec non alij de familia eiuſdem grauati vltimi decedentis, qui tamen vel nõ attinerent teſtatori, vel ſaltem nõ per lineam maſculinam aut ſi ſic, tamen non in tam proximo gradu, prout alij, qui ſint ſoli teſtatori cõſanguinei. Secundus caſus, vbi vterque conſanguineus ſuperſtes tam grauati vltimo admiſsi eiuſdemque decedentis, quã teſtatoris eſſent in eodem gradu, & eadem qualitate & ſtipite reſpectu vtriuſque, ſemper eſſet præferendus in tali ſucceſsione fideicõmiſsi conſanguineus teſtatoris Saluari

uari itaq́, poteſt opin quam Soci tenet in caſu, vbi conſanguinei prædicti grauati vltimo loco admiſsi decedentis, eſſent etiam de eodem ſtipite teſtatoris cũ ipſius conſanguineis ſed tamẽ eſſent proximiores eidẽ q̃ alij conſanguinei teſtatoris Nõ omittam hîc referre, ꝙ cùm iſta quæſtio inter quoſdam nobiles ciuitatis ſplendidæ nec nõ antiquiſsimæ Segobiẽ vnde mihi origo eſt, diu fuiſſet vẽtilata in curia pinciana, tãdẽ tãdẽ poſt duas ſententias latas ibi, in ſupremo conſilio regio fuit pronuntiatum in fauorem opinionis Soci Nam fideicõmiſſum de quo fuerat pluſquam ciuilis, ne dicam cruda, & longiſsima contentio, fuit addictum proximiori conſanguineo admiſsi vltimo loco, & nõ teſtatoris Sed puto, ꝙ ita fuerit factũ propter magnam negotij dubietatẽ iuncta diuturna poſſeſsione, quã habebat reus conuentus, qui fuit ſimpliciter abſolutus, q̃q̃ iudices habuerint opinio quam Soci firmat in præfatis locis Neq, puto ad eam habuiſſe prĩcipaliter reſpectum nam ex alijs capitibus prout perpendi ex iuris allegationibus ad me tranſmiſsis poſſeſſor ille qui fuit abſolut⁹ fouebat iuſtam cauſam licèt aduocati eiuſdem victoris, id eſt rei conuenti, id poſtea iactauerint & in vulgus propalauerint

L 2 titu 15 Part 2

Quos etiã inter alia vidi allegare pro opin Soc l 2 ad fin tit 15 Par 2 lib 2 Quæ lex loquens in linea tranſuerſali, in hæc verba inquit, [*Pero ſi todos eſtos fallecieren, deue heredar el reyno el mas propinquo que uuieſſe* ] iuncta l nona titu 1 eadem Part 1 ibi, [ *E algunos de los otros, que ſon mas propinquos parientes alos Reyes al tiepo de ſu fallesſcimiento o finamiento* ] Sed certè ll illę nõ ſtringunt in propoſito, de quo agim⁹ ex eo, quòd ea ſucceſsio de qua ll illæ tradunt ſ quoad primogeniturã, vel maioratum eſt ſucceſsio vniuerſalis repręſentatiua ſed quæſtio illa erat de vinculo ſeu maioratu bonorũ particulariũ per fideicõmiſſum relictorum i certæ partis bonorũ, vbi datur vel ſubeſt ſucceſsio particularis, in qua non põt dari repręſentatio, vt ſ. traditum fuit Sed iſta reſponſio non eſt firma tũ ex eo ꝙ reſtringit nimis hanc materiam tum etiã, quia rationes quæ pro opin Soci & contra eam afferuntur limitantᷣ ſequi lance paríq́ue modo in vtroq, fideic & vniuerſali & particulari Nam re vera licèt in alijs ſit differentia inter illa fideicõmiſſa, tamen quo ad iſtũ artic in quo ſumus, non videtur quicq̃ intereſſe inter ſucceſsionẽ vniuerſalẽ, & ſic repręſentatiuam, & particularẽ, & ſic non repræſentatiuam, vt apparet ex intentione eorum quæ tradit Soc in d § Cùm ita, colũ 7 l Hæredes mei, ǰ. ad Treb & Iaſ in conſi ſ citatis, & inferius allegandis Sed planior reſponſio ad ll illas Parti eſt, quia linea regis qui primo loco ſucceſsit primo Regi in regno eſt electa per eaſdem ll & illa continuatur quouſq; finiatur & ſic quãdiu ſuperfuerit aliquis attinens ei qui vltimo loco fuit admiſſus & poſtremus ſucceſſor moriẽs, ille admittetur Præterea, illæ ll procedunt, & loquuntur in caſu claro & aperto, & per eas expedito, ac deciſo Nos verò loquimur in caſu dubio, vbi nõ cõſtitiſſet de voluntate diſponentis, neque legis id declarãtis ob quã rẽ Doctorum opiniones inuicem cõflictantur Ad hęc, in ſucceſsione Regũ Hiſpaniæ in qua eſt tã lõgiſsima & antiquiſsima Regum ſeries, prout in alijs maioratibus antiquiſsimis, quorum inſtitutiones exceſsiſſent hominum memoriam, quæſtio noſtra non poſſet tractari, cùm præſertim in maioratu Regio Hiſpaniæ vel alijs in quibus nõ poſſet cõſtare de gra

dibus

dibus & lineis diſponentis, primiq; inſtituētis ipſum maioratum, fruſtra cōſideraretur proximior primi ſtabiliētis, per tot ſecula retrò defuncti & ſic leges part nō potuerunt habere cōſiderationem niſi ad vltimum regni poſſeſſorem decedentem Nihil ergo ad rhombum leges illæ faciunt

Reſolutio Reſoluendo ergo apertius iſtum articulū, in caſu inquam dubio vbi non apparet de voluntate diſponētis ſeu relinquentis fideicommiſſum, vltimatè videtur in eo concludendum, q; ſi vltimus admiſſus idēq; grauatus decedens grauatus inquam reſtituere vni conſanguineo, vel vni de genere, aut de familia, aut conſanguineis ſimpliciter, vel alijs ſub nomine collectiuo, non ſit de genere aut familia teſtatoris diſponentis eiuſdēq; grauantis tunc proculdubio procedat concluſio ſ firmata contra Soci videlicet, q; conſanguineus qui ſuperſtet ipſius vltimi decedentis proximior non admittatur, ſed teſtatoris, & eſt de intentione Bart hic dum allegat, l Cùm acutiſsimi Hoc idem reperio tenere Salic in l Quoties ab omnib⁹, C de Fideicōmiſ quem nemo ſcribētium hîc, neq; ibi, neque alibi ( quod ſciam) in hoc propoſito expendit, neque refert Et quanq̄ litera ipſius Salic ſit vitioſa vel vitiata, tamen re vera dicit id quod modò eum retuli dicere Ad idem etiam facit quod Bart tenet in l Si cognatis ſ allega in verbis fin dum inquit, q; ſi grauatus fuit extraneus, & eius familia poſt mortē ipſius ſit vocata, nō vocantur qui ſunt de illa familia ſecundū ordinem proximitatis, ſed omnes de illa familia ſimul admittuntur ſicq; vult Barto q; ordo proximitatis inter eos non attēdatur, imò neque hi qui ſunt de illa familia extranei grauati admittantur ad fideicōmiſſum, niſi vocentur per teſtatorem, quādo familia eſt extranea quo ad eum, putà grauando extraneum cui erat fideicōmiſſum relictum, & eius familiam vocando Sin autem & ſic ſecundo caſu, videlicet, quando vltimo admiſſus idemque decedens eſt de familia teſtatoris, ſupereſt vnus de familia teſtatoris, & alius de familia eiuſdem admiſsi loco vltimo, qui eſt etiam de familia, ſeu agnatione teſtatoris, & tunc ſi iſte conſanguineus, vel agnatus vltimo admiſsi, idem & teſtatoris eſt ꝓximior admiſſo, is cēſebitur vocatus ad fideicōmiſ Eademq; ratione, & quidem à fortiori, ſi talis conſanguineus cōmunis vtriq;, teſtatori inquā & admiſſo vltimo loco, ſit proximior eidem teſtatori, cenſebitur etiam ad idē fideicom vocatus quia in tali proximiori ſiue ipſi teſtatori ſiue ipſi grauato eidemq; admiſſo vltimo loco, & morienti, quando inq̄ eſt proximior vni eorum magis q̄ alteri, concurrit duplex vinculū vel ratio admiſsionis contra alium, qui eſſet etiā de vtraque familia ſed remotior, videlicet vinculum vel ratio familiæ cōis, item proximitatis gradus & ſic prævalere debet Sin autē & ſic tertio caſu, ſint duo cōſanguinei ſuperſtites, qui ambo ſint de familia teſta itē & admiſsi poſtremo decedētis, & attinēt gradu ęqualiter vtriq; corū i teſtatori & admiſſo. Et hoc caſu ſi bōa ſint diuiſibilia, & ſic libera, de quib⁹ loquit᷑ iſte tex vterq; corū admittet᷑ ꝑ ęquis portionib⁹, vt in l Labeo, § ſi ff de ſta lib & l Vnum ex familia, § Rogo ī eo ſed ī bonis vinculatis vel maioratus q̄ nō poſsūt peruenire niſi in vnū ſolū ſucceſſorē, admittet᷑ cōſanguineus maior natu, ex doctrina q̄ tradit Aret referēs Io An & Ang alibi ī cōſ 162 & tradit ſingulariter Guido pp & adhuc in terminis fortioribus, deci 667 Et ille dicit᷑ maior

maior natu qui eſt maior ætate l Si patre,§ ſi ff de adopt.l 3 in prin ff de Interd & relegatis,& l Semper,in pñ ci.ff de iure immu qd notius eſt, q̃ vt probari expediat Sed ſi eſſet inter eos omnimoda paritas quo ad ætatẽ, tunc recurrendũ eſſet ad quæſtionẽ de gemellis,de qua tradũt Bal & alij ſignanter Aret Alexan & Iaſ in l Ex duobus,in prin ſ de Vulga & pupill Sed ſi vnus attinet alteri i teſtatori, & alius cõſanguineus alteri,id eſt ad miſſo æqualiter,id eſt pari gradu, & iſte eſt quartus caſus ĩ quo etiã nõ po teſt procedere opin Soci & compli- ciũ quia ſuppoſito dubio,& dati pari tate graduum, & ſuppoſita coniun- ctione,ſiue identitate familiæ cõis,in ter teſtatorem & admiſſum item & inter eos duos conſanguineos æqua- liter attinẽtes vtriq, ſeparatim i vn' vni & alter alteri eorum ſ teſtatore & grauato,vltimo loco admiſſo eodẽ que poſſeſſore decedente, cuius in locum vnuſquiſq, prædictorum con- ſanguineorum prætendit admitti,rẽ latio verborum fideicõmiſsi poti' eſt facienda ad proximiores teſtatoris, q̃ ad proximos talis vltimo admiſsi Circa hoc libet parum inſiſtere Nã iſtud quod contra Deci tenui,videre tur prima inſpectione temperãdum, niſi talis coniunctus teſtatori proxi- mior,qui eo prætextu ſ proximitatis in qua eſt quoad eum,vellet admitti, & aduerſus alium conſanguineum fuiſſet conceptus & natus poſt mor- tem teſtatoris quia iſte talis non põt dici agnatus neque conſanguineus ipſius l Titius,vbi Bart not ff de Suis & legit hęre & l 1 § Si quis ꝓximior, ĩ Vnde cog & l Si cognatis, s ſæpius alleg & no Bal in caſu ſimili cõſ 488 vol 3 exordiẽte,caſus talis eſt Quidã noĩe Titius deceſsit,&c & Alex cõſ 25 col 2 ĩcipi Videretẽ fortaſſe,&c ad ſi lib 3 vbi tamẽ aliter loquitur vt ĩ dicam Ad idem l Item prætor,§. 1 v- bi etiam Bal prędicto titu de ſuis & lẽ git hęre & q, tales conſanguinei con cepti & nati poſt mortem teſtatoris, non admittantur ad tale fideicõ reli- ctum conſanguineis,vel familiæ, vel agnationi,vl domui,nomine collecti uo immediatè vel poſt nominatos voca tis, ſolet alleg ut Alexã conſil. 173 in choante,Viſo themate,lib 2 non ta- mẽ inuenio eum in meo lib Sed an- tea idem tenuit Bar conſil. incipien Bonauentura,& Ang conſi 38 Qui- dam Ioan deceſsit Decius conſil 95 verſi 3 principaliter,dicens ita fuiſſe conſultum Florentiæ,per Doct illu- ſtres,Saluſtium de Peruſ Marra Soci. Andr Sicu & Aret & tradit Iaſo.con ſil 159 coliũ ſi volu 4 ſecundũ quam concluſionẽ videretẽ moderanda & reſtringenda opin quã ſ tenui con- tra Soci q, ex vocatis ad fideicommiſ ſum per nomen collectiuũ, in dubio ad tale fideicõmiſſum admittendus eſt proximior teſtatoris,non autẽ ad- miſsi vltimo loco qui poſtremo de- ceſsit,ei atq, vltimus poſſeſſor talis fi- deicõmiſsi,ſi ſit natus,vel ſaltem con ceptus tẽpore mortis teſtatoris aliâs ſecùs Sed veritas ſeſe aliter habet, vt tradit Iaſ in prædicto conſil 159 vbi tenet, q, in ſubſtitutione fideicom- miſſaria,de aliquo vel aliquib' facta poſt primum vocatum, facta in quã in aliquẽ euẽtũ,vl in tẽpus certi euẽ- tus futuri, putà poſt mortẽ prĩo loco vocati vel vocatorum ſufficit, q, ta- les vocati per fideicõmiſſum ſint in rerum natura quo tempore euenerit caſus ſubſtitutionis vel conditionis quod etiam tenet Alexã præallegato cõſi 25 prope ſi ver Non obſt vbi in id citat Ioã And in addit ad Spec in rub de teſta ad ſi & l Cũ pater,§ Hę reditatẽ,el primero,ad ſi ĩ iſto titu Et ad præ-

ad prædicta iura ſ in contrariũ adducta,& autoritates Docto reſpondet Iaſ vbi ſuprà,q loquuntur, & procedunt in ſucceſsione ab inteſtato, vel in diſpoſitione legati ſimpliciter relicti cõſanguineis,vel Si cognatis, quo caſu legatarius,vel conſanguineus volens admitti debet eſſe conceptus in vita eius qui legatũ reliquit, vel conſanguinei inteſtati de cuius ſucceſsione agitur,vt tractatur. Poſt hęc tradita in lectionibus ordinarijs,dum 3 loco iſtum tex interpretarer, offendi Andr Tiraquel tangentem iſtum articulum in opere retractus, chart 64 num 80 cum multis ſeque vbi licèt videatur manere dubius vel ſuſpẽſus in huius articuli reſolutione (qđ non rarò ei accidit in articulis difficilibus) q̃tum ad fideicommiſſa bonorum liberorum & diuiſibilium tamẽ quo ad fideicommiſſa bonorum maioratus,vel vinculatorũ, quę non poſſunt deuenire niſi in vnũ ſolum ſucceſſorem ſatis apparet reſolutio ex traditis ibidem per eum prædicto numer 80 cum ſequent Sed debet ſuppleri in aliquibus per ea quę ſ tradidi Iam illud dubitari non oportet( vt hoc adijciam in calce iſtius articuli ) quæſtionem ſ diſcuſſam,nõ poſſe verificari in caſu vbi teſtator, bona fideicõmiſsi alicui per eum relicti, prohibuiſſet alienari,& in caſum contrauentionis,vocaſſet familiam,vel conſanguineos,vel alios de genere,vel agnatione,non deſignãdo,de quo genere,familia,vel agnatione deberet eſſe talis vocatus vel vocati an de ſua vel de admiſsi vltimo loco familia, vt agnatione Nam hoc caſu indiſtinctè teſtator cenſetur intellexiſſe de coniunctis ipſius teſtatoris,& nõ de conſanguineis admiſsi vltimo loco, eiuſdẽq; poſſeſſoris decedentis Et iſto caſu propriè loquitur Bar in dic § Fratre,& Petr Cyn & Salicet in dicta l Quoties ab omnibus, C de fideicõ Ratio eſt euidens,quia hoc caſu,non eſt veriſimile teſtatorem ſeu primũ diſponentem ſenſiſſe de coniunctis ipſius grauati qui præcepto ſuo contrauenisset,imò potiùs ſenſiſſe de ꝓximioribus ipſius teſtatoris vel diſponentis nam ad eos potiſsimûm pertinet & ſpectat reuocare talem alienationem prohibitam,vt in dict § Fratre,& l Cùm pater,§ Libertis ſ eodẽ Nam ratio potiſsima,qua Soci & alij complices nituntur ad concludẽdũ in fauorem conſanguineorum ipſius grauati vltimo loco admiſsi eiuſdẽq; poſſeſſoris poſtremo decedentis, eſt ea( vt ſ eſt relatum )quia in fideicõmiſſ ſucceditur ad inſtar ſucceſsionis ab inteſtato, quæ ratio euidenter ceſſat in caſu contrauentionis & ſic in iſto caſu,non eſt quod poſsit tractari de prædicta quæſtione ſ diſcuſſa,in qua pauſo calamũ, & claudo riuos nam ſat prata puto bibiſſe Vltimò libet cõmemorare iſtũ text poſſe expendi ibi,[*Cum moreretur* ] iuncta declaratione cõmuni, quæ ex reſponſione Docto contra gl hîc colligit ad d l Si cognatis,ad id videlicet, q vt admittant illi de familia vocati à nomine, id eſt ſub generali denominatione familiæ,debent eſſe de ꝓximioribꝰ,vel in ꝓximo gradu teſtatori tẽpore mortis illiꝰ,vel ſaltẽ teſtamenti tẽpore ſecùs ſi vtroq; illorũ tẽporũ tales vocati iam obijſſent, deſcẽdentes ex eis nõ admitterent cũ alio de familia,vel cũ deſcendẽte ab eo q eo tẽpore vel mortis vel teſtamẽti ipſi defuncto ſuperſtes fuiſſet Et iſtud etiã deſumit ex traditis per Deci cõſ 1 omniũ,ad fi & Cur Iunio cõſil 58 2 dubio,& ante eos id tradit Bal cõſ 488 ad fi ſ citato Et hęc quo ad interpretationẽ huiꝰ tex tradita ſufficiãt.

Summa-

*Summarium.*

1 *Legatario non competit actio pro legato contra hæredes teſtatoris legantis, niſi pro hæreditarijs portionibus unumquenq; eorum tangentibus*

2 *Vno hæredum exiſtente non ſoluendo cæteri cohæredes non tenentur pro parte eum tangente*

3 *Conſuetudo, quod ſi unus ruſticus non ſit ſoluendo collectam, talis collecta ſolida exigatur ab alijs ruſticis eiuſdem plebis uel oppidi an ualeat uel nō*

4 *Statutum quod punit patrem pro filio eſt contra omnem rationem & naturalem æquitatem, & tamen ualet*

## L Legatorum petitio

Legatorum petitio aduerſus hæredes pro partibus hæreditarijs competit nec ꝓ his qui ſoluendo non ſunt onerari cohæredes oportet.

Summa Bart eſt, Non tenetur quis ad legatū ex perſona cohæredis,qui nō eſt ſoluēdo ſcđm quā ex hoc tex colliguntur duo notāda Primū,
1 † ꝙ legatario non competit actio ꝓ legato contra hæredes teſtatoris legantis,niſi pro hæreditarijs portionibus vnūquēq, eorum tangentibus quod eſt intelligendū, quādo eſſent grauati impersonaliter,vt puta legato relicto per teſtatorē ſimpliciter,vł indefinitè,vt grauo hæredes vel collectiuè,grauo oēs hæredes,vel vniuerſaliter,vt grauo vniuerſos hæredes ſecùs ſi noīatim oēs, vel quoſdā ex his grauaſſet quia tales nominati tenerētur viriliter ad præſtationē legati, ſecundum Bar ita declarantē iſtū text in l Si pluribus, § fin ꝟ eo poſt prin in diſtinct ſecundæ oppoſitionis Quod etiam voluit glo 1 hîc,& ad id eſt caſus in terminis,in l Si hæredes nominatim ꝟ ti eh u s titu 1 qui reddit rationem videlicet,ob enumerationē perſonarū,quam Bald ibi dicit poni apertius in illo tex qu im alibi Quando autem hæredes grauarentur pro prijs & appellatiuis nominibus in ſimul,ſiue vniuerſaliter, ſiue collectiuè, vel indefinitè,vt grauo vniuerſos hæredes meos, aut omnes hæredes, aut hæredes meos,Titium Gaium & Sempronium quia præceſſit nomen appellatiuum cenſerētur grauati impersonaliter & ſic tenerentur ꝓ portionibus hæreditarijs Secus ſi præcederet nomen propriū,vel noīa ꝓpria & ſequeretur appellatiuū,vel appellatiua coniq, cāſu,cēſerent vocati viriliter,iuxta diſtinct quā ponit Iurecōſultus in l Si ſeru' cōis,ff de Stipul ſeruo vbi eſt caſus ſingu ſecūdū Docto ibi,& Alex in l Quoties,ꝟ ad Trebel & eundē,in l 3 § Filius,ꝟ de Libe & poſth & in l 1 ad ſi C de Libe præter vbi idē Alex ſingul eam l limitat ex mente Bal & Sal ibi,& Bar & aliorū alibi Et rōnem ad dic l Si ſeru',ponit Bal in l Quoties,ꝟ de Vſufr ꝙ fuit Iurecōſulti,in eadēm et lege Si ſeru', ad ſi Secundū nota ſeu pronuntiatū colligit ex hoc eodē prin hui' l videlicet,
2 † ꝙ vno hęredū exiſtēte nō ſoluēdo,cęteri cohæredes nō tenent ꝓ parte eum tangente Quod Bar Bal & alij doct poſt Dy ampliant hoc modo, vt queadmodum iſti cohæredes non tenent pro alio cohærede,nō ſoluente,actione pſonali ita etiā neq, actione hipothecaria Quia talis actio nō competit pro bonis defuncti legatario,niſi eatenus, quatenus competit perſonalis l 1 § vltim C communia de leg 1 reſpō Qui caſus nō eſt alibi, ſecundum Salicetum ibidem Ad quod etiam facit iſte tex in verbo, [Petitio] iuncta l Actio in perſonam,

petitio

petitio in rem, &c ff de Act & oblig & ita proculdubio tenẽdum eſt per hos tex licèt Bald hic punctet facere in oppoſitũ glo in l 3 C de Procu quatenus voluit, quòd legatarius cõtra hæredem latitantem, & indefenſum poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ talis hæres habuit à teſtatore, quæ omnia bona legatarius habet tacitè obligata pro legato, vt in dicta l 1 cõmunia de legat & in § Noſtra, Inſtit de leg & quia Bald non reſpondet ad illam gloſ reſpondeo, eam reprobari com muniter per Docto ibi, quia imò illo caſu miſsio in poſſeſsionẽ non poteſt fieri niſi pro rata ſumma quantitatis petitæ, prout alias miſſio, quæ ſolet fieri in actione perſonali, non fit niſi pro menſura debiti declarati, vt C & ff de Bon auto iudi poſsi per totum Neq, quoad iſtud propoſitũ videtur differre actio perſonalis ab hipothecaria, quũ (vt dixi) eo caſu, id eſt pro legato, actio hipothecaria, non com petit niſi limitatè & reſpectiuè ad id quod competit actio perſonalis & ſic illa l 1 non bene allegatur per glo prædictam Et hoc etiam tenet Bart in l Si conſtante, in princip 3 quæſt 4 quæſtionis principalis ſ Solu mat & Cyn & alij Docto ordin in l Cùm proponas, C de Bon auto iudi poſsi

Ratio huius notab

& huius 2 nota (vt ad illud redeam) ratio in hoc verſatur quia à principio omnes hæredes ſolũmodo tenebantur pro hæreditarijs portionibus ipſo iure, id eſt autoritate & cenſura, ll 12 tabul ergo inopia ſuperueniens alteri eorum non obligat alios vltra portiones ſuas, neq, eos debet onerare Aliud tamen dicendum eſſet, quã do à principio omnes tenerentur inſolidum, puta ex defuncti volũte qñ inquam diſpoſuiſſet eos debere eſſe obligatos inſolidum, nam licèt eo caſu, habeant beneficiũ diuiſionis, quãdo omnes ſunt ſoluendo, tamẽ vnus tenetur pro alio exiſtente non ſoluẽdo, vt in l Inter eos, § 1 ff de Fideiuſſ prout etiam in duobus reis debendi, ex contractu diſponitur in authen Hoc ita, C de duob reis & in corpore vnde ſumitur tunc enim non fit diuiſio inter eos, ſecundum Paul de Caſtr Si tamẽ (vt hoc illi addas) inter eos eſſet facta iam diuiſio, & vnus eo rum incideret in paupertatem, etiam ſi teſtator diſpoſuiſſet eos teneri inſolidum, alij non tenerentur pro eo, ac ſi à principio omnes eſſent obligati pro portionib' hęreditarijs, argumẽto prædictorum iurium Hinc eſt, ꝙ in caſu l 3 ad fin vlti reſponſo, ff de Alimen & ciba leg ſiue hæredes ſint grauati nominatim, ſeu viriliter, ad præſtanda legatarijs alimenta eis relicta, ſiue ſint grauati ſimpliciter, vel etiam expreſsis nominibus appellatiuis hæredum, nullo iſtorum caſuũ vnus tenebitur pro alio quum in his caſibus obligatio paſsiua ſit diuiſa inter eos, tam per legem quàm per teſtatorem, quæ eſt ratio illius l vltimo reſponſo In primo autem reſponſo illius tex ſi daremus vnumquenque hæredum teneri inſolidũ, vt putà qñ inter eos grauatos poneretur alternatiua, vt eſt in caſu l Si ex toto, § 1 ſ ti tul 1 ceſſaret diſpoſitio rigida illius tex quatenus vult, eſſe in libito iudicis vnum aut quoſdam ex hæredibus grauare, & reliquos releuare quia vbi eſſent obligati inſolidũ, non eſſet habendus ad iudicẽ recurſus, ex quo legatarius eo caſu habet electionem à quo illorum petat legatũ Ex his etiã patet ratio ad l Ex parte, ff de Sol quę per hanc l in princ declaratur quatenus decidit, ꝙ hæres ſoluens vltra partem ſuã, condicit, vt intelligatur, quã do teneretur duntaxat pro ſua parte nam

nam ſi inſolidum non poſſet condice re Et ex ratione conſimili lex iſta reſtringitur ad legata diuidua nam ad legatũ indiuiduum vnuſquiſq, hęres teneretur inſolidum l Fideicōmiſſa § pe ff ti 1 de Leg 3 l Si is qui quadrin genta,§ fi ff adl Fal l In executione,§ Pro parte,ff de Ver obliga ſecundum Albe poſt Dy hic qui dicunt, q iſtud declarat iſtum text Et inſuper opponunt contra ſecundũ reſpõſum iſtius l de l Aufertur,§ vlti,ff de Iure fiſ vbi eſt fortis text decidens, quod licèt à principio plures teneantur pro parti bus virilibus, tamẽ ob vnius inopiam alter oneratur ad ſoluendum partem illius Sed prædicti Docto & alij ſoluunt,quòd in illo caſu eſt vnum pro eis,ſcilicet vt pro parte quiſq, eorum teneatur,nõ quia debetur fiſco, vt ibi glo dicit,& non bene,ſed quia prędicti delinquentes habebant officium ſecundum Bar ibi contra illam gl Et propterea aliud inducitur cõtra eos, vt vnus pro alio exiſtente non ſoluen do teneatur Fortè eorum intentio eſt dicere, quòd ibi propter delictum tenentur inſolidum ipſo iure, prout & alij fures tenentur, vt ibi per gloſ Sed l illa ex gratia & æquitate diſpen ſat,vt non teneantur niſi viriliter pro pter officium ſic ergo lex illa diuidit inter eos debitum ex delicto deſcendens,quodammodo diſpenſatiuè & cùm talis diuiſio ſoleat alias induci,vt eſt ſuprà dictum,ita demum ſi alij ſint ſoluendo, non autem quando non ſunt ſoluendo igitur oneratur valens ſoluere ad ſoluendum partem alterius exiſtentis non ſoluendo Et ſic ex hoc ſecundo reſponſo infert Barto

3 notan † non valere conſuetudinem, vtpote contra ius & rationem, quòd ſi vnus ruſticus non ſit ſoluendo collectam, t d s collecta ſolida exigatur ab alijs ruſticis eiuſdem plebis vel oppidi & ſic teneantur ad partem quam alius, vel alij ruſtici, non poſſunt ſoluere Allegit Barto ad id legem vn im, C Vt nullus ex vica pro alie debi exigi lib 11 Quod intelligit Pau de Caſt hic per ea quæ idem Bart tradit,in l Semel,C de apo pub libro 10 ſed vltra Doctores hic addendum eſt,quòd Barto met in l Munerum,§ vlt ff de Mune & hono Alter in hoc puncto loquitur dicens, q imo talis conſuetudo, & pari ratione ſtatutũ idem diſponens valet,& iſtud magis placet Areti in l Cohæredi,§ Cohæres,ff de Vulga & pupi & fortè intentio Bart hic non fuit decidere, quòd talis conſuetudo, vel ſtatutum non valeat, prout expẽdit Are ibi,ſed voluit (vt eum s recitaui) quod ſit cõ tra iſtum non tamẽ propterea ſequitur,quòd ea ratione non valeat,quan quam reſtringi debeat, vtpote cõtra iſtud ius commune, vt notat Bald in l Cum lege,C de Epiſcopis & cle Sed Alex in addi Bar in eodem § fi põderat in contrariũ eandem l Vnam ibi, [*Naturali æquitati,*] vult Alexã quòd tale ſtatutum vel conſuetudo ſit cõtra naturalem æquitatem tamen quòd nõ id cenſeatur inualidum, vt tradit Bal in ſimili in l Si quis in tantam,colũ 2

4 C Vnde vi vbi dicit,† quòd ſtatutum quod punit patrem pro filio eſt cõtra omnem rationem, & æquitatem naturalem,& tamẽ valet de quo tradit gloſ ordi in rub C de decr decu libro 10 & idem Bald in l 1 C Ne filius pro pa Ad hoc videndus eſt Iaſ in ſimili, in l De quibus,nu 47 ff de ll adducens plura ſimilia, ex quibus poteſt decidi,an valeat prædictum conſuetudo,vel ſtatutum,quod vnus coniugum reſpectu lucrorum cõmunium teneatur pro delicto alterius & ibidem num 50 dicit ita intelligi debere deciſionem Barto hic,in quantum

Bb (prout

(prout idem Iaſ põderat) ſentit, quòd non valet conſuetudo, quòd vnus teneatur pro alio. Sed certè prout ſuprà dixi poſt Areti. Bar. to. hic non dicit hoc, imò neque ſentit. Tandem Iaſ. ibi concludit, tale ſtatutum vel cõſuetudinem valere ſubſiſtẽte aliqua cauſa, alias ſecùs: prout & ibi intelligit alias deciſiones ibi adductas in terminis conſimilibus. Sed vltra ſcribentes libet rimari, quonam modo Doctores volunt tale ſtatutum valere, quũ ſuperindictum quod prope eſt idem, ſuper quo tale ſtatutum diſponit, nõ valet, niſi ex principis autoritate, & præmiſſa cauſæ cognitione. l. Vni, C. de Superindicto, libro 11. vbi notant Bar. Luc. de Pen. Ange. & Ioã. de Pla. ad idem tex. in § Non aliter, in Auth. De col. at. 9. colla. videtur ergo neceſſaria principis autoritas, vel ſaltẽ confirmatio præmiſſa cauſæ cognitione, quam confirmationem vulgo dicunt in prætato ſtatuto conficiendo. Ad idem l. Placet, C. De excuſat. mune. l. his 10. & quod ibi notant Bar. Bal. Ioa. de Pla. & alij. Et hoc facit cõtra deuolutiones, quæ fiũt intra territoriũ huius ciuitatis Salmanticẽ inter oppida ipſius adinuicem, quæ vulgo ſermone Hiſpano nuncupantur [ſueltas] quas ſemper putaui nõ poſſe fieri, niſi oſtenderentur confirmatæ, vel factæ authoritate principali, præmiſſa cauſæ cognitione: niſi probet̃ immemorialis conſuetudo de his. Nam talis ac tanta temporis longinquitas habet vim conceſſionis & priuilegij, & ſupplet omnia alia requiſita. l. Hoc iure § Ductus aquæ, ff. de aqua quotidia. & æſti. c. Super quibuſdam, § Præterea, de Verbo ſignifi. Et per hæc ſit expeditum iſtud princi. in quo gl. nihil habent examinandum.

)(

*Summarium*

1 *Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata tantum, ſi plura fuerunt.*

2 *Iureconſultus multoties loquitur de ſe ipſo in tertia perſona.*

3 *Dictio, quæ, ex ſui natura diſiungit per plures ſpecies legatorum.*

4 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrãt ſeu præmittunt.*

5 *Ex ſeparatis non fit illatio.*

6 *Grauamen ſoluendi legata in codicillis relicta, ad omnes hæredes relatum, quãdo aliqui eorum fuerãt ſpeciatim in teſta. grauati ſimpliciter & indefinitè ad ſoluenda legata, reſtringitur ad omnes hæredes ſolummodo nominatos: non autem ſumitur vel intelligitur vniuerſaliter de omnibus dempto nullo.*

7 *Dictiones, Omnis, quicunq;, vnuſquiſq;, quilibet, ſui natura importãt vniuerſa. Latere tamen reſtringuntur de habilitate.*

8 *Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata.*

9 *Teſtator non præſumitur in dubio voluiſſe hæredem grauare duplici præſtatione.*

## § Qui plures.

QVi plures hæredẽs inſtituit teſtamẽto, à quibuſdam nominatim reliquit legata, poſtea codicillos ad oẽs hæredes ſcripſit. Quæro, quæ legata debeantur. Modeſtus reſpõdit, cũ manifeſtè teſtator teſtamento expreſſerit, à quibus hæredibus legata præſtari vellet, licèt codicillos ad oẽs ſcripſerit, apparet tamen ea, quæ codicillis dedit, ab his præſtanda eſſe, quos munere fungi debere teſtamẽto ſuo oſtendit teſtator.

INterpretatio ſummæ communis intelle. Bar. & Doct. eſt hæc. Generalis, ſeu indefinita diſpoſitio ſequens ad hæredes relata poſt diſpoſitionẽ ſpecialem præambulam quoſdam ex eis

ad

ſura & ſic ſiue legata fuerint facta eiſdem hęredibus repudiantibus, ſiue alijs quod patet Nam ſi de iure communi,quando prælegatarius eſt hæres inſtitutus pro parte, alio cohærede ipſius adeunte,poteſt conſequi legatum,repudiata per eum portione hæreditatis,in qua fuit inſtitutus, vt in dict l Qui filiabus,§ fin vbi Barto & Docto non conſiderant impugnationem voluntatis defuncti,ad reputandum hæredem repudiantem ſuã portionem indignum prælegatione ſibi relicta,quod expreſsè aſtruit Aretin in dict l Quæſitum, in princi ob eam cauſam,quia teſtamentum aditione alterius hæredis confirmatur Sic etiam pari ratione idem eſt dicẽdum de iure Reg per prædictam l primam de los teſtamentos, quum ꝑ eam hæreditas repudiata habetur, ac ſi eſſet adita per hæredem, quo ad cõfirmationem contentorum in teſtamento nam ea omnia illius l authoritate cenſentur cõfirmata etenim indignitas quæ manat ex impugnatione voluntatis defuncti,ꝓpter non aditionem ſeu repudiationem hæredis,ſuboritur propter odium ipſius repudiantis, qui videtur prębere cauſam inualidationi contẽtorum in teſtamento,quæ teſtator præcepit eſſe ctui mandari,effectumuè ſortiri Quæ ratio ceſſat hodie in hærede repudiante per dict l primã, quaten° tollerat eiuſmodi repudiationem & ea non obſtante,confirmat,& conualidat omnia in teſtamento contenta Et ſic non poteſt dici,quòd hæres impugnat voluntatem dęfuncti,ex quo illud facit lege illa permittente & omnia diſpoſita per teſtatorem permanent firma ex eiuſdem l authoritate, quæ proculdubio fundata eſt in publica vtilitate,quæ verſatur in teſtamentorum conſeruatione l Vel negare,ff Quemadmod teſtamen ape gl valde allegabilis,in l Gall°,§ Quid ſi is ꝟ de Liber & poſthu tex vbi not Bald in l ſecunda,C vt in poſſeſ lega Et licèt illam regulam reſtringat Iaſ in l Quod Seruius,ſecunda colum ff de condit ob cauſam, & in l Venia, C de in ius vocã quo ad inſtitutionẽ ſecùs dicens eſſe in legatis quem ſequitur Iacob.à Segura in releċt § Cũ filiæ l Cohæredi 21 char parua, col prima Tamen ambo falluntur quia tex eſt in oppoſitum,iuncta declaratione Paul de Caſt ibi, & coniuncta æquiparatione,quam tex ibi facit, de pupi ſubſtit ad legata,in l Ex duob°, § fina ff de Vulga & pupilla & gloſ ordin in l In teſtamentis,ff de Regu iuris quamuis Deci ibi eam non teneat tamen Iaſo & ipſe Deci nõ mouentur vrgente fundamẽto De qua re aliâs tradidi in relectione § à Filia l Cùm pater,ꝟ iſto titulo, in ſecunda difficultate Quicquid de hoc ſit, de iure communi,tamen ſatis eſt de intentione d legis ordin inquantum in defectum non ſubſiſtentis à principio inſtitutionis,vel ex poſt facto ꝑ repudiationem irritatę, ſuſtinet legata.& ſic vult ea ſortiri fauorem inſtitutionis ergo idem dicendum,exiſtẽte inſtitutione valida,cũ ratio diuerſitatis reddi non poſsit, nam ſemper legata manent in vim,& ſpeciem legatorum Et redeundo ad pręmiſſa ſi adhuc remanet obex ex verbis Pau de Caſtr ꝟ relatis, dum dixit inſtitutionem fieri irritam Reſpondetur,ꝗ hoc non conſiderat l ordi ex quo reſeruat talem hæreditatem repudiatã alijs ſucceſſoribus,& iubet reliqua alia in teſtamẽto contenta adimpleri neque ob id quod inſtitutio irritetur per repudiationem, lex illa impingit hæredi notam aliquam indignitatis reſpectu contentorum in teſtamẽto,ſed

Reſpõſio ad obſtaculum Pau de Caſtr

to,ſed ſolũmodo propter ipſius repudiationem habet eum pro excluſo ab hæreditate,& iubet reliqua in teſtamento contenta conſeruari & deberi legatarijs & fideicommiſſarijs ea quæ relicta ſunt eiſdem

De eadē re His tamen adnotandum, ꝙ etiam de iure cõmuni, vbi inquam non ſeruatur prædicta lex Ordin Si clauſula codicillaris reperiretur appoſita in teſtamento,vbi eſſet relictum prælegatum hęredi vnico, ſiue ſuo,ſiue extraneo,id eſt melioratio tertiæ partis bonorum filio,vel quintę extraneo,qui repudiaſſet hæreditatē in qua fuiſſet inſtitutus, prælegatum vel melioratio conualeſceret Ita reperio Bal firmantem ſingulariter, & limitantem eũdem § Quid ergo,& dicta per Dy & Bar in locis ſ allegatis,cõſi 328 ex ordiente, Quod dicta dña 4 volu & idē effectu ac re ipſa tenet Alex in d. § Veteres, etſi non fuerit Baldi memor in prædicto conſi ſuper gloſ ibi prout ſuperius retuli Ex cuius deciſionis ratione patet,† ꝙ vbi confirmatio 20 teſtamenti reſultat aliunde ꝗ ex hæredis vnici aditione,ſiue per clauſulã codicillarem,ſiue per repetitionem factam à teſtatore,à venientibus ab inteſtato , quæ ſunt eiuſdem effectus,etiam de iure cõmuni non reſultat aliqua impugnatio voluntatis defuncti ex hæredis repudiatione,& cõſeruatur prælegatum eidem hæredi factũ & ſic conducit valde ad ea quæ prædixi Quæ etiam cõprobantur in optimo ſimili videlicet,nam per Authen Ex cauſa,C de libe præte non ſolum conſeruatᷣ pupillaris ſubſtitutio,quando eſt præteritus alter filius ab eo cui fuit facta pupillaris ſubſtitutio Sed etiam quãdo ſubſtitutio fuit facta eidem filio præterito,vt colligitᷣ ex glo in l 2 ad fin ff de Vulga & pupil iuncta glo penul & ſi in fin quæ eſt magiſtralis cõcluſ Docto ſecũdũ Alex ibi 2 col ſic à ſimili in propoſito dicendum,&c Secũdò etiam iuxta præmiſſa aduerto,ꝙ ea quæ ſuperi adduxi,poſſunt declarari,ex l. Si optio,ff de Optio lega videlicet, quòd id quod ſ eſt concluſum,ꝙ vnico hæredi ſcripto,cui nõ debetur legitima & ſic ſuccedenti in patrimonio vniformi,non poteſt fieri prælegatũ aut melioratio,neque expreſsim,neq, tacitè,neq, reſpectu emolumenti, neq reſpectu grauaminis ei iniũgendi, vt ſ fuit concluſum ſed etiam ſi à principio habuit cohęredem qui poſtea deficiat,anteꝗ adeat,vt eſt ſingularis textus in ſimili in dict l Si optio, ſimili inquam ſumpto per oppoſitum,quę tex Aret cõmendat in alio tamen ꝑ poſito,in l 2 § Et harum,colũ 5 ff de Verbo oblig & eſt etiam bonus tex. in l Si tibi electio,§ 1 eodē titu argu. ſumpto per oppoſitum Et hæc tradita in iſto nota.artic ſufficiant, hucuſque per nullum(quem viderim) ſcribentium antiquorum vel recentiorũ,ita diſcuſſo Cui addenda ſunt aliqua,per me nouiſsimè tradita in relectione ſcholaſtica quam feci In l prima 2 fundamento concluſionis pro parte affirmatiua ſ de Acquir.hæred vbi inter alia recedo à deciſione Bal. ſ relata in prædicto conſil 328 ad ibi dicta me refero

Declaratio ad ſuperiora

Vltimò Barto inducit iſtum text. 21 † quòd valet petitio generalis, putà peto villam,vel etiam oppidum non autē valeret,ſi peteretur id quod eſſet in tali villa vel oppido quoniã talis petitio non ſolùm eſſet generalis, ſed etiam incerta,vt hic per eum De qua re,vide etiam eundem in l.1 in princ ff de Edend vbi etiam circa hoc multa tradunt Alexan & Iaſ & Maria in capit 1 de libel obla & vide tex in cap Cùm ad ſedem,in prin-

Dd ci de

cip de Reſtitu ſpolia in verſic coram quo, vbi Anto Abb & Ioan de Imo & Barto poſt Oldra alibi, in l Si ſic, vbi etiam Paulus de Caſt Ioan de Imo & Alexand de Legat primo, vide etiam Iaſo poſt Ioan Fab & Ioan de Pla in § Curare, penul charta, Inſtit de actio

Error intollerabilis Angeli de Peri

Vltra prædicta, redeundo ad quæſtionem gl quam ſuprà diſcuſsi ante notabilia, perpendi poteſt hîc error quidam intollerabilis, qui neque veniam, neque deprecationem admittit, Angeli de Perigl referentis alterum Ange antiquiorem de Peruſio, tenentiſq́, prædictam licentiam occupandi rem legatam propria authoritate non poſſe per defunctum in codicillis prǽſtari, in qua re ambo longè, lateq́ falluntur & (vt aliâs dici ſolet) toto errant cælo tum, quia contra iſtum tex tum etiam, quia cùm communis Doctorum ſententia ſit, quòd etiam tacitè & ex coniecturis colligi poteſt, voluntatem defuncti fuiſſe præſtandi præfatam licentiam legatario ergo voluntas etiam codicillaris, eſto quòd eſſet tacita, quǽ nõ eſt niſi expreſſa & ſolennis in ſua in quàm ſpecie, ſufficeret ad talem licentiam præſumendum interueniſſe Et quatenus idem Ange de Perigl hîc allegat Barto in l Centurio, ante finem, ſuprà de Vulga & pupil perperam illum allegat quia imò Bartol ibi nihil dicit ad hanc rem pertinens Nam nihil aliud ibi dicit, q̃ quod dicit l Scæuola, infià ad Treb videlicet, quòd verba directa poſita in codicillis obliquantur, vt ſi non valeant iure directo, tamen tranſeant in vim obliquorum & ſic diſpoſitio ſortiatur effectũ iure fideicommiſsi Sed illud obtinet, quando aliter non cõſtat de præſtatione eiuſmodi licentiæ ſpeciatim ſcilicet, aut per coniecturas, quam in codicillis præſtari poſſe, Barto non negat, neque potuiſſet inficiari, prout eſt hic textus expreſſus, iuncta concluſione gl in tertia lectura, quam dixi ſuperius approbari, & commendari per Doct Præterea, in hoc textu non conſtat teſtatorem deceſsiſſe teſtatum quin potius patet eundem deceſsiſſe non confecto teſtamento, & in voluntate codicillari, vel alia conſimili particulari, putà epiſtola, vel alia innominata (quanquam re vera nulla eſt voluntas particularis propriè loquendo, quæ eadem non ſit codicillaris l fina ff de iure codicil l vltima, verſi vltimo, C de codicil) reliquiſſe prælegata filio, & filiæ in dubio ſiquidẽ non præſumitur quis deceſsiſſe teſtatus l Si emancipati, vbi id notãt ex illa l In textualibus Iaſo & recentiores C de Collatio Et huic gloſ eſt etiam addendum, quòd eius concluſio, & materia trahitur etiam ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem vniuerſalem ſicq́, teſtator poteſt dare licentiam fideicommiſſario vniuerſali capiendi res fideicommiſsi ꝑpria authoritate & per contrarium ſi prætermiſſa licentia id faciat incidit in pœnam l Non eſt dubium, C de legatis, ſecundum Ange & Alex in l Paulus reſpon infrà ad Trebel Ante quos idem tenuit Bald conſilio 234 tertio volumine, vbi iſtud rectè declarat, quod conſiliũ inchoat, veritas eſt Ad quam rem videndus eſt Marianus Soci conſil 33 colum fina & quod ipſe ibi dicit ſuppleri debet ex relatione, quam de eo facit Lãzel Galiau in l Cẽturio, colũ 16 ſ de Vulga & pupil & vide Decium conſilio 243 & 418 & 476 & iſta ſufficiant in hoc §

Summa-

**Summarium.**

1 Reprobatur ſummaBart.quia nõ eſt uera in uno puncto ut ex infra dicendis apparebit

2 Qui adeſt confectioni alicui⁹ actus, ut teſtis, non præiudicat ſibi

3 Subſcribens ſe inſtrumento qui non eſt de contrahentibus ſemper dicit, quod ſubſcribit ſe ut teſtis

4 Fideicommiſſarius aſſiſtens ad diuiſionem rerũ ſubiectarum reſtitutioni fideicommiſſi inter heredes non infert ſibi præiudicium, quanuis fideicommiſſum eſſet pure ſibi relictum ſeu ſimpliciter

5 Legatario uel fideicommiſſario non eſt aliquod ius quæſitum ante diei ceſſionem in legatis uel fideicommiſſis tam particularibus q̃ uniuerſalibus

6 Abbas uel epiſcopus an poſſit repudiare legatum factum eccleſiæ, capitulo, uel monaſterio

§ Lucia

TEX iſte non diuiditur per Docto quia non videtur ferre commodũ diuiſionem ſummatur, vt per Barto cuius ſumma eſt tenenda,

1 † nam ſumma Paul de Caſtr. non eſt vera, in vno puncto, vt ex infrà dicẽdis apparebit

Ex hoc textu colligunt Doctores,

2 † quòd is qui adeſt confectioni alicuius actus, vt teſtis, non præiudicat ſibi Ad idem l Gaius Seius, ff de pigno actio Hinc inoleuit commu

3 nis practica, quæ habet, † quòd quando quis ſubſcribit ſe ĩſtrumento qui non erat de contrahentibus, ſemper dicit quòd ſubſcribit ſe vt teſtis dicẽdo extra ſubſcriptionem, [*Por teſtigo ò ſoy teſtigo* ] Quæ cautela eſt vtilis, quãdo talis ſubſcribens non fuiſſet in eadem ſcriptura nominatus vel rogatus adeſſe vt teſtis aliâs illa cautela eſſet ſuperabundans & inutilis Sed tamen ea quæ ſuperabundant non ſolent vitiare, neque actui officere, & bene eſt, vt quiſq, clarè, & expeditè faciat actum aliâs indifferentem, ex

*Communis practica*

quo poteſt ei impingi aliquid præiudicij, ſi obſcurè & generaliter cum ſe ciſſet, vt eſt in caſu, quando nihil fuit dictum, an rogaretur vt teſtis nec ne. Et ex ſupraſcripto notabili ſubnotari poteſt, quòd officium teſtis non debet eſſe cuique nociuum Ad idem facit l. Sed ſi quis ex ſignatoribus, ſuprà Quemadmodum teſta. aperi. [*Et ſit iniquum, &c* ] cum alijs concordan per glo ibi adductis. Ad idem vltra illas eſt textus not in l Cũ quædam mulier, C de Adminiſ. tut cum glo vltima, vnde idem notat Salice. & commendat cum alijs duobus notabilibus, ex eodem tex. per eum eliciti, dicens facere pro deciſione Innoc in cap Inter dilectos, in gloſ. Sed nõne, de Fide inſtru vbi Innocen producit iſtud notabile, adiudicãs ex neceſſitate officij aliquid agentem, & ad alium quenuis officialem exercentem officium neceſſarium nam eiuſmodi officialibus non eſt inferendũ aliquod præiudicium ob ea quæ gerunt in officio Ad quod eſt bon tex, in capit Suborta, ad fin de ſenten & re iudic vbi tamen idem Innocen non videtur ita bene loqui prout in dicto cap. Inter dilectos. Et hęc, vt ſuprà eſt dictum, procedunt in officio neceſſario exercendo, vt eſt officiũ teſtis, notarij, iudicis. Et vide alia quæ in iſtud propoſitum tradit And. Tiraquel tam deciſiuè, quàm remiſſiuè, in opere retractus char 71 nume. 140. quem vide in nume præcedenti, dicentem vnum notabile quod Bal poſuit conſil 102 col 1 verſi Præterea regula, lib 2 & ibi meminit Bal de dicta l Cùm quædam mulier, quod facit optimè ad ll iſtius reg. requirentes interuentum licentię viri in contractu per vxorem celebrando, vt ſi vir præſtet talem licentiam, nihil ei præiudicet quin poſſit vti iure ſuo, pri

*No. adll Regni requirentes interuentũ licẽtiæ uiri in contractũ p vxorẽ celebrando*



pri

prio, ſi quod ſibi competit in re, vel ad rem, quę in illo cõtractu deuenit Et vide eũdem Tiraquel ꝟ num 157 vbi etiam loquitur de ſubſcriptione, & item de ſigillo, & tradit de eo plures remiſsiones Secùs autem eſt (vt ad præmiſſa reuertam) in officio voluntario, putà aduocationis, vel procurationis l vltim cum glo 1 de inoſficio teſtamẽ & in l Poſt legatum, § Is verò, ff de his quib vt indign cum glo ibi Quod videtur intelligẽdum niſi aduocatus, vel procurator, ex aliqua iuſta & probabili cauſa fuiſſet coactus per iudicem ſubire aduocationem in illa lite, vel cauſa Tunc enim eo reſpectu id officium cẽſeretur neceſſarium, vt in caſu l Prouidendum, et ſi C de Poſtulan Quo caſu cautũ eſſet id in conteſtationem deducere ſiue proteſtari ad tollendam dubitationis anſam Et vt ſuprà tetigi prædictum notabile procedit etiã ſi teſtis ſubſcripſiſſet, & inſuper ſigillaſſet vt teſtis, etſi ſciebat ius ſibi competere quia non ob id ſibi præiudicat, ſecũdum Pau de Caſt hic, cuius non meminit Andr Tiraquel vbi ſ quia videtur facere potius animo teſtificandi quàm conſentiendi actui ſuper quo ſubſcribit, & ſignat, & tanquã teſtis non poterat actum impedire per ſuã contradictionem ſolam Quod maximè attenditur in hoc propoſito ſecũdum Alber (cuius etiam non meminit Tiraquel vbi ſ) in l Gaius Seius, col 2 ff de Pigno actio vbi ita tẽperat iſtam communem ſentẽtiam quæ ex illo tex & iſto deducitur, vt ꝓcedat, quando talis actus eſt eius naturæ, ꝙ ſola contradictione teſtis non poſſet impediri aliàs ſecùs, per l fideiuſſor § Pater, ff de Pigno per quem exemplificat prędictam moderationem & ibi allegat iſtum tex ad ſecundum membrum quod ibi ponit diſtinctionis, quod eſt idem cum prædicta cõmuni concluſione, de qua hucuſque tradidimus Sed certè illa reſolutio fuit glo ordinariæ ibi, id eſt, in di § Pater, & in dic l Gaius, quas vtrobique ſequitur Barto remittens ſe ad id quod tradit in l Quæ dotis Solut matr Vbi idem tenet colum fina in in verſi Aut talis actus & tradit ibi Iaſo adducens nõnulla in propoſito nume 76 cum 3 ſequen & ibi remittit ſe ad inferius dicenda per eum videatur quum libuerit Si autem (vt ad præmiſſa regrediar), is cuius intereſt actum non fuiſſe confectum, vtpotè ipſi præiudicialem, nõ interfuiſſet vt teſtis, neque vt notarius, dic breuiter prout ipſe Paul de Ca hîc diſtinguit, quem vide ex cuius verbis apparet, magnam partem gloſ hic tranſgredi terminos iſtius textus, quia omnia fermè in ea tradita procedũt in hoc vltimo caſu Quam materiam latiùs & opulentius tractat Barto in dicta l. Quæ dotis, in allegata colum fin vbi Alexan. colum fin & Iaſ. in locis vbi ſuprà citatis & nonnulla circa hanc rem tradunt Alexan Aret & Iaſo, per illum text in l Si ita ſtipulatus fuero ſi Titius, § Griſogonus, ff de Verb. obligat de eo qui ſcribit, vel ſe ſubſcribit non tãquàm teſtis Ad hoc eſt etiam videndus Barto in l Emptor, § Lucius, ff de Pactis, vbi Paul de Caſtro, Alexand & Iaſo poſt eum, & plura de ſubſcriptione tradit Lucas de Pen in l Nulli, § Omnia, C de Nume & actio libr 12 & de eadem vide Matth de Afflict deci Neapol 166 nume 7 & deci 346 nume 13 14 itẽ deci 146 Et hæc de primo notabili.

*De eadẽ re.*

4 Secundò notandum eſt, † per aſsiſtentiam fideicommiſſarij ad diuiſionem rerum ſubiectarum reſtitutioni fideicommiſsi inter hæredes non infertur ſibi præiudicium quamuis (quod

(quod eſt fortius) fideicommiſſum eſſet purè ſibi relictum, ſeu ſimpliciter. Nam iſte tex loquitur de fideicommiſſo purè relicto, vt probatur efficaciter ex litera ibi, [*Perſequutionem acquiſitam.*] iuncta l Actio in perſonã, ff de actio & obligatio neque enim actio realis, imò neque perſonalis cõpeteret fideicommiſſario, ſi fideicõmiſſum fuiſſet cõditionale etſi oppoſitum & perperam (de quo haud deſino mirari) teneãt hic Albe & Paul de Caſt poſt Pe Docto antiquum in ſolutione contrarij per gloſ hîc ſignati, † cùm ante diei ceſsionem in legatis & fideicommiſsis tam particularibus quàm vniuerſalibus, nõdum eſt ius aliquod quæſitum ipſi legatario, vel fideicõmiſſario l Vna, § Sin autem aliquid ſub conditione, in primo reſpon. ibi, [*Vt tunc cedat, &c*] cum alijs iuribus concordan C de Cadu tollen & nota gloſ ſuper eadem l §. Et cum triplici, in parte cedere Et in quantum text hîc dicit, neque repudiari quidem poteſt, quo text fortè illi Docto innixi ſunt ad id quod prędixi in contrarium tenendum Dici poteſt, prout glo dicit in vltima ſolutione, quòd fideicommiſſum iam fuerat acceptatum per dominũ ſerui Vel poteſt dici, quòd ſenſus text in illis verbis ſit, vt propter præſentiam & taciturnitatem domini, eiuſdemque fideicommiſſarij ſecundarij (vt ſic eũ appellem) non amittitur fideicommiſſum ſeruo relictum Nam cùm ipſa præſentia ſit ad effectum teſtificandi, pro vno vel contra vnũ ex collitigantibus, non debet operari effectum conſentiendi, in propriũ ipſius præiudicium Argumento l Legata inutiliter, ſuprà titulo primo Sicque vult text dicere, quòd tale fideicommiſſum non poteſt eo modo, id eſt tacitè repudiari quando inquam taciturnitas concurrit cum præſentia adhibita ad finem teſtificandi & ſic propter talem concurſum patet per talem præſentiam nõ videri conſenſiſſe Et iſtud eſt quod voluit propriè glo hîc in prima & ſecunda ſolutione, & videtur verus intellectus Non ergo abs re Doctores tranſeunt cum ſolutionibus gloſſæ Vel tertiò vltra gloſſ & Docto. poſſet attentari, quod lex Legatum ſuprà titulo primo, intelligatur de repudiatione expreſſa ſed iſte text de tacita, id eſt ficta vel præſumpta, quæ reſultaret ex aſsiſtentia, & patientia cum taciturnitate, ſi iſte dominus non aſtitiſſet, vt teſtis & ſic non cõſtito quòd aſtiterit pro ſuo intereſſe. & ſic poſſet in via diſputatiua teneri, quòd dominus non poſſet repudiare legatum ſeruo factum, per tacitam repudiationem, quia illa lex Legatum videtur ſeſe retuliſſe ad veram & expreſſam repudiationem cumque materia iſta repudiationis ſit odioſa, vt potè præiudicialis domino, non videtur extendenda ad titulum perditiuum, vel diſsipatiuum tacitè, id eſt fictę vel præſumptę repudiationis Argumento l Ius ſingulare, & l Quod verò contra, ff de legibus, iuncta l tertia, § Hæc verba, ff de Negot geſtis, cum alijs Quod ſi verum eſt, poſſet eſſe valde notab ad quæſtionem ventilatam per Alexand & Iaſ. poſt alios Doctores in dicta l Legatũ, & in l Pupillorum, C de repe hære † An Epiſco aut Abbas poſsit repudiare legatum factum eccleſiæ, capitulo, vel monaſterio quia tenendo illam opinionem affirmatiuam quòd poſsit, deberet intelligi expreſſè, non autem tacitè, id eſt ex actibus inferentibus tacitam repudiationem

Vltra gloſ. & Docto.

tionem Deliberandum erit de hoc. Et per iſta redduntur etiam expeditę gloſſæ iſtius §. ſaltē re ipſa & quo ad effectum, vna cum remiſsionib' opportunis

*Summarium.*

1 *Profeſſoribus linguæ latinæ & ipſi Nebriſſenſi latuit uulgarizatio dictionis, penes*

2 *Ioan de Imol ſignat hic alium intellectum*

3 *Verba enuntiatiua de præterito principaliter emiſſa propter ſe inducere diſpoſitionem, debet intelligi quando fuerunt emiſſa a ſciente item ſuper falſo, nam ſi ſuper uero emittantur, nullam inducunt diſpoſitionem.*

4 *Verba quælibet diſpoſitiua ſi ſint ſubiecta poſt expreſſionē cauſæ præcedentis, intelliguntur & determinantur ſecundum eiuſmodi cauſam præcedētē*

5 *Clauſula acceſſoria, non auget ſeu ampliat diſpoſitionem principalem.*

6 *Clauſula præcedens eſt potentior ſeu ualidior ut terminationem ſeparatis, & magis ex illa [illegible] quam è contra ſi ſequens ad determinationem præcedentis.*

§. Gaius Seius

Summatur iſte textus, vno modo per Bartolū, poſt Dyn. ſed aliter & exactius perfectiuſque ſummatur, per Paul de Caſtr. hoc modo Verba enunciatiua eius quod eſt in veritate, licet ſint emiſſa propter ſe principaliter, non tamen inducunt diſpoſitionem, ſed ſolam veritatis enū ciationem. Item verba enunciatiua emiſſa per modum cauſæ ſecundum illam intelliguntur, ſeu determinantur H. D. ſecundum Pau de Caſ.

Intellectus gloſ. Dyn. Bart Alber & Pauli de Caſtr ad iſtum textum in effectu & re ipſa facit vim inter penes & apud in textu poſitas, & eſt in ſe verus ſed quia eſt nimium ſcrupuloſus in teſtamētis quę conficiuntur idiomate vulgari Hiſpano, cùm præfatæ dictiones non poſsint exactè vulgarizari, neque à Iuriſperitis Hiſpanis, † neq, à linguę latinę profeſ- 1
ſoribus nam & ipſum Nebriſſenſem latuit vulgarizatio dictionis, penes, mimirum quia Grammatici nō percipiunt diſsidium quod iura conſtituunt inter dominium & poſſeſsionem & ſimplicem detentationem
2 † Ideoque alius ſignatur intellectus per Ioan de Imo hic ſecundùm quē differentia inter vnum caſum iſtius tex & alium ſtat in hoc, An teſtator expreſsim tradidiſſet res proprias vxori per viam contractus ſcilicet, de poſiti vel commodati, vel præcarij & iſto caſu per verba de quibus hîc induceretur liberatio à moleſtia, quā hæres poſſet inferre vxori ipſius teſtatoris An verò hoc ceſſaſſet, vt qa res illæ ſolum erant tranſlatę eodem pretextu vel iiſdem prætextibus in domum vxoris ſed ſimpliciter Sicq́, erant ibi iure familiaritatis, iuxta l Communis ſeruus, cum ſequent ff de Acquirenda poſſeſ quo caſu cum vxor non teneatur, neque poſsit moleſtari talium rerum pręte[x]tu non videtur ſibi legata liberatiō per verba enuntiatiua de quibus in iſto tex tu. Sed iſte intellectus Ioan de Imo patitur difficultatem, quum negari non poſsit quin vxor remaneat in detentatione talium rerum, & poſſit moleſtari in iure, ſeu in iudicio per rei vendicationem aduerſus eam intentandam ab hæredibus mariti l. Officium, ad finem ff de rei vend. Et quanuis eaſdem res poſsit pro dote retinere, vt notat Bal in l vltim C Quo lega. Nihilomin' ſaltē de facto poteſt moleſtari adhuc, quæ moleſtia de facto eſt etiam in conſideratione

Difficultas ad intellectū Ioan. de Imo

tione l Minor 25 ann ſubuenitur, ff de Minor præſertim ſi de manu 4 mariti eas res non accepiſſet Præter ea iſte intellect Ioannis de Imo pro cederet duntaxat eo caſu, quando il la verba adijcerentur, ne moleſtaretur, &c non autem eis ceſſantibus, vnde pro minus periculoſo tenendus videtur intellect gloſ Barto & Pau de Caſtr licèt vt in princip dixi difficulter poſsit practicari, ſecundum idioma Hiſpanum, illa differentia in ter prædictas dictiones apud & penes Ex quo intellect gloſſ & Doctorum habes ſecundùm eundem Paul de Caſt notab declarationem ad l Ex hac ſcriptura, ff de donatio cum vniuerſa materia verborum enũtiatiuorum videlicet, quòd iura vnà cum declarationibus Doctorum di-
3 centia, † verba enuntiatiua de præterito principaliter emiſſa propter ſe inducere diſpoſitionem, intelligi debeant, quando fuerunt emiſſa à ſci ente, item ſuper falſo nam ſi ſuper vero emitterentur, nullam inducerent diſpoſitionem, vt probatur notabiliter ex hoc text ſecundum Paul Ratio eſt prompta, quia cum eo caſu in ducant declarationem eius quod eſt, & declarans nihil agat, neque diſponat l Vnum ex familia § primo, infrà iſto titul & in l Hæredes palàm, § Sed ſi notã, & § Si quid poſt, cũ glo ſuprà, de Teſtamen & l Pater ex prouincia, ad finem, infrà de Manumiſſ vind igitur, &c Et vt inquit hìc eleganter Rapha Cuma iſta verba in caſu huius § videntur emiſſa ad tollendam ſuſpicionem contra vxorem cùm ſint vera & teſtator videtur emiſiſſe illa, ne vxor non iure moleſtaretur

Secundò ex hoc textu colligitur vt tangit Paul de Caſtr hìc in ſumma etſi corruptè loquatur, vt ex verbis Bart apparet quòd, † verba quantumlibet diſpoſitiua, ſi ſint ſubiecta poſt expreſsionem cauſæ præcedentis, intelliguntur & determinantur ſecundùm eiuſmodi cauſam præcedentem Nam in præſentiarum verba illa, [*Inquietari nolo,*] ſunt diſpoſitiua, vt inquit Barto & tamen non diſponunt, quia ſunt poſita ad determinationem præcedentium, ſiue eorundem declarationem dum dicit litera, ideoque eam hoc nomine, id eſt, hac ratione inquietari nolo. Sicque vltra Paul de Caſtr. videtur text. iſte
5 probare, † quòd clauſula acceſſoria non auget ſeu ampliat diſpoſitionẽ principalem, vel quòd talis clauſula reſtringitur ad caſum principalis diſpoſitionis, vel talis clauſula reſpiciens exequutionem diſpoſitionis non habet eam alterare Quæ omnia notabilia tendunt in eundem ſcopum, & probantur apertè ex hac litera, quanuis ad ea non conſueuit allegari, ſed ſolet allegari text in Clemen. prima, de Præbend ad finem, & illum commendat Aretinus in l Ex pupillari, ff de Vulga. & pupilla. quòd clauſulæ acceſſoriæ non amplificant gratiam, addit ipſe, tamen declarant verba ambigua ipſius gratiæ Quòd etiam videtur probare hic text rectè inſpectus, & illum eundem text in idem commendat Iaſo in l Qui Romæ, § Duo fratres 15 colum ff de Verbor. obligat & in l Non dubium, colum. tertia, C de ll & Felin vbi fuſius de hac re tradit in capit Licèt, colum 3 de offic ordin. Quam concluſionem ante hos Docto per illum text etſi corruptè eum alleget, reperio tenere Bald in l Precibus, colum 9 C de Impuber & alijs, & in l Eam quam, chart. penul. C de Fideicõmiſ. in ver-

tionem Deliberandum erit de hoc
Et per iſta redduntur etiam expedi-
tę gloſſæ iſtius § ſaltē re ipſa & quo
ad effectum, vna cum remiſsionib⁹
opporeunis

*Summarium.*

1 *P Roſeſſoribus linguę latinæ & ipſi Nebriſſenſi latuit uulgarizatio dictionis, penes*

2 *Ioan de Imol ſignat hic alium intellectum*

3 *Verba enuntiatiua de præterito principaliter emiſſa propter ſe inducere diſpoſitionem, debet intelligi quando fuerunt emiſſa a ſciente item ſuper falſo, nam ſi ſuper uero emittantur, nullam inducunt diſpoſitionem*

4 *Verba quæcunlibet diſpoſitiua, ſi ſint ſubiecta poſt expreſsionē cauſæ præcedentis, intelliguntur & determinantur ſecundum eiuſmodi cauſam præcedētē*

5 *Clauſula acceſſoria, non auget ſeu ampliat diſpoſitionem principalem*

6 *Clauſula præcedens eſt potentior ſeu ualidior ad terminationem ſequentis, & magis influit in illam, quàm è contra ſit ſequens ad determinationem præcedentis.*

§ Gaius Seius.

S Vummatur iſte textus, vno modo per Bartolũ, poſt Dyn ſed aliter & exactius perfectiusque ſummatur, per Paul de Caſtr hoc modo Verba enuntiatiua eius quod eſt in veritate, licèt ſint emiſſa propter ſe principaliter, non tamen inducunt diſpoſitionem, ſed ſolam veritatis enũtiationem Item verba enuntiatiua emiſſa per modum cauſæ ſecundùm illam intelliguntur, ſeu determinantur H D ſecundùm Pau de Caſ

Intellectus gloſ Dyn Bart Alber & Pauli de Caſtr. ad iſtum textum in effectu & re ipſa facit vim inter penes & apud in textu poſitas, & eſt in ſe verus ſed quia eſt nimium ſcrupuloſus in teſtamētis quę conficiuntur idiomate vulgari Hiſpano, cùm præfatæ dictiones non poſsint exactè vulgarizari, neque à Iuriſperitis
1 Hiſpanis, †neq, à linguę latinę profeſſoribus nam & ipſum Nebriſſenſem latuit vulgarizatio dictionis, penes, nimirum quia Grammatici nō percipiunt diſsidium quod iura conſtituunt inter dominium & poſſeſsionem & ſimplicem detentationem
2 † Ideoque alius ſignatur intellectus per Ioan de Imo hìc ſecundùm quē differentia inter vnum caſum iſtius tex & alium ſtat in hoc, An teſtator expreſsim tradidiſſet res proprias vxori per viam contractus ſcilicet, depoſiti vel commodati, vel præcarij & iſto caſu per verba de quibus hìc induceretur liberatio à moleſtia, quā hæres poſſet inferre vxori ipſius teſtatoris An verò hoc ceſſaſſet, vt qa res illæ ſolum erant tranſlatę eodem prętextu vel iiſdem prætextibus in domum vxoris ſed ſimpliciter Sicq, erant ibi iure familiaritatis, iuxta l Communis ſeruus, cum ſequent ff de Acquirenda poſſeſ quo caſu cum vxor non teneatur, neque poſsit moleſtari talium rerum prętextu non videtur ſibi legata liberatiō per verba enuntiatiua de quibus in iſto textu Sed iſte intellectus Ioan de Imo patitur difficultatem, quum negari non poſsit quin vxor remaneat in detentatione talium rerum, & poſſit moleſtari in iure, ſeu in iudicio per rei vendicationem aduerſus eam intentandam ab hæredibus mariti l Officium, ad finem ff de rei vend Et quamuis eaſdem res poſsit pro dote retinere, vt notat Bal in l vltim C Quo lega Nihilomin⁹ ſaltē de facto poteſt moleſtari adhuc, quæ moleſtia de facto eſt etiam in conſideratione

Difficultas ad intellectũ Ioan de Imo

tione l Minor 25 ann ſubuenitur, ff de Minor præſertim ſi de manu mariti eas res non accepiſſet Præter ea iſte intellect Ioannis de Imo procederet duntaxat eo caſu, quando illa verba adijcerentur, ne moleſtaretur, &c non autem eis ceſſantibus, vnde pro minus periculoſo tenendus videtur intellect gloſ Barto & Pau de Caſtr licèt vt in princip dixi difficulter poſsit practicari, ſecundum idioma Hiſpanum, illa differentia inter prædictas dictiones apud & penes Ex quo intellect gloſſ & Doctorum habes ſecundùm eundem Paul de Caſt notab declarationem ad l Ex hac ſcriptura, ff de donatio cum vniuerſa materia verborum enũtiatiuorum videlicet, quòd iura vnà cum declarationibus Doctorum di-
3 centia, † verba enuntiatiua de præterito principaliter emiſſa propter ſe inducere diſpoſitionem, intelligi debeant, quando fuerunt emiſſa à ſciente, item ſuper falſo nam ſi ſuper vero emitterentur, nullam inducerent diſpoſitionem, vt probatur notabiliter ex hoc text ſecundum Paul Ratio eſt prompta, quia cum eo caſu inducant declarationem eius quod eſt, & declarans nihil agat, neque diſponat l Vnum ex familia § primo, infrà iſto titul & in l Hæredes palàm, § Sed ſi notã, & § Si quid poſt, cũ glo ſuprà, de Teſtamen & l Pater ex prouincia, ad finem, infrà de Manumiſſ. vind igitur, &c Et vt inquit hîc eleganter Rapha Cuma iſta verba in caſu huius § videntur emiſſa ad tollendam ſuſpicionem contra vxorem cùm ſint vera & teſtator videtur emiſiſſe illa, ne vxor non iure moleſtaretur

Secundò ex hoc textu colligitur vt tangit Paul de Caſtr hîc in ſumma etſi corruptè loquatur, vt ex ver-
4 bis Bart apparet quòd, † verba quantumlibet diſpoſitiua, ſi ſint ſubiecta poſt expreſsionem cauſæ præcedentis, intelliguntur & determinantur ſecundùm eiuſmodi cauſam præcedentem Nam in præſentiarum verba illa, [*Inquietari nolo,*] ſunt diſpoſitiua, vt inquit Barto & tamen non diſponunt, quia ſunt poſita ad determinationem præcedentium, ſiue eorundem declarationem dum dicit litera, ideoque eam hoc nomine, id eſt, l ac ratione inquietari nolo, Sicque vltra Paul de Caſtr. videtur text. iſte
5 probare, † quòd clauſula acceſſoria non auget ſeu ampliat diſpoſitionẽ principalem, vel quòd talis clauſula reſtringitur ad caſum principalis diſpoſitionis, vel talis clauſula reſpiciens exequutionem diſpoſitionis non habet eam alterare Quæ omnia notabilia tendunt in eundem ſcopum, & probantur apertè ex hac litera, quanuis ad ea non conſueuit allegari, ſed ſolet allegari text in Clemen. prima, de Præbend ad finem, & illum commendat Aretinus in l. Ex pupillari, ff de Vulga. & pupilla. quòd clauſulæ acceſſoriæ non amplificant gratiam, addit ipſe, tamen declarant verba ambigua ipſius gratiæ Quòd etiam videtur probare hic text rectè inſpectus, & illum eundem text in idem commendat Iaſo in l Qui Romæ, § Duo fratres. 15. colum ff. de Verbor. obligat & in l Non dubium, colum. tertia, C de ll & Felin vbi fuſius de hac re tradit in capit Licèt, colum 3 de offic ordin. Quam concluſionem ante hos Docto per illum text etſi corruptè eum alleget, reperio tenere Bald in l Precibus, colum 9 C de Impuber & alijs, & in l Eam quam, chart penul. C de Fideicõmiſſ. in ver-

ſicu Sed pone De qua clauſula tangit etiam Lanzel Galiu in repe l Cẽturio, colum 78 ſuprà de Vulga & pupilla ſic ad rem noſtram iſtud adaptando, ſi iſta verba diſpoſitiua in hoc textu poſita ſcilicet, inquietari nolo, diſpoſitionem inducerent, extenderentur per ea verba enuntiatiua præcedentia ad caſum vbi teſtator dixiſſet nullas res eſſe penes vxorem, vt ſic cenſerentur ſibi legatæ, quod tamen text iſte tollit, dum in tali caſu decidit res non videri legatas, eo quòd teſtator verum enuntiauerit, vt eſt iam dictum

6 Ex q̃b⁹ etiam deduci poteſt, †quòd potentior ſeu validior eſt clauſula præcedens ad determinationem ſequentis, & magis influit in illam, q̃ècontra ſit ſequens ad determinationem præcedentis quæ fuit doctrina Barto in l Auia, in princip infrà de Conditio & demonſtrat & in l Quiſquis, per text illum cum glo infrà titu, primo, de legatis tertio, & tradit Iaſo in l Si is qui pro emptore, nu 45. cũ ſequent infrà de vſucapio

Veruntamen ſi iſte text bene expendatur, non probat hoc quia hîc clauſula poſterior non fuit ſimplex, quo caſu Barto in præfatis locis loquitur ſed fuit relatiua prioris clauſulæ, ſeu ad priorem clauſulam, dum dicit hoc nomine Prædicta tamen doctrina Barto eſt communis Doctorum, & eam approbant vbicunque de ea meminerint, & eam cõmendat Matthæ de Mateſella. nume 151 & multas remiſsiones ad eam congerit Andr Tiraquel in Tracta retractus, fol 124 num 25 26 vbi videndus eſt. Cui adde Bald idem tenentem conſilio 347 ad finem 5 volum quæ eſt celebris théorica, qua ſæpe Doctores vtuntur & iuuantur ad multa Vide etiam ad eam Nico Euerar in locis lega loco à generalitate ante finem Et ad id quod eſt prædictum de clauſula acceſſoria, videndus eſt Deci cõſilio 423 numer 9 & conſilio 373 nume 14 & cõſi 500 nu 90 vbi oĩno videatur, q͞a notãter & vtiliter loquitᷣ in p̃dictę clauſulę acceſſorię ꝓpoſito

Glo in parte, penes, ponit intellec ad tex quem ſuprà tenui Deinde decidit vnum, cum quo tranſeunt Docto de qua re tradit Albe Et circa gl ſequentem dic, vt per Paul qui breuiter ac notanter diſtinguit Sed quatenus idem Paul excuſat gloſ finalẽ in ſolutione quam præſtat ad § Falsã & ad l Qui vxori quam tamen Bart reprehendit Inquantum ergo Pau. dicit in prędicta ſaluatione, quòd vbi in caſu huius text exprimerentur illæ res tranſlatæ, licèt non vigore verborum enuntiatiuorum, tamen vigore verborum diſpoſitiuorum illorum ſcilicet, nolo vxorem in illis rebus inquietari, cenſeretur legatum factum vxori de hiſce rebus, non videtur procedere ſaluatio prædicta Paul de Caſtr Quia (vt ſuprà eſt dictum) quando vtraque clauſula, principalis videlicet & acceſſoria, iungitur ad eandem, vt eſt in caſu iſtius text ſecunda clauſula, licèt ſit diſpoſitiua, tamen quia eſt appoſita acceſſoriè ad executionem clauſulę pręcedentis debet regulari ab illa, prout vltra eundem Paul de Caſt. dixi ſuprà Sicque potius videtur tenendum indiſtinctè prout Barto tenet, quòd in caſu iſtius text ſiue res exprimantur in genere, ſiue in ſpecie, nunquàm inducitur diſpoſitio quia ratio potiſſima, quæ tangitur per gloſ quam Barto ſequitur, & declarat Paul de Caſtr eſt, quia iſta ſunt verba declaratiua veritatis de præſenti, & non poſſunt

poſſunt diſponere aliquid. Quæ ratio locum habet vtroque caſu, ſiue res in genere, ſiue in ſpecie exprimã tur Et ita eſt tenendum quanuis Raphael Cuma velit tenere gloſ indiſtinctè, ſed non rectè, vt ex prædictis apparet

*Summarium.*

1 *TActum per perſonam repræſentantem, ceſetur factum per perſonam repræſentatam.*

2 *Alimenta relicta uxori quandiu ſteterit in domo cum filijs, ſi tutores impediant eam morari cum prædictis filijs nihilominus debentur et alimenta legata ſi tamen proteſtauit uel reclamauit contra impedientes*

3 *Prohibitus donare, non prohibetur remittere ius quærendum ſed non quæſitum*

4 *Pupillus habet regreſſum ut ſibi dãnũ reſarciatur cõtra tutore præbentem cauſam damni illati pupillo.*

5 *Prælatus, qui paſſus eſt præſcriptionem labi contra eccleſiam, poteſt agi pro parte eccleſiæ ad æſtimationem damni contra eum*

6 *Exiſtimatio uehemens, uel credulitas, & ueriſimilitudo iuſta de aliqua certitudine illius intereſſe, uel utilitatis ceſſantis conſideratur*

7 *Impediens aliquem etiam iuſtè percipere aliquã commoditatem tenetur ad reſarciendum illi tale intereſſe.*

8 *Impediens aliquem iniuſtè percipere aliquam commoditatem re, uel ſpe, certam, uel uehementi opinione per iuſtam ueriſimilitudinem ad illum pertinentem, etiam ſi ad illam non habuerit actionem, poteſt ab eo qui perdit talem commoditatem conueniri, ut eam ſibi reſarciat*

9 *Impediens ne alius aliquam utilitatem conſequatur, ad quam non competebat ſibi aliqua actio de præſenti, neq; in ſpe certa & infallibili ſperabatur ſibi competere, tunc non tenetur ad reſarciendum ſi tamen impediens per factũ iuſtũ id agebat*

10 *Impedientis factum, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum, aliquem capere aliquam commoditatem omnino incertam, & pendentem in ſpe de futuro fallibili non obligat eum ad reſarciendum.*

11 *Verba illa, Ea conditione ut, quæ quotidie ponuntur tam in diſpoſitionibus ultimis, quam inter uiuos, importãt conditionem, non autem modum cõtrarium tamen eſt uerius*

12 *Verbum, conditio, prolatum per teſtatorem non inducit conditionem, quando per alia uerba appareret non eſſe conditionem, ſed modum.*

13 *Rapha Cu expendit hunc tex. contra Bar hic, in l Iulianus ait, ff de Condi & demonſt*

14 *Tutor principaliter datur perſonæ pupilli, ſecundario rebus ipſius*

## § Si ei conditione.

SI ea conditione liberto fideicõmiſſum relictũ eſt, ne à filijs ei recederet & per tutores factum eſt, quominus conditionem impleret, iniquũ eſt eum, cùm ſit inculpatus, fideicõmiſſi emolumẽto carere.

EPithome crebrior eſt, Si p teſtatorem ſtat quominus impleatur conditio in perſonam pupilli, habetur pro impleta ad cõmodum debentis eam implere H D apud omnes,

Ex hoc tex primo notandum eſt,
1 † quòd factum p perſonã repræſentãtem, cenſetur factum per perſonam repręſentatã, ſecundùm Bald in ſummario poſt Dy & Ioan de Imol poſt vtrunque Sicq; quẽadmodum ſi iſte libertus eſſet impeditus ſtare cum filijs teſtatoris per eoſdẽmet filios, huiuſmodi impedimentum non noceret ſibi quo ad legatum conſequendum, quaſi habita conditione pro impleta ſic etiã neq; vbi fuit impeditus per tutorẽ eorũdem Et ſic eſt argu immò caſus ſecundùm Bald † q; teſta-
2 tor reliquerit vxori alimẽta, q̃diu ſteterit in domo cum filijs, & tutores impediant eam morari cum prædictis filijs nihilominus debeat habere legatum, ſecundũ eum Eſt tamen vltra ipſum aduertẽdum, quòd

in caſu iſtius textus & prædictæ deciſionis Bald & Doctorum eum ſequentium, ille qui eſſet eiuſmodi impeditus, teneretur facere diligentiam in reclamando & proteſtando contra talem impedientẽ, vt deſiſtat ab impedimento Textus eſt notab quo ita tenet ibi Barto in l Quibus diebus, in princip ff de Cõditioni & demonſtrat vbi ait Barto q quando quis allegat ſe impeditum fuiſſe, poteſt aduerſus eum opponi, quòd cõtra tale impedimentum potuit reclamare, & non fecit & ſic tenetur oſtendere ſe feciſſe debitas diligentias circa eandem rem Quod valde commẽdat Iaſ in l Qui in aliena, § vltimo, colum 4 ff de Acquirẽ hęredit & in l Properandum, § Sin autem vtraque, C de Iudic & in l ſecũdi, § Quod dixim*, ff Si quis cautio Et ita (vt dixi) eſt intelligẽdus & ſupplendus iſte textus, & prædicta deciſio Bald moti per eum Quam deciſio Bald ſequuntur ſimpliciter Ioan de Imo & Ang de Perigl hic, etſi prędictam declarationem ſuppletiuam non ponant Ex prædicto notabili, ſuprà in primis verbis ſignato, infert Paul de Caſtr quòd factum tutoris vel curatoris nocet pupillo, vel adulto Idem probatur ex l Polla, C De his qui vt indign vbi Paul de Caſt eum text in id commendat, & dicit ſæpe allegabilem, vbi etiam Philip. Corn qui ambo dicunt, quòd delictum, vel culpa, commiſſum vel commiſſa per tutorem vel curatorem in adminiſtrando nocet pupillo vel adulto Et eſt ratio, quia in quærendis poteſt tutor vel adminiſtrator ei præiudicium afferre, cuius perſonam, aut res gerit licèt non in quæſitis Gloſ eſt ordinaria, & communi Doctorũ calculo recepta, in l Seruus, C de Pactis, glo magna poſt initium. Idemq́, eſt in prælato eccleſiæ, vt tenet gloſ in cano vltim 16 quęſtione 6 ſic etiam in iſto textu, ſi aliqua vtilitas reſultabat pupillo, ob iniũctam liberto mutuam cohabitationem ſecum per teſtatorem, talis vtilitas erat percipienda de futuro, ideo in illa potuit tutor præiudicare pupillo, vt pote in re ipſi pupillo in poſterum ſeu futurum quęrenda Ad idem facit l Tutorem, ff De his qui vt indign in fine, ſecundum quę, hic videtur bon* textus contra opinio Ioan Andr in regula Delictum, in glo ordinaria, de Regul lib 6 dum dicit, quòd prælatus non poteſt eccleſiæ præiudicare in faciendo Sed debet intelligi, id eſt delinquendo tamen aliter (vt eſt prædictum) poteſt, & ibi reſtringit ſe ad iudicialia licèt Panor in loco inferius allegando tranſeat ſimpliciter cum illa gloſ Et per prædicta iũctis his quæ Decius tradit in dicta l Seruus, comprobari poteſt nota deciſio Ioan de Imola, conſilio 74 incipiente, In caſu præmiſſo, in primo dubio vbi aſtruit, quòd ſtante diſpoſitione l vel ſtatuti (prout Hiſpaniæ extant de hac re ll vſu comprobatæ) quòd vxor nequeat contrahere, vel quaſi abſque licentia viri nihilominus tamen poterit talis vxor refutare ſeu refellere donationem ſibi ab alio factam, abſque eiuſmodi licentia ante agnitionem inquam talis donationis, quod conſilium Imo ſequitur Decius in dicta l Seruus & idem conſuluit Paul de Caſtro, conſilio 171 in caſu præſenti viſis omnibus, ſecunda parte, per totum, vbi eleganter & fundamentaliter iſtud declarat, & inter alia in prima col tenet & bene iſtud nõ procedere in legato per l Magis puto, § fundum, Nota ad ll huius regni

dum,ff de rebus eorum Idem effe-
ctu,licèt hos non alleget, ſed ex præ-
miſsis inferendo tenet Socin in l 1
in fin verſic C de Pactis,dum inquit,
3 † quòd prohibitus donare, non pro-
hibetur remittere ius quærendum,
ſed non quæſitum Et ad concluſio-
nem prædictam confert optimè tex
in l Alienationis verbum, verſicul
[Qui occaſione, ]ff.de Verbor ſignific
verba illius ſunt,[ Qui occaſione acquirendi
non utitur,non intelligitur alienare ]Et ponit
exēplū in aditione hæreditatis omiſ-
ſa itemq́,in optione Et mirum eſt,
ꝙ non poſuerit exemplum in dona-
tionis non acceptatione, ſiue eiuſdē
refutatione Et Andr Alt ponderās
exemplum quod ibi tex ponit de re-
pudiatione hæreditatis dicit idē qđ
retuli dicere Paulum de Caſtr de le-
gato licèt eum non referat, neq, tra
hat ad propoſitum,in quo Paul loqui
tur de ſtatuto Et allegat eandem l
quam Paulus citauit ſcilicet, Magis
puto,§ Fundum, ſuprà de Reb eo &
infert notāter, vnum ad rem qua de
agimus apprimè accommodatū,ſcili
cet,quòd ſi legatario ſit relicta quota
pars bonorum,in quo legato non trā
ſit dominium in legatarium ipſo iu-
re l Si quis bonorum ſ titu 1 eo ca-
ſu repudians alienare non videtur &
per conſequens in caſu ſtatuti,vbi lo
quuntur Ioan de Imol & Pau de Ca
ſtro,vxor poterit tale legatum refuta
re abſque viri licentia,quod hodie ve
rificabitur in melioratione tertiæ vl
quintæ partis bonorum vel vtriuſq,,
in qua vel quibus hodie vxor eſſet à
parente vel extraneo meliorata
Idemque eſſet in omnibus caſibus
in quibus dominium rei legatæ non
tranſit ipſo iure in legatariū,qui poſ-
ſunt colligi ex his quæ tradit Iaſo ſu-
per ſecunda quæſtione Barto in l pri
ma,ff de Legatis primò, numer 114.
cum multis ſequent. Quæ omnia
ſunt menti mandāda ad ll iſtius Re-
gni, communi vſu apud nos indiſcri
minatim cuſtoditas. Sed hìc ſummo
pere, cauendum,quòd attento & cō
ſiderato eo quod tradit Tiraquel. in
hoc eodem propoſito prædictæ deci
ſionis Pauli de Caſtr & Ioan de Imo.
de qua ibi meminit in opere ll Con
nub fol 141 nume 29 iuncto præce
denti non poteſt prædicta deciſio ad
aptari ad prædictas leges iſtius Re-
gni,vide ibi omnino Et ad prædicto
rum condimentum & ſuppletionē
ponit notabile verbum Paulus de
Caſtr. hìc, & eo tacito Angel. de Pe-
rigl per eandem l quam Paulus alle-
4 gat videlicet, † quòd contra talem
tutorem præbentem cauſam damni
illati pupillo habet talis pupillus re-
greſſum, vt ſibi damnum reſarciatur,
vel etiam,ſi fortè pupillus prętendat,
ſe amiſiſſe aliquam vtilitatem ob fa-
ctum tutoris noxium vel culpabile,
qui impediuit ne eam conſequere-
tur Argumento text notabilis,quē
ambo Paulus & Angel de Perigl. ci-
tant in l tertia,§ Quāquam,ff.de Cō
ditione ob cauſam Ad idem facit
text in l Polla,in fin C. de his qui
vt indign & text not in l Quicquid
C arbi tute qui loquitur de eo quod
tutor, vel perdidit vel omiſit acqui-
rere de bonis pupilli,vel pro ipſo pu-
pillo per dolum latam culpam vel le
uem, vt teneatur ad illud reſarcien-
dum ipſi pupillo Quo text compro
batur glo ordinaria,in capit Placuit
16 quæſtione tertia, volens, † quòd 5
contra prælatum qui paſſus eſt præ
ſcriptionem labi contra eccleſiam,
poteſt agi pro parte eccleſiæ ad æſti
mationem dāni, quod eccleſiā ob ta
lem præſcriptionē incurrit. Quā glo.
cum

cum dicta l Quicquid, commendat Panor in capit primo, ad fin ſecũdæ colum de In integrum reſtitu vbi etiam ſubijcit, quòd contra prçlatum, qui neglexit acquirere Eccleſiæ, cũ id potuiſſet facere, agi poteſt ad intereſſe lucri ceſſantis, per gloſ nota in cano vltim 12 quæſtione 4. & ibi in princip colum ſequenti, citat etiã l. Quicquid, quam etiam allegat prima gloſ. Decreta ſuperius adducta ſcilicet in dict cano Placuit Sed eſt potior tex. in ratione ſui, licet ſit magis generalis ſuo caſu, in dicta l tertia, § Quanquam, de Conditio ob cauſam, vbi probatur, quòd impediens me aliquam vtilitatem conſequi, etiam (quod fortius eſt) cũ mihi non competebat ius agendi pro eiuſmodi vtilitate, tenetur mihi ad intereſſe illius vtilitatis, ſecundum Ludo. Roma Paul de Caſtr Alexan. & Iaſo ibi dicentes illum textum eſſe ad id ſingula notã & non alibi ſecũdum Ray de Forli referente eodem Paũ Et per illum tex inferunt ibi Docto multa dicta ſatis vtilia, & in praxi notanda, quæ videre licet per eos Vltra quos opportunum erit aliquantiſper *inſiſtere circa illius textus intellect contra cuius rationem* & præſuppoſitum vrget textus in l Quemadmodum, §. Planè, verſic [*Item Labeo*] ff ad l acqui imo § Item labeo, verſicu Planè vbi ſi culpa alicuius retia piſcatorum rupta vel fracta, aut prçciſa fũt, quod ſi non fuiſſet factum, domini eorumdem, putà piſcatores, aucupes vel venatores fuiſſent cõſequuti cõmoditatem ex piſcium, vel auiũ vl animalium, quç in ea potuiſſent incidere, captura licèt talis illa retia, vel decipulas refringens teneatur ad dãnum illatum ex ipſa refractione non tamen tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis ex prætenſo impedimento ſubſequuto, non captorum piſcium auiũ vel animalium in talib' retibus præciſis vel diffractis, ſtringit ille tex. qa loquitur in caſu fortiori noſtro videlicet, quando immediatè fuit impeditus is qui eam commoditatẽ, ſeu vtilitatem prætendit ſe ex tali impedimento amiſiſſe, ſed in dict §. quanq̃ fuit ſecundario ac minus principaliter impeditus is qui eiuſmodi vtilitatem prætendit, qui fuit ille cui erat dandum cauſa implendæ conditionis nam ſeru' ſtatuliber fuit ille qui eſt impeditus immediatè ſoluere ex pecunijs peculij & tamen hîc datur actio in factum ſubſidiaria illi tertio, & in dicto verſicu Planè, denegatur remedium ad conſequendam vtilitatem, ei qui principaliter fuit impeditus ſcilicet, piſcatori, aucupi, vel venatori, cuius vel quorum retia fuerunt præciſa, contra ipſum præſcindentem Et illum tex commẽdat Roma. in ſingul 631 quod obtentu artis, venationis, aucupationis, vel piſcationis, non poteſt peti intereſſe lucri ceſſantis Sed ad hoc contrarium poteſt repſonderi, quòd ſi eſt veriſimile talem vtilitatem eſſe peruenturam ad aliquem ob ſpem certam & probabilem, tunc ſit conſideratio eiuſmodi intereſſe lucri, ſeu vtilitatis ceſſantis & ita propriè loquitur iſte § Quanquam, qui tradit de emolumento certo & deſignato per teſtatorem ſcilicet, de certis numeris *dandis gratia* conditionis implendç alicui tertio & erat veriſimilimum, quòd ſeruus properaret, imò præcipitaret ſe ad illos dandos ex peculio ſibi iam diu per teſtatorem conceſſo, quod ipſe tenebat, vt ex tali datione libertatem conſequeretur quç eſt omnium rerum chariſſima

Inſurgit de l. Quemadmodũ § Plane ad l acqui.

& in-

& inæſtimabilis, iuribus notiſsimis Sed in contrario illa vtilitas piſcationis, venationis, vel aucupationis, non tantum in ſe erat incerta, ſed etiam reſpectu futuri euentus Nam ſecundum Petr. de Bellapert cuius opin. ibi tenet Alb dum tranſit cum ea ille tex debet intelligi, vbi rarò fiebat piſcatio, aucupatio, vel venatio ſed vbi erat conſuetum ex regionis qualitate ibi capi piſces, aues, & animalia cum retibus & decipulis, tunc bene conſideratur intereſſe commoditatis ceſſantis, non quidem certum, prout erat in dicto §. Quanquàm, ſed ſpei veriſimilis, quæ eo caſu conſideratur, & æſtimatur in actionibus bonæ fidei, ſed non in ſtricti iuris niſi talis impediens fuerit in dolo, ſecundum Petrũ & Alb ibi. Et in eundem ſcopum tendit id quod ibi dicit Bald quod ideo non conſideratur intereſſe vel ęſtimatio capturæ piſcium quia nimis pendet à caſu, vel à fortuna quod etiam vult Raphael qui tamen reſpõdendo ad quoddam contrarium dicit, 6 † quòd vbi eſt vehemens exiſtimatio vel credulitas & veriſimilitudo iuſta de aliqua certitudine illius intereſſe vel vtilitatis ceſſantis, tũc conſideraretur & ibi reſpondet ad l. Si iactum, de Action empti vltra gloſ quòd ibi ex conuentione inita inter partes à principio videtur in illo caſu conſiderabilis aliqua certitudo quia ex voluntate partium talis iactus fuit in pretium certum, & ęſtimationem taxatam deductus Secùs in dicto. § aut verſiculo Planè Ad hæc facit l Propter ſpem, ff Famil Herciſc. ibi ad finem, [*Niſi tantũ æſtimatus ſit dubius euentus*] Quo textu, fretus Albericus, poſt Iacob in l. Certè, in fine ff Arborum fur ceſſa tenet, quòd ſi quis immiſit animalia vel pecora ad paſcendum frumentum alienum quod in herbis erat, tenetur ad æſtimationem damni, quatenus taxabitur dubius euentus perceptionis futuræ ex tali frumento in herbis depaſto. Quod etiam tenet ad verbum idem Alber. ſecunda parte ſtatutorũ, quæſtione. 78 adducens eundem Iacob. in eadem l. Certè & licèt non referat Alberi neque Iacob. ſed Bald. in multis locis, hanc deciſionem ponit Andreas Tiraquel poſt ll connubiales, fol 130 nume 32 vbi tamen non refert eam præfectè tradit tamen ibi plura in præceden & ſequen. in materia ſpei cùm expediunt, recurratur ad eum, quia refert licèt irreſolutè, quam plura notanda & amœna in eo propoſito Et (vt ad præcedentia regrediar) caſus & doctrina, quę ibi colligitur in dicto. §. Quãquàm, diſtat vt in prouerbio eſt à caſu dicti verſicu. Planè, ex diametro cùm nõ loquatur in lucro ſperato de futuro. & ſic conſiſtente in ſpe dubia, ſed potius in lucro certo, id eſt certę quantitatis, quę ei potuerat acquiri, ſi ſoluta ſibi fuiſſet ex peculio gratia conditionis implendæ ad libertatem conſequendam, & propter impedimentum hæredis illam commoditatem quam potuerat conſequi amiſit Sed in verſicul. Planè, in vniuerſum erat incertitudo propter incertam futuram cõmoditatem ex ipſa pendente ſpe fallibili.

Præterea iſte text. in §. Quanquã & omnia, quæ per illum Docto ibi tradunt intelligi debent de impediẽte per factum iniuſtum aliàs ſecùs, ſi quis impediret vtilitatem alterius vtendo iure ſuo proprio hoc enim caſu, nullum datur remedium ei qui eiuſmodi vtilitatem incurrit cõtra impedientem illam Et ita loquitur l. Altius, C. de Seruit. & aqua & De eadẽ re

l. Flu-

l Fluminum, § fina & l Proculus ff de damno infecto quas Barto. in id allegat in l Vna, colum 5 C. de Sen tent quæ pro eo quod intereſt pro-fe dum tractat de intereſſe æſtimabili non petibili Et ad text & theoricam, ſuprà traditam, quæ ex eo deducitur, eſt addendus tex in capitu Plerique, iuncta gloſ ibi de Pactis, vbi Bald. notat, quòd qui percipit id quod percipere non debet, tenetur reſtituere ei qui tenebatur id percipere Vltimo expendatur tex in l Apud Iulianum, in princip ff ad Trebellia. vbi videt probari contra id qđ ſuprà proximè eſt dictum videlicet,

7 † quòd impediens aliquem, etiam iuſtè percipere aliquam commoditatem tenetur ad reſarciendum illi tale intereſſe. Deliberandum erit de ſolutione: nam certè ibi eſt fortis textus, vbi fideicommiſſarius compulit hæredem ex ſemiſſe ſcriptum rogatumque ſibi reſtituere hæreditatem, id eſt, illum ſemiſſem adire hæreditatem, propter quam aditionem coactam defecit conditio illa, quæ fuit adiecta prælegato eidem hæredi facto, quòd ſi hæres non extitiſſet haberet prælegatum. & conſequēter hæres amiſit prælegatum, quam ob rem fideicommiſſarius tenetur reſarcire valorem prælegati ipſi hæredi. imò priuſquàm cogatur, reſarcit, vt ibi dicitur: & tamen eſt mirabile, quòd ad id fideicommiſſarius teneatur, cùm factum illud compulſionis fuerit iuſtum, & inductum, & approbatum à iure, & in faciendo, fideicommiſſarius nōn tendebat principaliter niſi ad ius proprium proſequēdum, id eſt ad conſequendum fideicommiſſum vniuerſale medietatis hæreditatis ſibi relictum. licèt in cōſequentiam fuerit ſubſequuta perditio commoditatis, id eſt prælegati

Et quod adhuc eſt fortius hæres videtur à primordio præſtitiſſe occaſionem, vt compelleretur: & tamen nihilominus fideicōmiſſarius impediens in cogendo hæredem ipſum conſequi commoditatem prælegati, tenetur reſarcire Sed fortè pōt dici, quòd licèt factum coactionis, per quod fuit impedita acquiſitio prælegati hæredi ex ſemiſſe inſtituto rogatoque illum ſemiſſem reſtituere prædicto fideicōmiſſario, fuerit in ſe iuſtu ex parte fideicōmiſſarij petentis coactionē tamen quia illa commoditas prælagati competebat hæredi ex diſpoſitione teſtatoris, ſub illa conditione ſi hæres non eſſet, & eo recuſante adire, volebat illam implere, vt conſequeretur prælegatum ob conditionis purificationem, & fuit impeditus per factum fideicommiſſarij, quatenus petijt coactionem nimirum ſi talis impediens hæredem capere illam vtilitatem ad quam petendum habuiſſet his actionem non adita per eum hæreditate & ſic purificata conditione prælegati teneatur ſibi eam reſarcire Reſolutio ergo ſit per tres caſus

8 Primus, † quando quis propter ipſius factum iniuſtum impedit alium percipere aliquam commoditatem re vel ſpe certam, vel vehementi opinione per iuſtam veriſimilitudinem ad illum pertinētem etiam ſi ad illam non habuerit actionem, poteſt ab eo qui perdidit talem commoditatem conueniri, vt eam ſibi reſarciat Reſolutio per tres caſus.

9 Secundus caſus, † quando quis per factum iuſtum (vt quia gerit rem propriam) impedit ne alius aliquam vtilitatem conſequatur, ad quam nō cōpetebat ſibi aliqua actio de præſenti, neq, in ſpe certa & infallibili ſperabat ſibi de proximo cōpetere tūc nō tenet ad reſarciendū illi æſtimationē illius

illius commoditatis quia tale inter eſſe amiſsionis commoditatis, licèt ſit æſtimabile, tamen non eſt petibile, hoc eſt (vt proximè dixi) ad illud non cõpetebat actio, neq; de ꝓximè ſperabatur competere ei qui illud amiſit Et hoc eſt quod voluit Bart in dict l Vna 5 colu per iuia ſuprà alle gata videlicet, l Altius, C de Serui & aqua, & l Proculus, de Damn infeccum glo in verſic Aquam, in princi Ad idem l Fluminum, § fina eam l præcedẽte, iunctis glo penul & ſi ibi quæ ſunt in materia notandæ.

10 Tertius caſus, † Factum ſiue iuſtũ, ſiue iniuſtum, prohibentis aliquem capere aliquam cõmoditatem omni no incertam, & pendentem in ſpe de futuro fallibili, non obligat eum ad reſarciendum tale intereſſe pendẽs in vniuerſum à caſu & viribus fortunę ſecùs ſi ex vehementi pręſumptione ſperaretur per iuſtam veriſimilitudinem, talem commoditatem ſuboriri, & acquiri illi impedito illam habere tunc enim bene obligaret impedientem Primum probatur ex dicto verſicu Planè l Quemadmodũ Secundũ probatur ex eo quod ſ.retuli Alber ibi dicere in intelle illius tex poſt Pet Et hęc ſatis quo ad iſtud primum nota ex hoc tex elicitum.

11 Secundò videtur colligi ex hoc tex † quòd verba illa, ea conditione vt, quæ quotidie ponuntur tam in diſpoſitionibus vltimis, quàm inter viuos, important conditionem, non autem modum Nam Iuriſcõſultus hîc refert verba teſtatoris dum dixit, relĩquo liberto meo centum ea cõditione, ne à liberis meis diſcedat, quę dictio, ne, importat modum tacitũ negatiuum ſcilicet, vt no l Cùm pater § Titio, cum glo infrà iſto titu & tradit Barto in l Quibus diebus, § fin co lum 2 infrà de Conditio & demonſtratio vbi id declarat & tamen hîc tex vtitur verbo, conditione Contrarium tamen eſt verius, & tenendum imò quòd ꝑ talia verba, [ *Ea conditione ut* ] inducatur modus, & non conditio Ad quod lex Meuia, ff de Manumiſ teſtamẽ vbi Iuriſconſult⁹ refert verba teſtatoris dum inquit, [*Ea conditione ut*] & in verbis ſuperioribus teſtator vocat eam cõditionem: & tamen nihilominus in decidendo determinat eſſe modum non autem conditionem Idem (etſi non ita aper tè) probatur in l Libertas, § 2 eodem titu de Manum teſtamen Per quam l Meuia, hãc regulam tradit Bart in prædicta colum vbi hoc declarat & idem Bar in l Nihil, ff de Coniungẽ. cum eman lib eius, & in l Si ſocietatem, § Arbitrorum, aliâs arbitratorũ, in princ. ff pro Socio, & in l Sub conditione, colum penul ff de Solut Ad idem eſt tex vbi not Abbas Panor 4. nota in ca. Cùm Ioannes, de fide inſtru ibi [*Tali videlicet adiecta cõditione ut domũ ipſam, &c*] Ad idem l 2 § fina ff de Donatio & in l Quoniam aſſeueras, C. de Rerum permuta quam eo modo ſummat Bald ibi Ad idem text vbi not Salice in l Ea conditione, C de Reſcin vendi Idem ſi dicatur, concedo, vel dono ſub hoc tenore, &c vt in capitu Eò libentiùs, cum gloſ. de Seruis non ordinã quem textum allegat Benedictus à Plum in dicta l. Meuia, & eum notat in idem ſcilicet, † quòd iſtud verbũ, conditio, ꝑ 12 latum per teſtatorem non inducit conditionem, quando per alia verba appatet non eſſe conditionem, ſed modum & ibi etiam adducit l quartã, § primo qui ff de Fideicommiſ. liber vbi idem probatur Non obſtat iſte textus, inquantum vocat ad iectionem illam, ne, conditionem, nã & in d l Meuia, vocat cõditio, & tamen

tamen ibi dicitur, ꝙ eſt modus quo ad effectum Vtitur ſiquidem Iuriſcõ ſultus in iiſdem ll verbis teſtatoris, ꝗ poteſt expreſsè & tacitè velle conditionem habere vim modi nec non econtra modum habere vim cõditionis l in Conditionibus, § 1 ꝟ de Conditio & demonſtra in ver [*Niſi forte*] quem Bar cõmendat in l Hæc verba, 3 in ordine ſ ti 1 de lega 1 & in l Cõ ditiones extrinſecus, cod titu de Cõ dit & demonſtra & notat idem Bart etſi non alleget l illam in l 1 colum 2 eodem titu & Bald in l Si pater, colum 5 C de Inſtit & ſubſti & in cap Cumana, colum 6 de Elec & præſertim in hoc § vbi nihil intereſt an ſit modus, an conditio, ſecundum Rapha Cuma. quia ſemper adiectio iſta, ne à filiis eius recederet, habetur pro completa facto tutoris impedientis ne adimpleatur nempe, verba illa in hoc tex ſubiecta ibi, [*Emolumento fideicõmiſſi carere*] poſſunt verificari tã in modo, quàm in conditione imò potiùs verificantur in modo, cuius eſt natura ſecundum Bar in prædicta 2 colũ vt impleatur poſt emolumẽtum quæſitum, vt elicitur ex l Cùm tale, § Titius, ꝟ de Condit & demonſtra Et dũ hìc dicit, [*Carere*] quod eſt verbum ſui natura priuatiuum l Prouidendum, cum glo C. de Poſtula cum multis concordan adglomeratis per Andr Tiraque in relect l Si vnquam, ſuper parte, reuertatur, nume 134 C de Reuocand dona ſicq̃, præſuppponit habitum l Decem, cum aliis ff. de Verbo obliga & conſequenter hìc præmittit, ſeu præſupponitur, quòd iam fuerat conſequutus commodũ, priuſ quã per tutorem impediretur conſequutus in quã, ſaltem ipſo iure Et hac ratione in iſto text potiùs probatur idem quod in illis iuribus, quàm probetur oppoſitum & Rapha Cuma. hic nihil exprẽmiſsis punctãs neq̃, allegans exponit conditionem, pro malo Et iſta ſunt admodum notanda quia teſtatores & contrahentes, qui vulgari ſermone teſtantur, & contrahunt poſt dictionem, cõditio, vt plurimum & quaſi ſemper ſubiungunt dictionem vt dicentes, [*Con tal condiciõ que, etc*] nam rariſsime dicitur, [*Con tal condicion ſi,*] tales enim diſpoſitiones regulandæ ſunt, vt modales quod eſt valde importans diſcernere, ob varias & notabiles differentias, quæ ſunt inter vnas & alias, præſertim quo ad reſolutionem actus ſi deficiat cõditio, quę non inſurgit ex modi defectione l ſecunda, cum glo not ff. de in diem adiect & tradit Barto in dict l Quib[9] diebus, § fina

*Notanda ad teſtatores & contrahentes*

13 Deinde hunc text † expendit Rapha Cuma in l Iulianus ait, ff de Cõ ditio & demonſtrat cuius meminit ibi Socin colum 2 ad fin contra Bar ibi tenentem, quòd ſi tutor pupilli, vel curator adulti, vel adminiſtrator vniuerſitatis, non ſoluat aliquam quantitatem debitam per pupillũ, adultum vel vniuerſitatẽ alicui cui quidem teſtator reliquerat in teſtamento rem aliquam ſub conditione, vel modo dandi pupilli, adulto, vel vniuerſitati aliquam pecuniæ quantitatem & ſic fuit impeditus talis legatarius dare cauſa conditionis implendę ad cõ ſequendam rem ſibi legatã, dicit Bar quòd talis conditio dandi non habebitur pro impleta, propter tale impedimentum non ſolutionis quanuis talis legatarius impeditus poſsit agere ad intereſſe eiuſmodi relicti contra talem tutorem, curatorem, vel adminiſtratorem, qui iniuſtè impediuit nolendo ſoluere illi legatario q̃titatem ei debitam Nam ſecundum Rapha in hoc text. probatur contrarium, iuncta l. Cùm pupillus, eo titu de con-

de condi & demõſtra Et ſic quòd tali caſu conditio habeatur pro impleta, & legatarius conſequetur legatũ ſibi per teſtatorem relictum ſub prædicta conditione, vel modo dandi pupillo, curatori, vel vniuerſitati Nec non Io de Imo ibi tenet contra Bart. per tex ſecundum eum not. in l Qui filiũ, in prin ff de Manu teſta & contra Bar tenet etiam Pau de Caſt in d l Cũ pupillus Sed ijdem Raph & Soci ſaluant ibi Bar & dicunt ipſius dictum procedere, quando tales adminiſtratores non ſoluunt legatario, id qđ ipſi eidẽ debent de bonis proprijs non autẽ ex bonis pupilli, vel adulti, vel vniuerſitatis quia tale impedimẽtũ eſt extra adminiſtrationẽ ſuam, & non concernit negotium illorũ, quorum bona adminiſtrat quo caſu illi non tenentur de dolo tutoris, curatoris, vel adminiſtratoris eorum Quæ ſaluatio declaratoria eſt notãda, quia aliâs deciſio Bar eſſet contra iſtũ tex. & ex ea, vnà cum declaratione, quã prædicti Doct tradunt vbi.ſ ad l Neque in interdicto, ff de Reg iuris deducitur notab. interpretatio ad hunc text cum ſimili vt procedat, quando factum tutoris impediens concerneret adminiſtrationem & officium ipſius tutoris vel adminiſtratoris & non aliter Nam hic iſtud implementum nec non impedimentum ipſius concernebat adminiſtrationem officij tutelaris, † quia tutor datur principaliter perſonę minoris, & ſecundario rebus ipſius.l In copulandis, C de nupt & ſic impediebat cohabitationem, ne fortè ex ea pupilli mores corrumperentur Et ita videtur glo intelligere in l Neq, in interdicto, & tenet Bar in l. Si dolo ff Si quis omi cauſa teſtamenti, & in l 1 § Si procurator, ff Si quis ius dicen non obtempe vbi vi Alexan. & Iaſ & idem tenet Pau de Caſt vbi Corne. Alexan & Iaſ in l Polla, C de his qui vt indig

Saluatio Bar

14 (margin, beside "cij tutelaris, † quia tutor datur")

Gloſ ſuper iſto tex nihil habet, ſed tantummodo adducit ſimile de l Si conditione, quæ potiùs huic rei aduerſatur ſed ſolue vt per Alberi hîc, qui etiam opponit contra iſtum text. dupliciter ſolue itidem vt per eũ, inſerentem ad q mariti rixoſi vi illum.

## Summarium.

1 *Filia ſciens patrem agere ad dotem profectitiam et nõ cõtradicens uidetur conſentire, & præiudicat ſibi in actione de dote*

2 *Compenſatio expreſſa ſicut nõ fit niſi ad concurrentem quantitatem utrinq, liquidam & expeditam ita etiam neq, fit tacita compenſatio.*

3 *Teſtatorem non eſt ueriſimile uoluiſſe hæredem ipſius grauare duplicis præſtationis onere.*

4 *Præſumitur in dubio quis uelle, quòd actus ab eo geſtus ualeat, & ſit efficax.*

5 *Error iuris regulariter non præſumitur.*

6 *Ignorantia iuris etiam certi & clari atq, aperti excuſat ignorantem quoad euitationem damni*

7 *Ignorantia iuris dubij excuſat, ſicut ignorantia facti.*

8 *Lex habens plures lecturas, propter incertitudinem intellectus ipſius nõ põt allegari ad deciſio cauſarũ, quòd intelligitur niſi una illarum lectu fuiſſet magis communiter approbata & magis probabilis.*

9 *Traduntur alij caſus hic, in quibus iuris error excuſat.*

### § Qui inuita.

Diuide longam huius tex literam vt per Ange. de Perig & ſumma vt per Bar videlicet, Si pater legat filiæ, qua inuita dotẽ exegerit, filia debet eſſe cõtẽta alterutro niſi plus ſit in dote Diuiſio & ſumma huius tex.

1 Notandum primò ex hoc tex † q, filia ſciens patrem agere ad dotẽ profectitiam & non cõtradicens videtur conſentire, & præiudicat ſibi in actione de dote quia perdit quod pro parte ſua in illa habet Quod probatur hîc in ver [Modeſtinus] iuncta gloſ in

parte, Non conſenſerint Ad idem l 2 § Voluntate, ſ Sol matri quod procedere intelligitur, quando nō habebat iustam cauſam contradicendi, vt probatur etiam hîc, coniuncta gl prima Sed quid ſi eam habuiſſet? Barto hic in oppo tenet non videri eo caſu filiam conſentire, & idem in l Si cùm dotem, § Eo autem tempore, ſ Solut mat Et idem tenet Iaſ in d § Voluntate, quinto notab poſt Aret ibidē Si itaq, incipiamus à primo, ſcilicet ꝗ filia contradixerit, requiritur ſecundum videlicet, quòd habuerit iuſtam cauſam cōtradicendi Si autē ab hoc ſecundo inchoemus ſ quòd filia habuerit iuſtā contradicendi cauſam, illud ſufficit abſq, primo i etiā ſi actu nō contradixerit quia vt magis principalit attenditur, habere iuſtam cauſam contradicendi, ꝗ ipſa actualis cōtradictio Et ſecundū hoc non obuiat gl 1 hîc quæ videtur requirere vtriuſque concurſum videlicet cōtradictionis actualis, & ſubſiſtentiæ cauſæ legitimæ Nā quod proximè prædixi eſt verius, & de prædictorū Docto intentione & ita in ſimili conſiderat gl in l 3 § In amittenda, & in l. Quēadmodum, ff. de Acqui poſſ an incipiatur à primo, vel à ſecundo In hoc tamen arti videndus eſt Soci in d § Volūtate, ad fi primæ col cū principio ſequētis, vbi iſtud limitat & declarat & ſecundum vnum membrum ex tribus per eum ibi poſitis, ſaluari pōt idquod in verborum diſcurſu tenet Pau de Caſt hic inquantum videtur tenere contrariū eius quod dixi tenere Bart hîc, & in dicto § Eo autem tempore & Iaſ poſt Aret in d § Voluntate Tñ inſpiciendo verba Pau de Caſt ipſe loquitur ſecundum terminos gl primæ hîc quam allegat videlicet, quando filia pręſens nō haberet cauſam cōtradicendi Quod autem eſt dictum

Limitatio ad ſuperiora per Soci

in prin huius notabi ꝗ ſi filia eſt præſens & tacens, cū videt patrem agere ad dotem profectitiam præiudicat ſibi, ſi non habeat iuſtam cauſam contradicendi, ſubintelligi debet, niſi cū præſentia cōcurriſſet met⁹ reuerētialis quo caſu non præiudicaret ſibi talis præſentia cū taciturnitate, per glo nota in l 1 Quæ onerandæ, ff Quarū re actio non detur, quā Bal dicit ſingu in l 1 ad fi C de Bo mat & Iaſ & Alex in d § Eo autē tempore 4 colū. & eſt intelligenda, vt per Bar in eo § Quæ onerandæ, & in l Ad inuidiam, C Quod me cauſa vbi Sali Pau de Caſt & Alex de ea re tradunt & Feli poſt alios in c cauſam matrimonij de Offi deleg & Iaſ Iacobinus de ſancto Georgio, & Clau in l Interpoſitas poſt Bal ibi C de Tranſactio & idem Iaſ in l § Quadrupli col 10 Inſtitu de act & Alex cōſ 110 col 4 cum ſe lib 3 Soci conſ 264 incip Capio primū, lib 2 Aret conſ 14 & 24 in quo extēdit illā gl ad ſororem minorē cohabitantē cum fratre vel ſorore maiore, & actui per eum geſto, conſentiētē metu reuerentiali Ad quod poteſt conſiderari verbū Bart in eo § Quæ onerandę, dum dicit Maior & idem in patruo reſpectu neptis ex fratre tenet etiā Pet de Ancha conſ 339 pe colū. vbi ponit quendā caſum ſingu videatur ibi, & in propoſito Docto Bar ibi, vi duo notanda dicta Bal cōſ 389 Pūctus, lib 5 & aliud notab quod ponit idem Bal circa relaxationē iuramēti præſtiti per filiam quæ contraxerat, intercedente metu reuerentiali patris vel aui cōſ 331 ver Secūdo, quia dñs, lib 3 & incipit, Quędā puella Et ad id quod ex Aret dictū eſt de fratre, & ſorore, vi An. Tiraque tradentē in illo propoſito bonas remiſſiones comprobatiuas, in opere Primige in præfatione, nu 139 vbi in idem recenſet nonnullos

Extenſio ad illam glo.

De eadē re.

nonnullos Doctó recentiores eandem ſententiam aſtruentes. Et vide eundem Tiraquel referentem Aret. in præfato conſi vbi etiã adducit alia notanda in propoſito iſtius metus reuerentialis in opere ll Connubia. fol 141 nu 33 Sed vt redeam ad id quod prædixi declarando primum notabi. contra illud facit, quia ſecundum primam gl hic cõmuniter approbatam, quando filia contradixiſſet patri, & non habuiſſet iuſtam cauſam cõtradicendi, non haberetur pro contradicẽte ergo non videtur attendendum, quando tacuiſſet, ſileret cum metu reuerentiali ex quo etiam expreſsè contradicendo non releuaretur ergo neque tacitè per ſolam aſſiſtentiam perſonalẽ Sed ad hoc reſpõdetur, quod tacendo abſq; cauſa, & per metum reuerentialem, nõ videtur conſenſiſſe, neq; ſibi præiudicat, ne metus incuſſus per maritum, vel patrem, vel fratrem maiorem, vel etiam ſororem illi cohabitãtem, & ſub eius gubernatione exiſtẽtem, prout Docto. ſuprà memorati intelligunt, ſit eis, aut cuiq; illorum vtilis, quum fraus auctori ſuo patrocinari non debeat, iuribus notiſſimis ne igitur lucrũ illi, vel aliquis eorum conſequatur, dicendum eſt talem filiam præſentem & tacentem per metum reuerentialem non inferre ſibi præiudicium Et vt apertiùs loquar, taciturnitas cum metu reuerentiali, ſicut excludit conſenſum tacitũ, ita etiã neq; operatur diſſenſum quia talis diſſenſus quantumcunq; expreſſus, nihil releuaret talẽ fœminã niſi cum eo concurreret iuſta cauſa cõtradicendi Ad hoc itaq; vt mulieri non fiat præiudicium per prædictam taciturnitatem, ſufficit non præſumi aduerſus eam conſenſum ob metum reuerẽtialem, quoad præiudicium inquã incutientis talem metum Et hãc declarationem per eandem gl reperio ſentire Alex ſuſtinendo & declarãdo Bar ibi in l Quæ dotis, col 8 ver Poſſunt nihilominus, iuncto ſequenti 3 Sol mat cuius meminit Soci idẽ tenens, & ponderans tex & gloſ ibi ad hoc, in ſæpe allegato §. Volũtate, col. 2 in ver. Infertur, & ſentit etiã in prin. eiuſdem col. ſed non attingit prædictam declarationem, quam ſ adaptaui, quæ eſt ſubſtãtifica, & declarat apprimè iſtum articulum

2 Tertiò nota, † quòd ſicut expreſſa compenſatio non fit niſi ad concurrentem quantitatem vtrinq; liquidã & expeditam l vlti C de Compenſa. § In bonæ fidei, Inſtit de actio ita etiã neq; fit tacita compẽſatio. Hîc enim dicitur quòd quãdo pater qui aduerſus voluntatem filiæ recuperauerat dotem profectitiam ei datam, legauit ſibi pro dote, filia debet eſſe alterutro contenta, niſi plus ſit in dote quàm in legato & ſic probatur quod prænotaui Stat ergo intellectus iſtius text. in hoc, quòd ſi plus ſit in dote, quàm in legato nomine dotis facto, ſola petitione dotis per patrem recuperatæ filia debet eſſe contenta. Sin verò plus eſt in legato quàm in dote per patrẽ recuperata, tunc debet eſſe contenta ſolius legati petitione, & aget ad legatum contra hæredem patris, & cõtra hæredẽ mariti, pro dote, vel pro ipſius dotis reſiduo Quod quidem legatũ vſque ad concurrentem dotis quantitatem compenſatur, & quod excedit eſt merũ legatum, ſecundum Bal & tenet etiam Imo hîc in prin. & iſte eſt verus intellectus coniuncta declaratione Bal & applaudet huic literæ, quæ debet dicere [Petitione [& non portione prout gloſ habuit, & habetur communiter in impreſſione antiqua Veneta, quam vocant de Tortis. Sed prima eſt vera litera, vt habetur in re- Intellectus huius text.

cognitióne Grego Haloã & in Pãd Floren recenter impreſſis Si verò tãtundem ſit in dote, quantum in legato, filia debet eſſe alterutro contenta, hoc eſt vel dote ſola, vel ſolo legato Et licèt Pau. de Caſt hic in recitatione glo in parte Pertione, ſeſe inuoluat cum gloſ tamen idem expeditè dicit quòd in litera ſui libri habebat Petitione Sed quando dos excedit legatum, vel econtra legatum excedit dotem, & filia vellet agere ad minorem quantitatem contra vnum, non tamen excludetur ab agendo contra alium, vtputa ſi legata fuerint decem millia pro dote, & dos erat quinque millia, & filia agnouit legatum, nõ cogetur petere vniuerſa decem ab hærede ipſius patris ſed poteſt ab eo petere actione ex teſtamento quinq., & reliqua quinque petet ab hærede mariti actione de dote. Si tamen egiſſet contra hæredem patris ad iſta decẽ legata, & ea fuiſſet conſequuta, non poſſet agere contra hæredem mariti ad dotem, vt eſt ſuprà dictum & è diuerſo, ſi dos fuit decẽ, & legatũ quinque, & filia agat actione ex teſtamento contra hæredem patris ad quinq., poterit agere actione de dote contra hæredem mariti ad reſiduum. & ſic ad alia quinque Sed ſi cœpiſſet agere ad decem quæ erant in dote, & ea fuiſſet conſequuta, non poſſet deinceps agere ad alia quinque contenta in legato, vt ſuprà eſt dictum Reſolutio

Reſolutio ergo eſt, quòd ſi in dote non ſit plus quàm in legato dotis, filia debet eſſe contenta alterutro, quodcunq. eorum primo exigat Sin autem plus ſit in vno quàm in altero, ſi id quod eſt plus primò exigatur, confunditur petitio in eo quod eſt minus Sin autem exactio fiat in eo quod eſt minus, poteſt reſiduum peti, modo ſuprà explicato, iuncta declaratione Bald vbi ſ.

Ex qua patet, quòd quando legatum eſt ipſa dote, & exigitur, compenſatur cum dotis quantitate concurrente, & vſque ad eam non eſt merum legatum, ſed ſolummodo in eo quod ſupereſt Sed quando dos eſt maior, quàm id quod eſt relictum vel legatum pro dote tunc recuperatur per mulierem ab hærede mariti, & non confunditur vſque ad concurrẽtem quantitatem cum legato, ad hoc inquam, vt habeat vim legati quia cauſa ſeu conditio mulieris deterior efficeretur Et huic reſolutioni adijcere pretiũ erit operæ, quòd in caſu iſtius text intelligitur fuiſſe iniunctum à teſtatore duplex grauamen, videlicet ratione dotis, & legati nomine dotis relicti Quod apparet ex apoſtilla Bald & ex lecturis gloſ hìc in parte, Portione, quæ etſi conferant ad text declarationem, & id principaliter concernant quoad principium inquam ipſius nihilominus tamẽ adaptantur ad ſecundam partem text & ita etiam declarat Ange de Peri tex. & eſt de intentione omnium aliorũ ſcribentium, dempto Pau de Caſt. qui aliud videtur tenere ſed ex eo forte, quia verba lecturæ ſiue impreſſionis, vitio impreſſorum ſonant quid ineptum Sed rectè percepta, flecti valent ad id quod prædixi teneri alios Docto Si ergo mulier primò agat cõtra hęredem patris ad dotem, quę eſt maior legato, vel ei æquiualẽs, cõpenſatur dos cum legato, & hoc caſu eſt propria compenſatio ſecundum Bal. hic ad fin quem dixi ſuprà ſequi Ioã. de Imo Si autem primò agat ad dotẽ contra hæredes mariti, actione de dote, & eam conſequatur, eodem modo liberatur hæres patris à præſtatione legati, ſicque eo caſu non tenetur (vt dixi) præſtare mulieri legatum ſibi relictum pro dote Si autem filia primò

mò petat & conſequatur ipſum legatum hoc caſu haud dubiè, ſi legatum eſt maius dote, vel ei æquiualens, liberantur ab ipſa filia, tam hæres patris, quàm hæres mariti & ſic contra neutrum poteſt ad dotem agi, niſi minus ſit in legato quàm in dote, vel econtra nam tunc petere poſſet illud reſiduum ab vno, vel ab alio diuerſis modijs, de quibus ſuprà dixi Et ita eſt huius tex intellectus enucleãdus quia non bene explicatur per ſcribentes in hoc articulo de alterutro.

Quartò notandum eſt ex hac litera, † quòd non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe hæredem ipſius grauare
3 duplicis præſtationis onere & in id tex hic aſſiduè allegatur Adde in ſimili l Nauis onuſtæ, § Cùm autem, ff. ad l Ro de Iactu quam hic adducunt Pau de Caſt & Ange de Perig & ibi glo citat aliquas ll in ſimili propoſito Sed in hac materia vltimarum voluntatum, quoad hãc theoricã generalẽ inquam, non eſt ſimilis, vel ſaltem ita clarus tex in iure prout iſte licèt quo ad ſpeciem huius tex ſatis concordat l 2 in princi verſi [*Ego puto*] ff de Dote prælegata quam hîc adducit Rapha. & ibi glo citat alias concordantes ad iſtum tex & ad ſ dictum notab vide Pau de Caſt in fin verb § ſequen. vbi ponderat illum text ad amplificationem & declarationem iſtius notabi. Et quatenus attinet ad intell & caſum iſtius tex ſupplet eum Bal. hoc modo. videlicet dum dicit, [*Duplici præſtatione*] ſupple (inquit Bal) vna ſcilicet, faciẽda de legato filiæ alia ſ reſtitutionis faciẽdæ dotis velut indebitè exactæ, ſecundum Bal quod eſt de mente gl. & Docto hîc communiter, & ſecundum hoc dotis nomen ſumitur hîc, pro dote item & & pro legato nomine ipſius dotis ac ſi litera dixiſſet, Præſtatione dotis, & legati pro dote facti, & in quantum ſtatim litera dicit, [*Præter ea cum putarit, &c*] debet dicere, [*Præſertim, cùm putarit*] quæ eſt vera litera Pandect Floren & aduertendum eſt, quod ſecundum declarationem quam Ioan. de Imo & Doct adaptant hîc ad glo. pe. nihil refert, an hæres ſit filius, an extraneus nã prædicta ratio textualis, [*Non eſt enim ueriſimile, &c*] ex qua deſumitur prædicta maxima & cõmunis allegatio, quæ fit paſſim ab omnibus in materia vltimarum voluntatũ de iſto tex concernit potiſſimũ ac principaliter vniuerſalem ſucceſſorem, & ſic hæredem defuncti perſonã repræſentantẽ, non habito reſpectu ad qualitatem ipſius, id eſt ſiue ſit filius, ſiue extraneus dummodo ſit hæres vniuerſalis

4 Quintò nota ſecundum Bald. † quod in dubio præſumitur quis velle, quòd actus ab eo geſtus valeat, & ſit efficax. Nam & aliâs habemus, quod non præſumitur quis velle facere actũ, per quẽ impugnetur iudicium ſuum poſtremum, vt inquit l illa notanda, & ſæpe allegabilis, in l Si miles qui deſtinauerat. ſ. de Teſt. mili quod propè in idẽ tendit Et ſic probatur in præſentiarum eſſe dare caſum, vbi iuris error præſumitur, quia pater putauit potuiſſe dotem exigere etiam filia contradicente, quod de iure non potuit facere. & talis præſumptio manat ſecundum ipſum Rapha ex eo quia legauit nomine dotis præteritæ, non autem futuræ, ob quod eam rem detexit teſtator iuris errorem ſuum de præterito, & lex iſta præſumit eum in iure errasse, faciendo talem exactionem.

5 † Regulariter autem error iuris nõ præſumitur ſecundum Bar in l. Non fatetur, col pe ff de Confe per l Si hæres ab eo, ad fin ff ad Treb nam regulariter vnuſquiſq; tenetur ſcire iura. l. Leges ſacratiſſimæ, C. de ll Et non

 tantùm

tantum iuris error non prçſumitur in maſculis, verùm neque in fœminis quia niſi in caſibus in iure expreſſis non excuſatur ob errorem iuris l vlt. C de Iuris & facti ignoran quam vltra Doct ibi cõmendat Abb Panormita in cap 1 ad fin de conuer coniuga & Ange de Aret dicens eam eſſe ſingula in § Suſpectus 2 inſtitu de Suſpect tuto & ita tenet gl Io Theutho allegans prædictas duas ll videlicet l leges ſacratiſſimę,& l fin in cap. Turbatur,§ Notandum, in gloſ magna ante finem 1 quæſtione 4 extendenſque eandem l fina ad & contra ruſticos ſcilicet, quòd in dubio non præſumántur ignoráre iura, vt per talem ignorantiam vel errorem iuris excuſentur, niſi in caſibus à iure expreſſis Ad quam rem vi omnino Frã ciſ de Ripa, in tractatu de peſte, nu 144 cum ſequenti Et vt redeam ad text id quod ex eo(vt eſt dictum) deſumitur, quòd in hoc caſu præſumatũr error vel ignorantia iuris, prouenit etiam ea ratione quia aliàs, niſi præſumeretur, *induceretur donatio* præſumpta nam & legatum eſt donatio l Legatum,ff. hoc titu Item quia *aliâs hæres deberet ſoluere bis dotẽ*, vt hîc declarant Bald & Doctores & ſic in caſu iſto tractatur de damno vitando & cõſequẽter iuris ignorantia hîc etiam ſi in aliquo prçſumatur, prout præſumit(vt eſt dictũ) interueniſſe, nõ tñ nocet errãti vel ignorãti in iure l Iuris ignorantia la 2 cũ l ſequen ff de Iuris & facti ignorantia & notat Barto in l Clodius,ff de Acqui ren.hęredi Bonus text vbi glo & Doctores in l Quæ fideicõmiſſum,ff iſto titu Sic itaque cùm hoc caſu iuris error inducat illum effectum, quòd nõ inducatur donatio,id eſt ea excludatur item & alium, quòd non teneatur hęres ſoluere dotem duplicatam, ne cenſeatur oneratus duplici præſtatione,prout declarant Doctores per gloſ penulti & vlti hîc meritò debuit talis error præſumi, vt iſta inconuenientia ceſſarent, & ab eis excuſaret Sic ergo non ſolùm ob donationem duntaxat non prçſumendam in præſenti hoc contingit,vt inquit Rapha citans iſtum text in eadem l Nõ fatetur,ſed etiam ob id quod prædixi,de euitatione damni in non ſoluẽdo duplum,id eſt dotem & legatum. Et in vero Rapha in dicta l Non fatetur,non loquitur ita ſpecialiter,prout Alexan hic in addi & in dicta l Non fatetur,ſimiliter in addi refert, quòd in hoc text error iuris prçſumatur,ad euitandum vel præcauendum ne donatio inducatur ſed loquitur generaliter reſpectu euitationis dãni & ſic comprehẽdit,ſiue includit quod prædixi de damno vitando, vel læſionis euaſione, quoad duplicatã præſtationem Et ibi etiam adducit l Sticho,ff de Vſufruct legato Si enim(vt ad prçmiſſa redeam) in dicta l Si hæres, ab eo error iuris non prçſumitur, neque prodeſt alleganti eum,non eſt ob aliud, niſi quia tractabatur de lucro acquirendo,id eſt de repetenda quarta Trebellianica Sed quæ hîc tradũtur, procedunt quoad hoc, vt ob iuris errorem detur excuſatio, aliâs autem extra iſtos terminos ad præſumendum ſolummodo iuris errorẽ ſufficit quòd partes faciant actum de iure nullum, vel inualidum, ſecundum Felinum poſt Doctores alibi in cap De quarta 8 colum de Præſcriptio Eſtque addendum ad principium iſtius notab quòd prædicta præſumptio validitatis actus præualet alijs præſumptionibus quæ in oppoſitum ſubeſſent, ſecundum Decium in l In teſtamento,la 1 colum 4 ante medi C. De teſtament.milit & conſ.1 4 col 2, & in

& in capi. Quoniam Abbas, colum. 5. De offi deleg & licèt de hoc dubitet Lanzelo Galiau. in Repet l Centurio, colum 24 verſicu Tertiò limità, ſuprà de Vulga. & pupi. tamen ſi ſanè, & rectè intelligatur, Decius bene loquitur Nam mens ipſius eſt, iſtud intelligere cæteris paribus neque ille inficiaretur, quòd alia præſumptio fortior tolleret iſtã, ex regula quæ deſumitur ex l Diuus, cum glo De in integ. reſtitu & l. Si qui adulterij C ad l Iul. de Adul & pro Deci licèt ipſe non allegat, eſt bonus text. in l Meuius in princi ✝ hoc titu. vbi ponderaui, primo nota. verſ. Et facit iſte text

*Saluatur Decius.*

Deinde vltra Docto. hic videtur iſte text. probare, † quòd ignorantia

6 iuris etiam certi & clari atque aperti, excuſat ignorantem quoad euitationem damni quod patet. Nam iura notiſſima ſunt probantia, quòd ſi exactioni dotis quam pater vult facere, filia dotata contradicat cum cauſa, maritus vel ipſius hæres non liberatur ab illa quia eo caſu dos exigitur contra iuris diſpoſitionem l 2 § Voluntate, cum l Dotem, ff Solut matrimo. iunctis gloſ. Et tamen non obſtante prædicto errore iuris aperti, excuſatur in hoc text hæres patris qui exegit à duplici præſtatione, dotis videlicet, ac legati Et ſecundum hanc ponderationem videtur text hic probare, contra id quod tenet Ioan Andr. in cap. 1 de Poſtula prælat libro 6. & Abb in cap Cùm dilectus, colum 3. per text illum, de Conſue vt tradunt Iaſ. & ambo Decij, in l iuris ignorantia, C. Qui admi ad bo. poſſe. poſſ vel non, & proſequitur latè Felinus in dicto capi. De quarta, colum. 9 Qui Doctores dicunt, quòd vbi eſt probabile dubium in iure, error in eodem dicitur iuſtus, & æquipollet eorum facti. [illegible]

Secùs ſi dubium in iure non eſſet probabile, vt quia ius eſt clarum, & apertum, ad quod bene facit gloſ ordina. Inſtitut de oblig. quæ ex quaſi malefi. naſ. poſt princi. quam Bald. nuncupat ſingula in cap. Licèt, poſt princip. de Transla prælat. quòd error vel ignorantia in apicibus iuris excuſat errantem: & idem Bald. in l Venditioni, C. de Vſucap. pro empt. & in l 3 Si quis igno. rem minoris ſine decre. compa & has duas remiſſiones ponit Felin vbi ſuprà, & facit etiam quod dicunt Ioa. Fab. & Ange. de Aret. in § Suſpectus, Inſtitu. de Suſpect. tut. quòd ignorantes leges obſcuras & intricatas non poſſunt de tali ignorantia inculpari.

*Vbi dubiũ eſt probabile in iure, error in eodem dicitur iuſtus & æquipollet errori facti.*

Et idem reperio tenere Sal. ceterum in caſibus fallentiarum exorbitantium in l. Quod te mihi, ff. Si cert. petat. vbi ſunt videndi Alexan. & moder. circa hoc aliter loquentes. Facit etiã ad præmiſſa quod Barto. tenet in l. nec multi. § ad Crimen, colum. fina. ff. de Publ. iudi [illegible] vbi inquit, quod dubietas ſuper iure obſcuro vel dubio, ad errantis excuſationem equiparatur dubietati facti, vel ſuper facto allegat text cum gloſ. vbi id dicit expreſſe probari in § Quibus. 1. cõſt. C. Et commendat Soci. in rubri. ff. de Rebus dub. ex hoc inferens, † quòd ignorantia iuris dubij excuſat, ſicut ignorantia facti Et ſic æquiparat, & adæquat errorem & dubietatem iuris & facti, ignorantiæ iuris & facti, prout adæquantur per vtriuſque titu. C. & ff de Iuris & facti ignorã. progreſſum, iuncta l vlti C de Condi. indebi. loquẽtes de dubietate, & æquiparante eam errori ibi, [*Mente titubante*] ; & proximè ibi, [*Ancipiti animo*] ad idem l. Manifeſtiſſimi, §. Sin autem, neſcius & dubitans, C de furtis. Ad idem facit quod tenet Ioan. de Imo [illegible]
7

[illegible] nem

nem principij ꝗ de Appe & rela. dicẽs quòd ſententia lata ex pi eſſo iuris errore, quod ius poteſt multipliciter intelligi, non eſt nulla ipſo iure, per gl. in dicto. § Quibus Allegat etiam Innocen & Ioan Andre in capi Cùm ſpeciali, de Appe. Ad hæc etiam facit quod tenet Barto in l. In ambiguo, vbi etiam Pau. de Caſt Rapha & Socin ff de Reb. dub. vbi dicit, ꝙ quãdo aliqua lex habet plures lect non poteſt cenſeri certa, quia Iuriſconſultus non ſenſit niſi de vna, & legis propriũ & peculiare eſt certitudo, vt in dicto §. Quibus, & claritas.

Et propterea ſolet Barto allegari
8 in d. l. In ambiguo, † quòd lex habens plures lecturas propter incertitudinẽ intellectus ipſius non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. quod intelligitur (neque alia fuit intentio ipſius Barto) niſi vna illarũ lecturarũ fuiſſet magis probabilis & communiter approbata. vide Socin in d. l In ambiguo, ponentem decẽ cõcluſiones de hoc.

Redit ad premiſſa.

Sed redeundo ad premiſſa, quia diximus iſtum text. probare contrariũ, videlicet, quòd iuris ignorantia etiã certi clari & aperti excuſat ad eum reſpondetur dupliciter. Primò, quòd ratio hîc poſita in verſicu [*Præſertim*] non eſt finalis, neque fundamentalis: ſed potius alia ratio poſita in alio verſicu [*Non eſt enim veriſimile, &c.*] Nam dictio, præſertim, importat idẽ quod maximè, quæ deſignat idem in caſu cõtrario l Qui ſe patris, ibi [*Maximè emãcipatus*] C Vnde libe vbi notant Alexan. Cor Iaſ & recentiores, idcirco non probatur hîc, quod in principio verſiculi

Deinde vltra Doctores ſuprà ex text iſto deduxi contra Docto prænominatos, & licèt ſecundum Codices vulgatos ſit dictio, præterea, tamen vera (vt ſuprà dixi) eſt præſertim, quæ habetur in Pandect Floren. recenter impreſſis

Vel ſecundò poteſt dici, quòd in caſu iſtius text non ſit error in iure, ſed in facto quia non apparet quòd cauſa fuerit hîc allegata, & probata: imò quòd filia ſolummodo contradixit, ſiue ſciens, ſiue ignorans ſe habere cauſam contradictionis, & non opponens eam Itaque pater putans nõ ſubeſſe cauſam contradictionis, non obſtante filiæ contradictione, dotem exegit Nam ex quo in iſto text nõ fit mentio de ſubſiſtentia cauſæ, id eſt, ꝙ cauſa contradictionis ſubſtiterit, nõ eſt præſumenda cùm ſit quid extrinſecum, quod regulariter non præſumitur l Quæcunque §. vlt ff de Publicum alijs & licèt Doct iſtud ſuppleãt cum glo. tamẽ id faciunt, quoad iuris effectum, hoc eſt quo ad inualidandã obligationem, ad quem effectum ſufficit cauſam poſtea probari ſed quoad facti contingentiam in litera iſta non apparet de cauſa Et ita intelligẽdo, non videtur hîc probari quicquã de iuris errore Cogitandum erit ſuper hoc

9 Præhabitis † tamen his quæ de errore ſuprà tradita fuère, annotare libet, errorem iuris excuſare errantem vel ignorantem, ſaltem à culpa lata, quoad quid i quoad euitationem damni, vt in l Iuris ignorantia. la. 2 § vlti cũ l ſequen ff de Iuris & facti ignoran. ſ. allegata videlicet eo caſu, vbi talis error verſaretꝰ circa iura difficilia intellectu, vel circa iuris apices, vel talis error eſſet iuſtus & probabilis aliqua alia ratione, vt ſ. dixi poſt Docto non autem ſi eſſent obſcura & implicita in eorum intelligentijs Alios etiã caſus quibus iuris error excuſat, elicere poteris ex dictis per Bar. in l. Quod

neruaꝫ

nerua,col 7 ff Depoſiti Alios etiam tangunt recentiores quos ſuprà citaui in d l Iuris ignorantia, C Qui admi.& Iaſ & Deci poſt Alexan in l Si quis id quod,ff.de Iuriſ om iudi

*Summarium.*

1 *Incertitudo oneris hæredi impoſiti, etiam ſi uergat in emolumentum alterius cohæredis, reddit inutilẽ ipſam oneris impoſitionem quemadmodũ & uitiaret ipſum legatum principale, ſi eſſet omnino incertum*

2 *Vna clauſula teſtamenti derogat alteri clauſulæ eiuſdem teſtamenti*

3 *Verba ſequentia generalia dubia uel obſcura declarantur per uerba præcedentia clara.*

4 *Verba præcedentia quando ſunt expreſſa, & determinata, ſequentia autem ſunt dubia, uel obſcura, aut ambigua, præcedentia declarant ſequentia, potius quàm econtra.*

5 *Animus præcedens declaratur ex geſtis poſterioribus.*

6 *Qualitas maſculinitatis appoſita ad fideicommiſſum uniuerſale, habet declarare fideicommiſſum particulare, eodem teſtamento per teſtatorem relicta.*

7 *Verba generalia emiſſa ad complacentiam, & adulationem enunciata, non diſponunt*

8 *Statuta Italiæ diſponentia, ſtantibus maſculis, fœminas à parentum ſucceſſione propellendas eſſe, de quibus loquitur hic Bal quomodo intelligãtur.*

9 *In omnibus caſibus in quibus fœminæ poſſunt accuſare, in iiſdem poſſunt facere pacem, & remittere uindictam iniuriæ*

10 *Fœmina hodie non audiretur, ſi peteret ſibi dari uel aſsignari in inimicum, occiſorem patris, uel filij, uel mariti, abſentem & contumacem ſecundum formam legum Regiarum.*

§. *Lucius* Titius. 2.

TExtus iſte non diuiditur. Et ſummatur vt per Bartó Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. Item verba generalia, & obſcura declarãtur per præcedentia clara

Notandum eſt primò ex hoc text ſecundum Barto Bald & alios Doctores poſt Dy † q̃ incertitudo oneris hæ- 1
redi impoſiti, etiam ſi vergat in emolumentum alterius cohæredis, reddit inutilem ipſam oneris impoſitionẽ: quemadmodũ & vitiaret ipſum legatũ principale, ſi eſſet omnino incertum § Incertis, Inſti de lega. l Quidã relegatus, ĩ de reb dub l Cùm pater § fi ĩ iſto tit & l. Si domus, in prin ſ. titu 1 de qua incertitudine tradidi nõ nulla in l. 1. & l Quidam teſtamento. ſ. iſto tit Et ad huius nominis declarationem vide quæ dicam ĩ ſuper gloſ. vltim.

2 Secundò nota, † q̃ vna clauſula teſtamenti derogat alteri clauſulæ eiuſdem teſtamenti, ſecũdũ Bal. & Albe. poſt Dyn. Ratio ſecundum Bart. & Io de Imo. & Ange de Perigl in textualibus eſt quia ſecũda clauſula erat ſpecialis, per quam teſtator iuſsit onera legatorum ſpectare debere ad ſolũ filiũ & prima erat generalis, per quã voluit onus legatorum pertinere ad vtrũq, hæredem, ſcilicet filium & filiam Ad idem l. Legatorum petitio, §. Qui plures ſ. eod & in l. Si tibi hõ §. 1. ſ. titu. primo, quas Bar. & Angel de Peri. hîc afferunt, & ſic probatur hîc, q̃ ſecunda clauſula ſpecialis derogat generali, quando ambæ erant inuicẽ repugnantes. Sed eſt aduertendum, q̃ hîc loquitur quando erant poſitæ in eodem teſtamento ſeparatim ſeu disiunctim & ex interuallo Si autem incontinenti vna poſt aliam poſitæ eſſent, tunc recurrendum eſſet ad textum declaratum vt per Paul de Caſtr ibi in l Non ad ea, verſiculo Quòd ſi purè, ff. de cõditionib & demonſt Sed certè ille tex loquitur qñ in teſtamẽto ponunt duæ clauſulæ in ipſa ſcriptura cõtinuata vna poſt aliam

Ee 3 abſque

abſque interuallo & tamen non ſunt contrariæ, licèt ſint diuerſarum formarum, vt quia pura, altera conditionalis, ſicque ambæ compatibiles & verificabiles, & datur ibi optio legatario agnoſcendi legatum, ex qua forma illarum voluerit. Sed text iſte loquitur ex interuallo, & in formis incöp itibilibus ſicque ſecunda clauſula cuntraria primę tollit illam Sin autem eſſent coniunctæ immediatè vna poſt aliam, & ambæ contrarię, & ſic incompatiles, oportet dicere q̃ ſeſe concurſu collidant, & vna non præualeat alteri & conſequēter maneāt nullę, vt in l Si Titius, in princip ff de Condi inſti vbi Paul de Caſt & Doctores declarant illum textum non loqui ſolũ in perplexitate ſed etiam in contrarietate quæ diſſolui non poſſet. Sic in caſu huius text, ſi ambo præcepta teſtatoris fuiſſent abſque interuallo iunctim appoſita. primum videlicet in capite generali, vbi præcepit ambos hæredes filium, & filiam ſoluere legata, & libertates præſtare Deinde aliud, quòd ſolus filius ea præſtaret, diſpoſitio vtraq; eſſet nulla odio teſtatoris, qui talem contrarietatem indiſſolubilem verbis ſuis inuexit, vt aliàs inquit Pau de Caſtro in dicta l Si Titius, in princip Eſt enim regula Philoſophica, quòd duo contraria ſe ſe inuicem non compatiuntur, & probatur ex l Duo, & l Si pariter, ff de Libe cauſa, vbi non poteſt quis eſſe in duplici ſtatu cōtrario Ita dicendum in propoſito iſtius text etſi Doctores non tangāt Si autem (vt ad primum redeam) clauſula generalis in hoc textu eſſet poſterior, tolleret priorem ſpecialem ſecundum Barto per l. Meuius, § Eum qui, cum alijs ī iſto titu. per eum citatis. Qui text parum ad hanc rem conducunt; quia loquūtur de diuerſis diſpoſitionibus in diuerſis ſcripturis contentis Sed iſte text loquitur de contentis in eadem ſcriptura, vt patet ibi, [*Quadam tamen parte teſtamenti*] licèt loquatur in clauſulis in ea ex interuallo appoſitis, vt eſt ſuprà dictũ poſt gl hic ſimiliter in l Si quis eum, in princi per ipſum etiam allegata ſuprà de Vulga & pupi non erat vna ſcriptura, quin potius duæ, vel ſaltem illa ſcriptura cēſebatur loco duarum nam habebatur pro teſtamento paterno, item & pupillari, vt inquit gloſ ibi exponendo verbum in teſtamentis Quamobrem, quicquid Bartolus dicat, tenendũ eſt, quod ſi clauſula ſpecialis & clauſula generalis eſſent poſitæ in eadem ſcriptura hoc ordine videlicet, quòd ſpecialis eſſet primo loco poſita, generalis autem ſecundo loco, ſiue ponerentur inconti nenti, ſiue ex interuallo ſi tamen ſpecialis eſſet incompatibilis cum generali, derogaret poſteriori generali. Text eſt celebris, cuius non meminit Bartolus in l Cohæredi, § Qui patrem, ff De vulga & pupi quem in id notat Bald & Aret ibi de quo feci moroſam recordationem in l Legatorũ petitio, § Qui plures, ſuprà iſto titu Nam etſi in eadem ſcriptura, in diſpoſitionibus incontinenti appoſitis, non attendatur anterioritas, neque poſterioritas, vt in dicto § Quòd ſi purè, præallegatæ l Non ad ea tamen bene attenditur ſpecialitas ad derogationem generalitatis, quando ambæ diſpoſitiones ſunt inuicem incompaſſibiles Et hoc retento contra Barto opus eſt cogitare de reſponſione ad dictũ § Eum qui l Meuius, quia reſponſio ſuprà tacta non omnino ſatisfacit

*Duo cōtraria ſeſe inuicem non cōpatiuntur*

*Redit ad primum*

Tertiò nota ſecundum Pau de Caſt hic, finali verbis, quòd in dubio

ſit reſtrictio diſpoſitionis teſtatoris ad eum finem, vt talis teſtator cenſeatur grauaſſe hæredem vel legatarium alias oneratum quantominus fieri poſſit, dummodo talis reſtrictio fiat ſalua ratione recti ſermonis, & ex hoc declaratur id quod fuit dictum ſ. in § præceden 2 notab

3 Quarto nota, † quòd verba ſequẽtia generalia dubia, vel obſcura, declarantur per verba præcedentia clara, ſecundum Barto Bald & Docto Nã verba illa, [ *Magna onera ſuſtentaturum* ] erant indefinita, & videbantur æquipollere orationi vniuerſali l Si pluribus, ꝗ de Legat 2 ſed non æquipollent ob rationes quas ꝗ ſubijciam Ad idem l Si ſeruus plurium, § fina ſuprà titu primo, & l Qui filiabus, in princi. eodem tit & l Vtium, ff de Peti hæ vbi Barto Bald Ange & alij eam notant ad legum & ſtatutorum interpretationem, quibus ll probatur, quòd ſiue verba præcedentia, ſiue ſequentia ſint clara, ſemper declarant alia verba, ſiue præcedentia, ſiue ſequẽtia obſcura adeò quòd verba pręcedentia clara cenſentur repetita in ſequentibus obſcuris, vt in l Si ita ſtipulatus fuero ſi Titius, § Griſogonus, ff de Verbo obligatio eſtq́, ſemper notandum, quòd verba eiuſmodi præcedentia magis influunt in ſequentia, q̃ ecõtra influant ſequentia in præcedentia, vt tenet Barto in l Auia, in princi ꝗ de Conditio & demonſtra & in l Quiſquis, per illum text cum gloſ ꝗ titu 1 de legat 3 vt dixi ſuprà iſta l in § Gaius, ſecundo notabili ad finem, vbi retuli alias concordan

Verba pręcedetia eiuſmodi magis influũt in ſeq̃ etiã quã econtra.

Eſt enim magiſtra (vt dicũt) Doctorum maxima ſeu theorica, † quòd
4 quando præcedentia ſunt expreſſa & determinata, ſequentia autẽ ſunt dubia vel obſcura aut ambigua, præcedentia declarant ſequentia, potius quam econtra, ſecundum Bald. poſt Cyn in l Legatorum petitio, §. fina ſuprà eodem ad finem per illum text. Ad quod etiam eſt text nota in l Si cum fundum, ff de Verbo ſignificatio. quod etiam notat Bald Ioan. de Imo Are & Iaſ in l Cohæredi, §. Qui diſcretas, ſupra de Vulga & pupil Sed certè Bald in his duobus locis non ita præcisè loquitur in caſu Barto in dicta l Auia, prout à pleriſq́, refertur neque Bart qui idem notat, neque alij quos citaui, Ioan de Imo Are & Moder dicunt id quod prædixi Barto in dicta l Auia tenere, & in dicta l Quiſquis, ideoq́, illud eſt valde notandum & procedit etiam ſi præcedentia conſiſtant in ſolis præfationibus l vlti ſ de Hæredi inſtituẽ. l Titia, § Idem reſpondet, ff de Verbo obligatio

Nec propterea inficiamur, quin econtra præcedentia obſcura declarentur per ſequentia clara, vt notant Doctores in locis prællegatis

5 † Nam & animus præcedens declaratur ex geſtis poſterioribus l Si concubinam, §. Si res amotas ſ rerũ amota & l Cùm quis, in fine, C de Natura libe & l Sed Iulianus, § Interdum, ff ad Macedo l Si ventri. § In bonis, ff de Priui credi Ad quæ etiam vide bonum textum in l fina § Cui dulcia, ff de Vino tri & oleo lega & in l Vxori, § vltimo ꝗ titu primo de legat tertio vbi Barto dicit illum text. ponere nouum caſum & in l Nihil ꝗ. de coniun cum emancipa, lib eius, & in l Talis ſcriptura, § fina ſ titu. primo Quibus iuribus innixus Guido Pap deciſio 485 incipiente, Si in aliqua diſpoſitione, dicit notanter concludẽs, q́ ſi in quapiam diſpoſitione fiat mẽtio de filijs vel liberis maſculis, utputa in inſtitutione, vel in ſubſtitutione

4 † Nam voluntaté teſtatoris iura dicunt deſumi ac colligi ex eo quod ipſe veriſimiliter eſſet facturus ſi viueret. l Quoniam deſideria, in primis verbis C de Na. libe quéadmodum ex his quæ ipſe viuens facere ſolebat l Si ſeruus plurium § ſi ſ tit primo vbi ante omnia attéditur conſuetudo teſtatoris & licèt gl illa reſtringat illud, tamen Barto ibi reprobat illam & ad idem facit l Dominus eſto, in ſi ſ de Vſufructu lega Et hoc modo intelligẽdo iſtum tex ceſſant ambages gloſſarum & Doctorũ neque enim abſq, ratione Bar hîc ad fin addubitauit, & voluit prout ſ dixi intelligere tex vt iacet, licèt nihil declaret, neq, ponat rationem differentiæ inter vtrunq, caſum Sic itaq, quádo legatur per verba de præterito, eſt differentia inter extraneum & maritum ſed quando per verba temporis præſentis, vel futuri, ſimpliciter, non

eſt differentia inter diſponentes, ſiue ſit maritus diſponens, ſiue alius quia ſemper fit deductio & ita conciliatur intell Bar & Iaco cum iſto intell vt tamen Pau de Caſt tenentẽ cõem, & eam limitantem Inducit Bald iſtum tex in argumen ꝙ quando ſunt duo inſtrumenta, quorum alterũ refert ſe ad alium, ſemper conſiderari debet ad quid & qualiter ſe referat quaſive

Conciliatio intellectus Bar & Iaco

5 ſit dicere, † ꝙ id quod continetur in ſcriptura, ad quam fit relatio, cẽſetur contineri in ſcriptura referente hic enim teſtator legauit omne illud qđ ad maritum peruenit & ſic cenſetur legaſſe totum id quod peruenit, prout continetur in ſcriptura faciẽte mẽtionem vel fidem de peruentione, ad quam fuit relatio facta in ſcriptura teſtamenti ad quod facit l ſi C de falſa cauſa adiect. leg vbi ſi dos legetur facta relatione ad inſtrumẽtũ dotis, nõ requiritur alia probatio, niſi quod inſtrumentũ loquitur, & illud ſolũmodo venit in legato Ex qua lege Bald

6 deducit ibi, † ꝙ ex duobus inſtrumentis inuicem coniunctis aliquid redditur liquidum, quod ex vno eorũ ſolo non eſſet liquidũ. Et illud inducit ad executionem inſtrumentorũ guarẽtigiorum Nam vt inſtrumenta mandentur executioni, oportet ꝙ ſint certa ſeu liquida, vt tenet Bar in l Proinde, § Notandum, ff ad l aquil & in l 3 col 5 ꝰ ad ſi C de Pigno bon tex in l Hoc iure 2 char ff de Ver obli quẽ in id cõmẽdat Bal in l Cũ teſtamẽto, C de teſt manumi & in l Siquidem, C de excep & eſt lex 5 ti de las excepciones lib 3 Ordi vbi requiritur ad exequutionẽ, quod cõtractus exequibiles ſint certi, quod idem importat in caſu illius l ac ſi dixiſſet, quòd ſint liquidi vt ex verbis præcedentibus patet, item & ſequentibus † licèt aliâs

No ad executioné inſtrumentorum guarentigiorum

L 5 titu de las excepciones lib. 3 Ordi.

7 appellatio certi ſit generalior ꝗ liquidi, vt in l Certum, ff Si cert peta Ex qua deductione Bal in dicta l fina patet, quòd cùm quis per chirographum priuatum, & à parte non recognitum, ſed probatum per producentem, promiſiſſet alicui certam pecuniæ quantitatem, & poſtea in inſtrumẽto publico ſeſe obligaſſet implicitè & relatiuè ad contenta in illo inſtrumento priuato ſeu chirographo aliâs probato abſque recognitione quia cùm tale inſtrumentũ fuerit effectum liquidum per chirographum probatum mandaretur executioni ac ſi à principio ex ſe ipſo fuiſſet liquidum Dixi bis probatum, & non recognitum, per partem quæ eidem ſubſcripſiſſet quia ſi tale chirographũ eſſet recognitũ per ſubſcribẽtem, nõ eſſet opus alio inſtrumẽto puplico. quia talis recognitio cẽſeretur eſſe cõfeſſio iudicialis quę de iure cõi habet paratã executionẽ, vt per gl in l Vna, in gl magna ante mediũ, vbi Bar Bal & Sal id notant, & declarãt C de Cõfeſſ & hodie iſtud de recognitione chirographi, dum diſponitur per pragma nouiſsimam & ita aliâs ex facto Nota. reſpondi, & obtinui & vltra adducebam tex in ſimi vbi Bal not in l Gallus § Ille caſus ꝰ de libe & poſth ib, [*capitibus legis quaſi cõmixtis in hoc legem inducere, &c*] vbi probatur, † quòd argu ſum-

8 ptum à cõiunctione duorum vel plurium capitũ eiuſdẽ legis & pari ratione, à coniunctione duarũ vel pluriũ ll dicitur tex legalis & ad id notat eũ Bald ibi tertio notab ita in ſimili ſatis accommodato, dicendum eſt in noſtro propoſito Vel poteſt poni aliud exemplum in practica videlicet, quãdo quis promiſiſſet coram duobus teſtibus centũ alicui, & poſtea per inſtrumentum guarẽtigiũ ſeſe obligaſſet implicitè ad idẽ qđ promiſerat ſed vtrunq; exemplũ tẽdit in eũdẽ ſcopũ.

Exemplũ in practica

In glo

In gloſ dotem, iſta gloſ videtur ponere differẽtiam inter duos caſus huius text vt primus loquatur quando dos fuit relicta per dictionem videlicet, quicquid ſecundus, quando per indefinitam vel particularem, & hãc tenuit Dy & communiter Doct antiqui ſecundum Barto qui tamen recedit ab ea, tenẽs lect. quam gloſ in parte, quicquid, tenet, quę vult, quòd diſſidium inter vnũ caſum & aliũ ſtet in hoc, an dos legetur per verba temporis præteriti, & non fiat in reſtitutione legati deductio impẽſarũ an verò p verba præſentis & futuri tẽporis vel ſimpliciter & tũc ſit facięda cõtra mulierẽ & eius hęredẽ Quã lect vt inquit Barto & retuli ſ̃ tenuit Iaco Butri in dicta l 3 C de Fal cauſa &c cui videtur aſſentiri hic Albe Et quã quam Bal & Pau de Caſt videantur eam tenere, eorum tamen declaratio tendit ad ponendam aliam lectu de nouo, quam ſ̃. retuli an legatum fiat per verba iuris, an facti quam lect tenuit etiam Corne poſt multa in ea l 3 ante finem Sed vt ſ̃ tradidi, melior videtur lectio gloſ ibi, licèt communiter ſit reprobata ſed tamen vt ſ̃ induxi, probatur efficaciter ex text dum facit differentiam, an dos leget̃ mulieri ab extraneo, an à marito ipſi⁹ & ad vnũquẽlibet horũ duorũ caſuũ poſui ſ̃ rationẽ vrgente & realẽ. & ita eſt tenendũ, cum tẽperamẽto cuiuſdam ſubdeclarationis, quam ibi etiã ſubiunxi per quã ſaluatur Bart. Nam licèt aliæ lect in ſe procedant, tamen nulla aptatur ita bene ad text prout hæc quam text videtur ſonare, licèt in principio aliò videatur tendere Certè non poſſumus diffiteri text iſtum eſſe valde implicatum & difficilioris intelligentiæ quàm ſit alius in hoc titu indigetq́, (vt eſt in prouerbio) Delio natatore etſi aqua 1 materia ſit breuis, & parum ſpatioſa, & non dilatabilis Et ſi res ex facto inciderit, prout faciliter poſſet, cũ ſit materia ſatis contingibilis, eſſet valde in ſudandũ in enucleãda veritate iſtius articu, Quia profectò in huius tex intellectu non quieſcit animus Et iſta pro nunc ſufficiant.

Tex iſte eſt difficilis intelligentiæ

## *Summarium.*

*1 HAeres in dubio cenſetur grauatus ad præſtanda contenta in teſtamento*

*2 Legatũ differt a donatione inter uiuos cum ad libitum legantis poſsit uſq; ad obitum ipſius reuocari etiam tacitè.*

*3 Legatum reuocatur per inimicitias capitales ipſo iure tum demum quando proceſsiſſent culpa legatarij ſecùs ſi teſtatoris*

*4 Donatio nõ reuocatur ipſo iure, niſi donator eã expreſſè in uita reuocauerit*

*5 Donatio non acquiritur abſenti ſine acceptatione ſecus in legato purè relicto, quia tranſit in legatarium ipſo iure*

*6 Legatum ſemper præſumitur fieri ob ipſius legatarij merita & quomodo intelligatur*

*7 Codicilli largo modo dicuntur teſtamentum*

*8 Etſi in dubio omnes hæredes cenſeantur grauati, tamen quando unus ſolus eſt poſitus in cõditione, ille ſolus cenſetur eſſe grauatus.*

*9 Donatio cauſa mortis cum clauſula de non reuocando illam, uertitur in ſimplicem donationẽ inter uiuos irreuocabilem*

## L *Legatum*

NVnc regredior, vt ſuprà ſum pollicitus, ad nonnulla dicenda ſuper l legatum Inquit litera ipſius, [*Legatum eſt donatio quædam in teſtamento relicta*] ſupplet gloſ ab hærede præſtanda & bene,
1 † quia in dubio hæres cenſetur grauatus ad præſtanda contenta in teſtamento vt in l Si ſeruus legat⁹ § Qui Margaritam, verſ Non autem ſ̃ titu primo Ita etiam deſcribit Bar legatũ, licèt non citauerit hanc l in l Si tun

Deſcriptio legati

dum per fideicommiſſum ad mediũ ꝟ tit primo Aliter deſcribit Iuriſconſultus in l Lagatum, in princi ſi char ꝟ titu primo, quæ ab iſta non diſtat in effectu & inquit gloſ hic, quòd dicitur donatio ad aliarum ſpecierũ donationum differentiam ſcilicet, inter viuos & cauſa mortis Nam vt ipſam
2 deſcriptionem aperiamus, † legatum differt à donatione inter viuos, quũ ad libitum legantis poſſit vſq; ad obitum ipſius reuocari, etiam tacitè. l 3 in fin ꝟ de adi lega vbi ſi poſt legatũ alicui factum, inter eum & teſtatorem inimicitiæ grauiſſimę interceſſerint id eſt capitales, legatum cenſetur ipſo iure ademptum, abſque alia reuocationis expreſſione adeò quòd inquit text in l 4 ſtatim ſequente, quòd ſi ante mortẽ teſtatoris ipſum pœnituit offenſæ, legatum redintegratur Quem text expendit Iaſ in l. Hæreditas, colum 2 C de his qui. vt indig contra Barto in l Cum tabulis, § Quoniam, ff eo in quantum ibi te-
3 net, † quòd tunc demum per inimicitias capitales reuocatur legatum, ipſo iure, quando proceſſiſſent culpa legatarij ſecùs ſi teſtatoris, qđ eſt cõtra text in dicta l 4 ibi, [*Si teſtatorem prioris offenſæ pœnituiſſet*] qui text non poteſt aliter intelligi niſi in offenſa procedẽte ab ipſomet teſtatore & idem eſt de intentione Bald & Ioan de Imo in alio tamen propoſito, etſi illũ text. non citet in l penul in princi ꝟ Solut matrimo Donatio autem inter viuos (vt ad eam redeã) regulariter ab ipſo initio eſt irreuocabilis, vt in § Aliq, poſt princi inſti de dona vbi ſpeciatim dicitur, quòd talis donatio omnino non æquiparatur legato quoad irreuocabilitatem & ſic etiam ſi donatarius committat aliquam vel aliquas ex cauſis ingratitudinis in iure expreſſis, vt in l fina C de reuo dona. & in

Ad l 3 & 4 infra de adi leg

4 cap fina de dona † nõ reuocatur ipſo iure donatio, niſi donator eã expreſsè in vita reuocauerit, vt eſt text notab in ea lege vlti ad fin Ratio huius differentiæ eſt perfectio donationis in ſeipſa, & imperfectio legati, itidem in ſe ipſo quapropter facilius reuocatur legatum, cuius validitas ſtat in ſpe, põdetq; à morte teſtatoris extitura in vita ipſius legatarij, & ſic non poteſt antea habere perfectionem, prout donatio quæ eſt in ſe ipſa ab initio perfecta, quando fit inter viuos ſeu irreuocabiliter l Senatus, § Mortis cauſa, ff de dona cauſa mortis Hinc eſt, q; appellatione donationis ſimpliciter, nõ venit donatio reuocabilis l 1 in prin & l Filiusfa § Pari ff de donat & iſta eſt vna differentia inter legatũ & donationem inter viuos Eſt alia, quia etiam ſi legatum excedat quantacunque ſummam, nõ indiget inſinuatione quia non reperitur iure cautũ, q; debeat inſinuari & tenet Bald in authen ex teſtamẽto, col 2 C de colla. ſecùs in donatione excedente ſummam 500 ſolidorum l Sancimus, in prin C de dona Eſt & alia videlicet, nam pro legato competũt tres actiones, ex teſtamento, rei vendicatio, & hypothecaria l 1 C communia de lega § 1 inſti de lega Sed pro re donata inter viuos, non cõpetit niſi cõdictio ex l Si quis argentum § Sin autem C de dona quod intelligo, niſi eſſet ſubnixa traditione vera vel ficta, vt conſtituto tunc enim cùm in donatarium dominium trãsferretur, poſſet talis res donata vendicari per donantem, ſiue ab ipſo donatore, ſiue à tertio, in quẽ fortè res donata trãſijſſet, quod eſt indubitatum Et eſt alia
5 diſſidentia, † quia donatio non acquiritur abſenti ſine acceptatione l abſenti, ff de dona ſecùs in legato purè relicto, quia tranſit in legatariũ ipſo iure

Alia ratio.

iure l à Titio ff de fur l. Si tibi homo, § Cum ſeruus ſ titu 1 etiam ignorã-tem l Cùm pater,§ 2 ĩ iſto titu & de donatione prædicta inter viuos non eſt dubium, quin à legato differat in vniuerſum,& vt aliâs dicitur, diſtent è diametro vt in d § Aliæ, inſti de do na apertè dicitur Sed maius dubiũ verſatur in donatione cauſa mortis, & in alijs donationibus inualidis,quę tamen ex poſt facto morte confirmã-tur,vt eſt patris in filiũ, & viri in vxo-rem ſed nihilominus inter eas parte vna & legata ex alia ſunt plures diffe-rentiæ, quas inpræſentiarum non at tingimus, ne extrauagari videamur pro nunc tamen ſufficit citare gl or in l 2 ff de dote prælega probantem, ꝙ donatio cauſa mortis potiùs æqui-paratur contractui,quàm vltimæ vo-luntati ſeu legato quę intelligi debet ſecundum reſolutionem diſtinctiuã Bal quã ibi ſequũt̃ recentiores cõmu niter Redeũdo ad ſuperiora, patet ꝙ legatum vocatur donatio 1 quædam liberalitas,non autem eſt de alijs ſpe-

6 ciebus donationum & quãquam † le gatum ſit quędã mera liberalitas,quę in legatarium confertur, tamen ſem-per præſumitur fieri ob ipſius legata-rij merita l Nec adiecit, ff Pro ſocio, quod intelligi debet in legatarijs ex-traneis ſecùs in cõiunctis ratione ſan guinis quibus videtur potius relin-qui ea ratione ſ ſanguinis,& ipſius cõ templatione, quàm meritorũ ipſius legatarij,ſecundum Bar & Doct in l Qui filiabus,in princip ſ tit 1 & Bal in authen.Ex teſtamento 3 col C de colla per l Tutor petitus § Quæ tuto ribus ſ de Excuſa tuto Quod etiã per eundem tex poſt eoſdem Docto te-net Deci in c Quoniam Abbas, fina col de offi delega Redeundo itaq, ad inſtitutum 1 ad diffinitionem legati, dicitur in ea,[*Teſtamento relicta*] verbum iſtud

Redit ad diffinitionẽ legati

iſtud [*Teſtamento*]ponitur largè,vt com prehendat etiam codicillos, & aliam quamcunq, vltimam voluntatem, in qua poteſt fieri legatum poteſt ſiqui dem fieri in codicillis l Cõficiuntur, in prin & l Si quis cùm nullum ff de Iure codici & notat gl & Doct in ru-bri C cõmunia de lega & diſpoſita in codicillis perinde habẽtur, ac ſi in teſtamento eſſent diſpoſita l 2 § co-

7 dicillorum ff eo de iure codi † cũ ipſi codicilli largo modo dicantur teſta-mentum glo in l 2. in parte perſona-les,& ibi Bal & alij C.cõmunia de le-gatis & in l.2.prope ſi ſuper ver Oẽs C de conſti.pecu & not Bal in l fi 2 q C de Edi di Adri tollẽ & in l Hac conſultiſſima,C Qui teſtamenta fa poſſ & in l fi C de teſta & generalr̃ quòd legata poſſint relinqui in qua-cunq, voluntate vltima,eſt text in § præterea,inſti de Fideico hęre & ad-ditur,vt ſ dixi hic in glo ad diffi Iuriſ conſulti ab hærede præſtanda quæ verba ideo adijciuntur,quoniam ne-mini,ſiue hæredi,ſiue legatario, ſeu fi deicommiſſario,relinqui põt à ſeipſo l Legatum 2 § Hæredi,eodemq, pri-mo ſ.tit 1 & grauamen de pręſtando legatum vel fideicõmiſſum iniungit̃ ipſi hæredi,vtpote capiti teſtamenti, vel ſucceſſionis ab inteſtato,ceſſante teſtamento l Proximè.ff de his quæ in teſtamento delen ad mediũ §.an-te hæredis,inſti de legatis Hinc eſt,ꝙ etiam ſi teſtator leget imperſonaliter non deſignando perſonã hæredis, in dubio cenſetur ſemper legaſſe ab hæ rede, & eum grauaſſe ad talis legati præſtationem(vt in prin ſ dixi) & hìc repeto vt addam & talis imperſonali tas non habet vitiare vltimã volunta tẽ Caſus eſt & exẽplũ in d l Si ſeruus legatus, § Qui Margaritã ſ in prin. citato,de lega 1 vbi eſt text admodũ notandus,ꝙ ſi teſtator dicat, rogo te

Titi, vt acceptis 100 nummis, ſeruũ illũ manumittas, el Sempronio quid prę ſtes, ſeu reſtituas, hæres per eiuſmodi verba imperſonalia cenſetur grauatus dare illa centũ Titio & vice verſa, Titius poterit contra eundũ hæredẽ agere ad illa ſibi pręſtanda quem tex pro nota cõmendat Bal ibi, & in l fi § vlti ff Si cei pet vbi reddit rationẽ Nam ideo ſecundũ eum imperſonalitas nõ vitiat vltimam voluntatẽ, quia in dubio effectus & executio ipſius diſpoſitionis refert ad hæredẽ vniuerſalem & in idem dicit illum text vnicum Bal met, in auth Si quãdo, C de conſti pecu & eſt etiam bonus tex vbi eum idem Bal notat in l Peto, in prin ĵ iſto tit vbi verba illa, peto Luci Titi, vt contentus ſis centũ aureis, inducunt legatum & petitionem quãtitatis ab hęrede, licèt per teſtatorem non fuerit nominatus Ad idẽ l Fidei cõmiſſa § Si quis ita ſcripſerit ĵ tit 1 vbi ſi dicat teſtator ſufficiant tibi vineæ vel fundus, inducitur per verba illa fideicommiſſum & ſtatim ſubijcit aliam deciſionem circa verba illa, contentus eſto, ſimilem deciſioni dictę l Peto, quam ibi gl adducit pro cõcordante, & per eundẽ tex in § Qui Margaritam, verſ non autẽ, dicit not Bal in l Vna, ad fin C vt actiones ab hære & contra hæ colum fina quòd ſi teſtator dicat, lego poſt mortem Titij decem, non exprimendo vltra cui leget, videtur ſeu cenſetur legaſſe hęredi eiuſdem Titij Sed illam deciſionem impugnat Socin in l Paulus 2 poſt initium titu ĵ de reb dub & rectè 2 notab vbi videndus erit cùm oportebit Eſt etiam aduertendum, quòd tex in codẽ ver Nõ autẽ, debet intelligi (vt ibi declarat Pau de Caſt) qñ legatarius eſſet grauatus accepta certa quãtitate dare alteri fundũ proprium, non autem ſibi à teſtatore relictum quia tunc illam pecuniam debet percipere ab hærede, non à fideicommiſſario, tanquam ipſi legatario relictam ab hærede præſtandam ſecùs ſi legatarius eſſet grauatus, vt accepta certa pecuniæ quãtitate daret alteri fundum ſibi à teſtatore relictũ, vt illi daret quia iſto caſu nõ debet illã pecuniã recipere ab hærede, ſed à fidicõmiſſario, cui fundus ſibi legatus eſſet ab eo pręſtãdus ſeu reſtituẽdus text eſt ſingula in l codicillis in prin vbi Bar ĵ de Vſufructu legat & tradit Alexã in l Acceptis nummis ĵ ad l Fal

8 Adnotandum eſt etiam iuxta præmiſſa, † quòd etſi in dubio omnes hæredes cenſeantur grauati, tamẽ quando vnus ſolus eſt poſitus in conditione, ille ſolus cenſetur eſſe grauatus. text eſt nota vbi exẽpium in l Si fundum ſub conditione, § Si libertus ſ titu 1 iuncta l Ab omnibus, in princi eo titu Et ad præmiſſa videatur bonus text in l Lutius in princi s titu 1 vltima char & quod Bald ibi decidit per eum, quem ſequitur Soci in l Qui duos, in princi colum 5 ĵ de reb dub Reſolutio in hac l eſt, quòd hic nõ eſt propriè diffinitio legati, ſed eſt potius quædam deſcriptio nam loquitur de donatione impropria & exorbitãte 1 de quadam largitate teſtatoris erga legatarium, quæ neq, eſt inter viuos donatio, neq, cauſa mortis, licèt redacta ſit ad inſtar vel exemplum donationis cauſa mortis, non tamen omnino & perpetuò vt in prin inſti de donatio nam ſunt inter ea aliquæ diſſidentiæ, quæ colligi poſſunt ex dictis Doctorum poſt Bal præſertim Alex. Aret Iaſ Soci Lanze Vincentij de Perusin l 2 ſ titu 1 & Ci Bal Albe Sali & aliorum ordinariè ſcribentium, in l ſi C de dona cauſa mortis Et in quantum in prin de dona ſ allegato dicatur reſerendo d l fina quòd donatio Reſolutio hac l.

cauſa

causa mor fere per omnia æquipara
tur legato illud ferè exponit tranſla-
tio ex Theophilo, quia à viuente in
viuentem confertur Quibus verbis
duo inſinuantur primum differentia
inter mortis cauſa donationem & le-
gatum Sed certè hoc reſpectu nulla
eſt differentia inter ea, quoniam eo
dem modo legatū etiā confertur à vi
uēte in viuentē & vtrobiq, cōfertur
poſt mortē diſponētis Secūdo innui
tur ibi, quòd in nullo alio differant
ſed hoc non procedit, & contrarium
colligitur ex dictis Docto vbi ſ vbi
ponunt multas conuenientias inter
ea, ex quibus reſultat aliquæ diſſiden
Cōuenientia vltra Doct tię, & tradit glo in ver ferè in § i in-
ſti de dona Sed vltra eos aſſigno aliā,
9 & quidem valde nota † Nam dona
tio cauſa mortis cum clauſula de nō
reuocando illam, vertitur in ſimplicē
donationem inter viuos irreuocabi-
lem Tex eſt nota qui aſſiduè in id al
legatur in l vbi ita donatur, ff de do-
na cauſa mor & licet glo i ibi alle-
get duas concordantes, tamen nō ita
bene probatur, vt in dicta l Vbi ita,
quam vltra Docto ibi dicit ſingu Io-
an de Imo in l Si ſocer, § Lutius, ſ So
lut matrimo & eam commēdat poſt
Docto alibi Iaſ in l Non omnis nu-
meratio, in prin ff Si cert peta vbi vi
dendus erit Deci de ipſius intel & in
l fin C de Pactis & tamen ſi legatum
relinquatur cum tali clauſula, non ef
ficitur irreuocabile imò teſtator ad
libitum poterit illud reuocare quia
peculiaris & ingenita natura vltimæ
voluntatis eſt, vt ſit reuocabilis vſq,
ad vltimum vitæ ſpiritum l Cum hic
ſtatus, § Ait omnino, ff de donat in
ter vi & vxo neque vlla cautela po-
teſt effici irreuocabilis Barto in l Si
quis in princi teſtamenti ſ titu i Et
hæc ſufficiant in hac l facio tranſitū
ad l Meuius

*Summarium*

1 *Declaratio extenſiua l Si miles qui deſti naverat paſſim allegabilis*

2 *Prima declaratio reſtrictiua ad regulam quæ deſumitur ex l, Quoties ff de re du & ex l Quotiens ff de Ver ob cum cōplicibus*

3 *Fauorabilior eſt conſeruatio voluntatis defuncti quam actus validitas, ſpiderir in cuiuſcunq, diſponētis voluntate etiam inter viuos*

4 *Secunda reſtrictio ad regulā præfatā, vide infrà nu 7 ubi exemplificatur*

5 *Quod ex mente elicitur, eſt ex uera & proprio ac propriiſſimo ſignificato*

6 *Diſpoſitio flectitur ex ſignificato impropriiſſimo, ut poſſit aliquatenus eſſe ualida.*

7 *Præſumptio ualiditatis actus non inſurgit, ubi deeſt utrumq, ſignificat is tam proprius q̄ improprius, & iſtud declarat numerū 4 ſuperius deſignatum.*

8 *Quomodo accipiendum ſit quod a Decio in pleriſq, locis traditur, præſumptionē ualiditatis actus alijs præſumptionibus prævalere*

9 *Inueriſimile reputatur impoſſibile, licèt ſit poſſibile*

10 *Tractatur in hoc ultimo pronuntiato an ex iſto tex efficaciter euincatur hæredem extraneum præſumi ſcire contenta in teſtamento, in quo fuit inſtitutus & tandem concluditur quòd non*

11 *Declaratio reſtrictiua ad l Cum alienam, C de legatis*

12 *Tractatur hîc poſt glo de pluribus modis eſſendi plus in legato facto per debitorem creditori, ut legatum illud ſuſtineatur*

## L Meuius.

Meuius fundū mihi ac Titio ſub cōditione legauit: hæres autem eius eundem ſub eadē conditione mihi legauit Verē dum eſſe Iulianus ait, ne exiſtē te conditione pars eadem ex vtroq, teſtamēto mihi debeatur voluntatis tamen quæſtio erit.

Nā incredibile videtur id egiſſe hęredem, vt eadē portio bis eidem debeatur ſed veriſimile eſt de altera parte eum cogitaſſe Sanè cōſtitutio principis qua placuit, eidem ſæpe legatum corpus non onerare hęredem ad vnum teſtamentū pertinet. Debitor autem non ſemper quod debet, iure legat ſed ita, ſi plus ſit in ſpecie legati. Si enim idem ſub eadem conditione relinquitur, quod emolumentum legati futurum eſt.

Tota hæc lex à capite ad calcem eſt difficilis ſed Paragraphus Duorū eſt omni reſpectu ſummè difficilis: ſcilicet, in text & glo & materia Principium huius l vſque ad eundem §. Duorum, excluſiuè ſcinditur in quatuor partes vt per Barto & ſummatur vt per eum Vel clarius ſic Hæres idēque debitor partium fundi duobus per teſtatorem cōiunctim legati ſub conditione, ſi eundem fundum vni ex his poſtea ſub teſtamento leget ſub eadem conditione, videtur aliam partem, non illam quæ ex primo teſtamento ad eum pertinebat, legare. Vel poteſt generalius ac breuius vt per Dy ſummari, quem Alberi refert in prima epithome videlicet, diſpoſitio hæredis ſequens ampliat diſpoſitionem teſtatoris præcedentem Et diuiſio Alberi videtur congruentior quàm Barto quoad vltimam particulam, in verſic Debitor, vbi dicit poni probationem determinationis poſitæ in verſicu [*Voluntatis* ] Sed Barto dicit poni ibi reſponſionem ad aliam obiect tacitā vtrunque tamen procedit Sed tamen Bald in textualibus declarando text tenet idem quod Bartol. in diuiſione, & eſt clarior modus intelligendi ver [*Debitor autem* ]

Triplex ſumma.

Deſumitur ex hoc tex ſecundum gloſſarum & Doctorum communē intentionem & declarationem, q̄ hęres illius qui legauerat alicui partem fundi vna cum alio coniuncto in alia parte, vtpote eadem re coniunctim & ſub conditione vtrique legata, qui quidem hæres erat vtriq, collegatario debitor partis vtriuſq, ſi ante euētum talis conditionis leget eandem rem alterutri eorum ſub eadem conditione, cenſetur in legando ſenſiſſe de parte quam non debebat ei, ſed alteri collegatario. Rationem ſubdit text ne legatum fiat inutile aliâs ſi abſque tali prǽſumptione validitatis legatum de ſe fuiſſet vtile, aliud dicēdum eſſet l Qui concubinam, § Qui fundum ff titu primo quia ibi etiam circunſcripta ſeu abſtracta conſideratione partis alterius tale legatū quoad partem ipſius teſtatoris legātis poterat valere, ex quo tali legatario illa pars non fuerat primo legata in teſtamento eius qui hęredem inſtituerat hunc ſecundum teſtatorem, vt hîc fuit & ſic eſt ibi caſus ab hoc omnino differens Sin autem in caſu illo teſtator illi legato fundi adieciſſet dictionem vniuerſalē, vel totitatiuam putà omnem vel totum fundum, non cenſeretur ſola pars legata, ſed totus fundus, ſaluo iure quod in alia parte alij tertio, id eſt collegatario cōpetijſſet l Iulian⁹, in prin ff tit 1 de lega 3 & in hoc ſecūdo ille tex cōcordat cum iſto vbi licèt legatū fundi importet etiā aliā partē collegatarij, quæ legata nō fuerat alteri collegatario tn̄ illud eſt, quātū ad illius ęſtimationē Cęterū ipſa portio ſeu media pars fundi remanet cum alio collegatario, cui coniunctim

Deciſio textualis.

Ratio ipſius deciſiua.

No ad prædictum § Qui fundū

iunctum cum iſto legatario fundus
fuerat legatus Et illum caſum in d
l Iulianus, in prin dicit alibi non reperiri. Albe ibi in ſpecie, ſed in ratione
Singu caſus non alibi concordat ſecundum cum l Procurator vbi ſe remittit ff Man Sed non inuenio, nam vna lex parua in illo ti ita
incipiens nihil ad rem iſtam cōducit
Sed de ea re videndi ſunt Bart Ange
vterq, Imo Iaſ Aret & cæteri recentiores in l Serui electione, § vlti ſ tit
primo vbi tamen (quod miror) gl nō
meminit illius l Iulianus Ratio deciſionis iſtius l Meuius in prin ſecundū
glo & Doct eſt ea quam prædixi, quę
innititur validitate actus, ne pereat
Et ſic vt per diſpoſitionē hæredis nouam potius præſumatur aliquid fieri
in præiudicium eiuſdem primi hæredis, teſtatoriſq, ſecūdi, quam q̄ idē teſtator ſecundus in legando voluerit
facere actum nullum vel inualidum
1 †Quod eſt nota ad declarationē extē
ſiuam l Si miles qui deſtinauerat ſ de
mili teſta vt illius l regula, quæ habet, quòd nemo præſumitur velle,
actum quem facit eſſe inualidū, procedat etiam, quòd actus ille reſultaret in præiudicium hæredis quem te
Pōderatī hic tex. ſtator poterat grauare Itaq, in effectu & re ipſa probatur hîc, qđ vbi vnꝰ
idemq, actus vel diſpoſitio poteſt accipi dupliciter, ſi tamen vno modo
intellectus valeat, & alio modo minimè, ſemper eſt præferendus intellectus per quem actus fiat & maneat validus Ad idē vulgo citantur lex Quotiens, item & l Quotiens ff de rebus
dub & de Verbo obli & faciunt alia
2 iura vtrobiq, per glo allega † Quorū
iurium regula reſtringitur primo, vt
intelligatur niſi pręſumendo actum
validum fieret contra voluntatē defuncti, qui talē actū fecerat nam talis
defuncti voluntas eſt ſeruāda, etiam
ſi ex eius obſeruatione actus ille red-
3 deretur inefficax & inutilis † Etenī
fauorabilior debet eſſe cōſeruatio voluntatis defuncti, vtpote regina & dominatrix in teſtamentis q̄ actus validitas Tex eſt nota ſecūdum Pau de
Caſt in l Verbis ciuilibus ibi, [*Ne fiat cōtra teſtatoris volunta em, &c*] & ibi etiā Iaſ
notat 6 not ff de Vul & pu vbi Pau
in textualibus penul textuali in trāſcurſu verborū nō facit vim in conſeruatione vltimæ voluntatis, ibi dū dicit, [*Seu loquentis,*] Sed vult idem eſſe in
quocunque diſponente etiā inter vi-
4 uos, & ſic generaliter & bene † Alia
reſtrictio prædictæ regulæ eſt, vt ita
demū actus cenſeri debeat in dubio
validus, qñ verba ex proprio vel improprio ſignificato poſſunt ſic interpretari, vt actus valeat l Fideicōmiſſa §. Si filio, de lega 3 ſed licèt ille tex.
ſoleat ad id allegari de improprio ſignificato, tñ non probat vt patet ex
verbis ipſius & eſt de intentione Bar.
tā in ſumma, q̄ in eo qđ expendit verbum peruenire Et in quantū ibi tex
dicit, [*Sed intelligi hoc ita poſſit*] ſupplet glo.
5 ex mente & tñ expeditum eſt, † q̄ id
quod ex mēte, venit nō eſt ex improprio ſignificato, ſed ex proprio, imò
propriiſſimo l Cū mulier, vbi Bal notat ſ Sol mat & in prin inſti de legitima patro tute & in l Nominis & rei,
verſ [*Verbum ex legibus*] ff de Verb ſigni
Gl ord in c 1 in parte, Italiæ, ad medi.
de tempo ordi lib 6 ſed potius probatur illud ex d l Si miles qui deſtinauerat, in prin ibi, [*Iure cōi teſtari*] i tāquam
6 paganus iuncto ver [*Neq, enim*] vbi † ſuſtentatur eius diſpoſitio etiam impropriiſſimè flectendo teſtamentum de
iure cōi ad teſtamentum de iure militari quæ duo teſtamenta diſcrepāt
inter ſe (vt aliâs dicitur) ex diametro
Aliter aūt (redeundo ad ſuperiora) ſi
neq, de proprio, neque de improprio
ſignificato talis interp̄tatio fieri poſſet
eſſet

7 eſſet ſecus,† quia tunc ceſſat præſumptio validitatis actus, quum nõ poſſit ex verbis elici, neque propriè neque impropriè, allegatur ad id l Tutores § 1 vbi Bart poſt prin ff de admi tuto Quo tex fretus Areti in l à Titio, prope finem, ff de Verbo obliga hãc tenet reſtrictionem, ad quod expendit Iaſ illum tex in d l Verbis ciuilibus, ad fi 1 colũ quo tex iſtud melius probatur, quàm probetur ex text in d l Tutores § 1 licèt Iaſ ibi more ſuo inuoluat ſe, & maneat velut mus in pice, vti dici conſueuit ſed ibi ſuper lect ipſius breuiter punctuaui quod mihi fuit viſum, vt excluderem euaſiones illius, & text ille probaret quæſtionem Aret

Rurſus iſte text poteſt expendi ad
8 vnum † quod tradit Decius in l in teſtamento 1 col 5 in princip C de Teſtamen mil ſ. quòd præſumptio validitatis act⁹ præualet alijs præſumptionibus Nam hic præſumptio illa validitatis præualet illi præſumptioni quæ habet, quòd teſtator videtur vel præſumitur grauare hæredem minus q̃ ſit poſſibile de qua in l Titia cũ teſtamento, § Qui inuita s̃ iſto tit cum alijs Ea ratione, ne diſpoſitio legati efficiatur inutilis ſeu inefficax ſicq; legatarius manet dupliciter 1 ex primo teſtamento & ſecundo honoratus & conſimiliter per cõtrarium hæres hęredis eiuſdemq; ſecũdi teſtatoris manet grauatus onere duplicis præſtationis ex iiſdẽ teſtamẽtis diuerſorũ teſtantium primi ſ & ſecundi Idẽ pari ratione videretur dicendum in teſtamento vnius, vbi niſi hæres cenſeret grauatus duplici præſtatione, diſpoſitio legati eſſet inutilis Sed redeundo ad Deci idẽ tenet ipſe in c 1 Quoniã Abbas, ad fi nu 5 de offi delegat Sed eum impugnat And Alciat in tracta præſump pag 392. Poteſt tamẽ Deci excuſari, vt voluerit loqui de præſumptionibus paribus & ſic ꝙ in dubio in eis iſta præſumptio validitatis act⁹ præferatur alij præſumptioni paris potentiæ, nõ tantũ minoris ſecus ſi alia eſſet fortior, quia illa præferretur l Diuus ff de in inte re l Si quis adulterij. C ad l Iul de adul Ad idem l Mater, vbi not Bal & Sali C de Calumnia, & c q averiſimile, & ca illud, & c literas de præſump & in cap ex tranſmiſſa. Qui ſi ſunt legi l Licèt Imperator de leg 1 l Non ſolum, § de viro ff de ritu nup Nec eſt credendũ aliter Deci. voluiſſe, ſi loquutus fuiſſet ſingulariter, ſed loquutus fuit pluraliter ſ. ꝙ iſta præſumptio validitatis actus fortior ſit & alijs p̃ualeat Qui modus loquendi fuit nimium generalis & vagus quum ſit regulare plures præſumptiones vni præpõderare Et certè cõcluſio Decij, prout ſonat, non procedit, quanquam eãdem tenet ipſemet in l In contrahenda, nu 7 ff de Reg iuris, vbi tamen eam multipliciter limitat regulam ſed illæ limitationes nihil conducunt ad roborandũ eius quæſtionem, quæ (vt dixi) in terminis in quibus loquitur non eſt tolerabilis, niſi intelligatur vt dixi ſeparatim de vna præſumptione ſaltem pari

9 Deinde notant Docto † ꝙ id quod nõ eſt veriſimile reputatur incredibile, licèt ſecundum glo ſit poſſibile, & ex hoc ſubnotãt Bal & Pau de Caſt ꝙ multa ſunt poſſibilia quæ ſunt incredibilia Et de p̃dicta veriſimilitudine remiſſiuè ac redundanter, ne dicã pro rũpẽdo cerebro tradit And Tira. in rele l Si vnq̃, nu 37 C de reuo do

Deniq; vltra Doc põt iſte tex expẽ
10 di, † ꝙ hęres extraneus pręſumit̃ ſcire cõtẽta in teſtamẽto, in quo fuit inſtitutus Quod patet, quia niſi in caſu iſto hæres idemque ſecundus teſtator ſciſſet partem fundi, quem primus

mus teſtator legauerat cõiunctim & conditionaliter Seio & Titio pertinere cõditionaliter & in ſpecie ad dictum Titium Seij collegatarium, cui Seio poſtea hæres idemq́, ſecũdus teſtator legauit eundẽ fundum ſub eadẽ conditione, ſub qua primus teſtator eundẽ legauerat ambobus, ſub eadem conditione, vt eſt dictum, tale legatum partis fundi factũ Seio in ſecundo teſtamẽto nõ valeret, etiã quo ad æſtimationẽ, vtpote factũ ignoranter, iuxta l cũ alienã, cum ſimi C de lega Itaq, oportet hoc præſupponere vt iſtud legatum valeat ex ſecũdo teſtamento quoad ęſtimationẽ pro parte Titij collegatarij iſtius Seij ex primo teſtamẽto Et ita expẽdendo iſtũ tex videtur probare ſentẽtiã Bart qui idẽ tenet in l Eius q, in prouincia, col. antepe nu 12 13 14 ff Sicer peta & in § duo fratres ſtatim allega q 3 Et licèt Alex & Iaſ ibi poſt alios & ijdẽ in ea l Qui Romę § duo fratres ff de verbo obli recedant ab hac ſentẽtia, tamẽ Fran Cur nepos in eadẽ l Eius qui, nu 29 ver ſi Tertiò aduerte, ſuſtinet opi Bar prout cõiter allegatur, vt in dubio hæres extraneus præſumat' ſcire contenta in teſtamẽto, quo fuit hæres ſcriptus, per argumentũ à communiter accreſcẽtibus non tamẽ meminit iſti' tex

Vide eundẽ Alexan col 12 in cau ſa colu pen vol. 2

11 † Ex hoc datur magna reſtrictio ad prænotatã l Cũ alienã, in regula quã ponit, vt hęres extrane' ſemper præſumatur ſcire cõtenta in teſtamento illius qui eũ inſtituit, quo ad hoc, vt valeat legatũ rei alienæ per eundẽ hæredẽ extraneũ, teſtatoreq́, ſecundũ alicui relictæ cui vnà cũ alio collegatario eandẽ rem cõiunctim legauerat Et ſic prædicta reſtrictio vel fallacia regulæ prædictæ l coarctata ad iſtius tex terminos probabiliter videtur poſſe procedere Et quidẽ rem ipſam vlterius intuẽdo in caſu iſtius

Conſideratio interior

text aderant aliquæ aliæ coniecturæ ſciẽtiæ nihilominus videtur præſupponi in hoc tex in ipſo hærede teſtatoreq́, ſecũdo ſcientia quod patet, q, a vni ex prædictis collegatarijs quibus teſtator primus coniunctim fundũ legauerat, eũdẽ fundum legauit in ſecũdo teſtamento ſub eadẽ conditione, ſub qua primus teſtator vtriq, in primo teſtamento reliquerat ergo ſciebat, vel pręſumendũ eſt eũ ſciſſe, eam conditionem fuiſſe poſitã ad primũ legatum factũ in primo teſtamento de eodem fundo illis duobus legatarijs cõiunctim, quorũ alteri per teſtatorẽ ſecũdum fuit totus fundus legatus Et certè ſi verba illa, ſub eadẽ conditione, fuerint teſtatoris, res eſt indubia ſed cũ ſint verba Iuriſconſulti, nõ vrgent in propoſito Sed tamẽ magis cohæret huic rei vel præſumptioni ſcientiæ qua de agimus, quod in hoc text ſequitur, videlicet dum dicit, [*Nam incredibile uidetur id egiſſe hæredem*] ſupple eundemque ſecundũ teſtatorem [*Vt eadẽ portio hic eidẽ debeatur*] Quibus ex verbis patet ſeu præſupponitur teſtatorem ſecundũ ſciuiſſe, q, primus teſtator reliquerat partem fundi ei collegatario, cuimodo legat totũ fundũ, prout fecerat, quũ reliquerat eidẽ & alteri eundẽ fundũ cõiunctim & ſic vnicuiq, illorũ legatariorũ partẽ Cõcluditur ergo ex hoc tex bene probari prędictã Bar doctrinã, intelligendo eũ vt proximè dixi, & debet intelligi Et hæc quoad textualia ſufficiant

Glo in ver plus, eſt not ſecundum Bar & Doct in l Si creditori, in ea allegata ſ tit 1 & ſingu ſecundũ Bal hîc, & eã alij Doct cõmendãt ad hoc,

12 † vt quinto modo dicatur aliquid plus actiõis genere ſed iſtud procedit quoad validitatẽ legati facti p debitorẽ creditori de debito qd ſibi debebat, qd aliâs fuiſſet inutile p eãdẽ l. Si creditori

cum

cum ſimili *non tamen* eo prætextu legatarius idemq́, creditor poteſt grauari onere fideicommiſſi per eũdem debitorem teſtantem Gloſ ordina *in l Si deportati* ſeruo,§ fina ꝟ tit pri*mo* ſecundum Bald & Docto in prę- allegata l Si creditori Et in quantum dixi ſ quòd dicitur plus, actionis genere,non tantùm verificatur in caſu paragraphi ſeu verſ Id quod l Si creditori, allegati in gloſ iſta ſed etiam in caſu verſi Marcellus, qui protinus eum ſequitur in eadem l ſcilicet propter commodum dominij, quod ac*quiritur* legatario ſpeciei eidemq́,creditori cui talis ſpecies debebatur ex cõtractu *& hic actione* perſonali Quo etiam caſu dicendum eſt prout retuli ſ gloſſam dicere in dicta l Si deportati ſeruo §.fina licèt gloſ. illa in hoc non explicet ſe ſed tantùm allegat d. l Si creditori § primo,qui eſt tex quẽ gloſ hìc adducit pro quinto modo eſſendi plus ſed de hoc eſt text apertus in l 3 § Si rem ꝟ tit primo, vbi eſt text ſingu *ponens* ſextum modum eſſendi plus in hac materia Quo tex. patet gloſſam circa hoc nõ bene dixiſſe in § Ex contrario, inſtitu de lega *Septimò* dicitur plus,propter ſumptus, vt in eodẽ § *ſi* rem eſt text in verſicu fortaſsis, qui *non* eſt alibi ſecundum Pau de Caſt ibi ſecundum cuius intellectum, intereſſe de quo loquitur ille text eſt difficilis ac penè impoſsibilis conſiderationis tamen eſt poſsibilis & facilis ſecundum intellectum Bald & Alberi ibi poſt Pet imò tunc non eſt intereſſe æſtimabile & ſic neque petibile per creditorem eundemq́, legatarium ſed quædam exoneratio eiuſdem ab incurſione damni vel intereſſe *in* quod incurreret,ſi nõ facto ſibi legato de re quæ erat ei debita haberet neceſſe facere ſumptus in probando, quando ageret ex ſtipulatione Octauò dicitur plus,ob acceſsionem cautelæ ſecundum Bald hìc per gloſ in l 2 in prin. gloſ penul.ad finẽ ſ Solut matrimo. vult dicere Bald quòd ſi debebam alicui aliquid, & creditor tale debitum non poterat probare, niſi ſolum per teſtes vel ſcripturam priuatam deinde in teſtamento confecto per ſcripturam publicam legaui idem debitum creditori,ob talem acceſsionem cautelæ valebit legatum Sed iſtud videtur quodammodo obſtare ei quod idem Bal ſ *proximè* dixit, quòd propter acceſsionem hypothecæ, legatũ non poteſt dici *continere plus* quæ opinio fuit gloſ ordina in d § Econtrario,quam poſt plures Docto allegat Alexan contra eundem Bal ibi 1 in dicta l Si creditori, & idem Alexã. dicit magis communiter approbari in l 1 § Si quis creditori ꝟ ad l Falcid. & ibidem poſt eum Vincen de Peru. & eandem opinionem contra Bald quæ fuit ante eum Barto in dicta l Si creditori, tenet etiam Iaſ *ibi*, dicens ita tenere omnes Doctores recẽtiores ibi Pari ergo ratione videbatur dicendum,quòd maior cautela probationis non deberet eſſe in conſideratione, vt legatum dicatur factum de pluri,ac propterea valeat quum imò hac ratione non videtur debere eſſe validum Nihilominus tamen non videtur recedendum ab eo quod Bald hìc dicit,& retuli ſuprà & cum Baldo tranſit hìc Rapha. Cuma nã ſi rectè conſideremus maius eſt intereſſe creditoris reſpectu probationis, cùm prima probatio in exemplo ſuprà poſito poſsit perire,quàm intereſſe acceſsionis hypothecæ, quum vt plurimũ abſq́, hypotheca debitũ põt exigi, ſi ſubſint probationes Illud dicitur ſuppoſito quod deciſio Barto & Bal procederet,ſed quia (vt dixi) nõ tenetur per

Cõmunis.

Tranſit cũ Bal.

per Docto iſta punctatio licet bonã eſt ex abundanti

*Summarium.*

1 *AEſtimatio partis pro indiuiſo facienda ſeu conſideranda eſt, habita ratione uel conſideratione ad totã rem non ad ſolam ipſius partem*

2 *Traditur hic de modo detrahendi falcidiam in re una uel pluribus*

3 *Quid quado agitur de deductione legitimæ quo modo poſſit in una uel pluribus rebus deduci, traditur hic remiſſiue*

4 *Multis modis dicitur diuiſionem commodè fieri non poſſe remiſſiue*

5 *Per illationẽ cadaueris factam in fundo, fundus dicitur alienari & quomodo intelligatur*

6 *Hoſpitale nõ efficitur religioſum, ſi fuerit priuata authoritate conſtructum, ſed ſolum quando authoritate Pontificis*

7 *Religioſus locus non poteſt diſtrahi nec pignorari ſecundum unam opi*

8 *Sepulchrum uel ſepultura uel locus ſepulturæ an uendi poſſit*

9 *Ius canonicũ præualet ciuili in materia eccleſiaſtica & ſpirituali*

10 *Concluditur hic cum opi glo decreti & Imo & aſſeclarum, quæ eſt communis*

## § Infundo.

IN fundo legato, ſi hæres ſepelierit, æſtimatio eius referenda erit ad totũ pretium fundi, quo potuit ante ſepulturam æſtimari Quare ſi fuerit ſolutus actionem adhuc ex teſtamento propter locum alienatũ durare rationis eſt.

ISte text diuiditur ſecundũ apoſtillam textualem Alb. hic poſt Dy in duas partes videlicet vt prima pars text loquatur quando fundus nondum fuerat traditus per hæredem legatario in ſecunda ibi, Quare quando fundus fuerit traditus ſed cum diminutione vel defectu, propter alterã partem effectam religioſam ob illationem cadaueris in ea factam Summatur vt per Barto vel apertiùs & pleniùs, vt per Pau poſt gloſ

Ex hoc textu colligit primo Bald
1 † quòd æſtimatio partis pro indiuiſo facienda ſeu conſideranda eſt habita ratione vel relatione ad totam rẽ, & non ad ſolam ipſius partem, hoc eſt debet fieri ad pretiũ reſpectiuũ ipſius fundi *totalis*, & *non* partis eiuſdem diuiſim ſeu ſeparatim conſideratæ Ad quod eſt bonus text vbi notant Doctores quem gloſ hic allegat in l Meuius, § fina ff Fami Herciſcũ. Ad idem l 1 iuncta gloſ ibi, in parte, Pretij C Communi di vbi illa gloſ adducit dictum § fina & iſtum § in fundo, cum alijs iuribus Et argumento huiuſce rei deducit idem Bal hic, quod ſi quis in pluribus fundis haberet partem *cuiuſlibet eorum pro* indiuiſo, putà milleſimam, non eſſet facienda ſibi aſſignatio partis in quolibet eorum quia ad nihilum fermè redigeretur æſtimatio, ſi deberet in quaLibet re particulatim aſſignari Ad quod vltra eum in ſimili eſt gloſ ordinaria in l ſecunda, in parte, participibus, quæ notat ibi text ad id, in verſicu Sed & multi, C Qñ, & quib[9] quarta pars debe libro 10 inducens illum contra *maleuolos* hæredes, qui ob minimam portionem ad eos de hæreditate pertinentem volunt minutatim quamcunque rem hæreditariam diuidere Nam imò vt gloſ illa dicit, diuiſio facienda eſt in groſſo, ſecundum vulgare Bononien Allegat etiam l ſecundum C ad l. Falcid quæ tamen parum ad rẽ facit imò

Et ſi inductio ſit in ſe vera, non tamen deducitur ex iſto tex.

imò iuncta gl facit in cõtrarium Sed melius faciunt iura ibidem per Io de Pla allega videlicet l non amplius § ſi cũ l ſequen.ſ tit 1 & tex in § Quædam,inſtitu de act.& in § Si familiæ, inſti de offi iudi ex quo ſubdit idem Ioan de Pla quòd indiſtinctè ſiue ſit filius, ſiue quiuis alius extraneus habens cõmunionem cum alijs in quibuſdam rebus non poteſt prætendere diuiſionem malignã rerum quę nõ recipiunt commodã diuiſionem, vt in illo text & in dicta l Meuius,§ fin & in l Si pœnæ cauſa, § Si falsò, ff de condi indeb & in l Nam & ſi fur,§ fina ff.Si cert peta vbi Albe ponit quęſtionem anilem de ficubus poſt Iaco But & reliqui Docto poſt illos idem tradunt,quos refert ſimpliciter Tiraquel in primo retractu,fo 155 nu 15. Ibidemq, id eſt in præfata l 2 ſubdit idem Ioã de Pla (vt ad eum redeam)

Quæſtio anilis & ridicula

2 ad prædicta facere † quòd ratione indiuiſibilitatis rerum, ſeu non poſsibilis, vel non commodę diuiſionis earum,quod in idem recidit,poteſt hæres aſſumere ſibi vnam ſolam rem hæreditariam loco totius falcidiæ,quam eſſet detracturus ex omnibus alijs rebus hæreditarijs l Planè,§ Si ſolus, cum l ſequen ſ ad l Falci de permiſſu inquam iudicis Et ita etiam intelligit glo ordina in d l 2 C ad l Falcid quam ſ dixi facere contra prædicta Sed Sali ibi poſt Docto communiter inter alia membra diſtinctionis quã facit ponit duo vnum,quando hæres vult detrahere falcidiam totã in vna re ſoli, & detrahit ex neceſsitate, vt quia vna res eſt corporalis, alia incorporalis & indiuidua & tunc poteſt in vna re detrahere Aliud membrũ vltimum ponit,quando res non poſſent commodè diuidi & tunc dicit recurrendum ad iudicem per dictam l Non amplius,§ fina Sed certè primũ iſtorum membrorum non põt meo iudicio bene exemplificari, vel rarò, quia paucæ ſunt hæreditates in quibus non reperiãtur res corporales, pariter & incorporales Vnde putarem etiam illo primo caſu recurrendum ad iudicem qui ex cõſilio peritorum in arte arbitretur,an in vna rę,vel pluribus,& quibus ſit deducenda,tam in caſu vbi ſubeſt neceſsitas propter impoſſibilitatẽ indiuiſibilitatis q̃ in ſecũdo caſu vbi ſubeſt difficultas ob in

3 cõmoditatẽ diuiſionis † In portione autem debita iure naturę, remittit ſe idem Ioan de Pla vbi ſ ad Salice in l Filium quem habentẽ C Fami Her vbi Salice col 6 ante med de hac re loquitur & ad Barto in l in quartam. 3 col ad fin ff ad l Fal vbi tamen Io de Imo & Alexan ſuper dictis Barto de hoc tradũt, quia Bart nihil de hoc dicit & ibidem Ioan Franci de Ripa col 27 cum ſequen aggregat plures quæſtiones ad hanc rem pertinentes Et tradit etiam Bart in l Suus quoque,ad ſi principij ſ de Hære inſti & cum eius deciſione tranſit Alexã vbi etiam Iaſ 3 notab in d l Nõ amplius § fina ſ titu primo Dicitur autem(vt

4 ad præmiſſa redeam)† diuiſionem fieri non commodè pluribus modis per Bal traditis,in l Sancimus,in prin C de dona De qua re multa cõgerit An Tiraquel in prædicto opere retractus eodem fol 155 nu 12 cum pluribus ſequenti ad cuius copiam recurrenerit,quum caſus euenerit

5 Deinde ſignandum eſt,† quòd per illationem cadaueris factam in fundo,fundus dicitur alienari, cũ per eã ab hominum commercio eximatur, vtpotè effectus religioſus quod intelligitur de parte fundi, vbi cadauer fuit ſepultum non autem de alijs partibus eiuſdem fundi, quia remanent prophanæ, & conſequenter non

exemptæ

exemptæ à noſtro cõmercio l 2 verſ Celſus,ff de Relig & ſumpti fune & probat' apertè ex iſto tex in illis verbis [*Ad totũ pretiũ fundi,* ] iunctis verbis,[*Ad locum alienatũ* ] Sin autem membra hominis in varijs locis fuerint humo tradita,locus ille dicetur religioſus vbi caput fuerit ſepultum caſus ſingu & nõ alibi,licèt vulgo non ignoretur in l Cũ in diuerſis,ff eo de Religio &c. ſecundum Alber ibi,qui per illam decidit vnum ante finem,quod conducit ad l 3 titu de los homezillos fo ll libr 4 & vide etiam deciſionem quęſtionis quam per eandem l ponit Andreas de Iſer in conſtit ſi damna clandeſtina,quem refert Matthæus de Afflic in conſtit terminum vitę,colum penul libr 1 conſtit vtriuſque Sciciliæ. Quod etiam eſt de intentione & præſuppoſito Alber vbi s non tamen inuenio in meo libro Andr de Iſer qui vocat' peregina, ſed iſtud notab (vt ad illud redeam) procedit attenta diſpoſitiõe iuris ciuilis,de qua in hoc tex iunctis iuribus ſimil Sed attenta mente iuris canonici, vt locus efficiatur religioſus requiritur Põtificis, id eſt epiſcopi autoritas per benedictionem ipſius,ſecundum Innoc & Docto in cap Abolendæ, de ſepul quæ eſt cõmunis ſententia Mouetur Inn in ca Adhæc,vbi bona glo de religio. domi nã ibi dicitur,† quod hoſpitale non efficitur religioſum,ſi fuerit priuata autoritate conſtructum ſed ſolũ quando autoritate Pontificis & ante Innoc iſta fuit opin gloſ ordin in cano in eccleſiaſtico 13 quæſtio 2 quã Panor citat in eodem ca Abolendæ, & Alb in prędicta l Cùm in diuerſis & eam dicit eſſe not Ludo Roma in authen ſimiliter 8 colũ in princi C ad l Falcid iſtud tamen intelligit ibidem Panor & apertius Ioã Fab in § religioſum,Inſtit de rerum diuiſ ſtri-

Caſus ſing & non alibi

Ad l Fori regij

Diſſidiũ in hac re inter ius ciuile & cano.

Cõmunis.

6

cto ſumpto vocabulo,loci religioſi & ſic quantum ad prærogatiuas ac pręminentias nec non priuilegia à iure cano locis religioſis conceſſas vel cõ ceſſa nam eas vel ea talis locus nõ nã ciſcitur per illationem ſolam cadaueris priuatim factam Cęterum dicunt iſti, † quòd talis locus religioſus non poſſet diſtrahi vel pignorari,quod etiam poſt Ioan Fab tenet Ange Are. ibi ſed Felin in cap Quanto, prope finẽ,de iudi tenet contrarium & ſic cũ Innoc in pręnotato ca Abolendę,de ſepul imò quòd locus vbi quis autoritate priuata humatur, poſſit hodie vendi ac pignorari quia correcta ratione legis,&c gloſ & Barto in l 1 ff. de legit tuto quam opin videtur etiam tenere Iaſ in addit ad Chriſtop licèt horum nihil attingat in eodem § Religioſum,dum dicit ſimpliciter; † an autem ſepulchrum vel ſepultura vel locus ſepulturæ vendi poſſit, vide ca Abolendæ,de ſepul &c Et quãuis Decius in eo ca Quanto,conetur ſuſtinere Ioan Fab non tamen placèt motiuum ipſius quum dicit,quòd regula glo in dicta l 1 de legi tuto. procedit præterquàm quo ad autoritatẽ quæ ſupereſt poſt legem correctam, vt tradit Ioan. Andr in loco per eum ibi citato Sed non aduertit, quòd illud debet ſubintelligi quo ad ea ad q̃ legis autoritas poteſt extendi , quod ceſſat in hoc propoſito quo de agim', in quo legis autoritas cenſetur eſſe abolita reſpectu inducendæ religionis in loco vbi cadauer infertur, † in qua materia,vt pote eccleſiaſtica & ſpirituali ius canonicum præualere debet; prout Docto vbi s dicunt Pręterea ſi opin Abb & Ioan Fab ac complicũ Docto procederet, ſequeretur quòd in vna eadẽq; re cõcurrerent effectus contrarij videlicet, q. idem locus eſſet religioſus,& irreligioſus 1 propha-

7

8

Carpitur Decius.

9

nus,ſeu nõ religioſus,vel eſſet partim religioſus,partim minimè quod non eſt dicendum l Eum qui ędes,in medio,& in fine ff de vſucapio vbi vna & eadem res non eſt diuerſo iure cenſenda ergo à fortiori neq; iure cõtrario nã hoc caſu potius cenſeretur iure contrario q̃ diuerſo,vt ex ſe patet Non omitto q; quædam l Part videt̃ quodãmodo à ſenſu oppoſito probare opin Ioan Fab & cõplicium ſ l 1

L Parti. verſ [*Latercerdes*] titu 13 Part 1 cuius verba ſunt, [*Latercera es el ſepulchro de qualquier coſa que ſea hecho y eſte puede uender aquel cuyo fuere ſi no huuieſſe ſoterrado a ningũ hombre enel*] Quod item & adhuc apertius dicit l 4 titu 18 lib 4 fo legũ item pro-

L For reg l té & alia l Parti. batur ex l 4 titu 30 Part 3 Sed iſtę leges regni et ſi quæ reperiantur,conſonant iuri ciuili quare in iſta religionis materia,quæ eſt(vt dixi) materia ſpiritalis & eccleſiaſtica,non debent conſiderari ſed potius eſt attendendũ ius canonicũ,& illud prævalet,vt ſ̃ eſt tactum

10 † Ac propterea non diſcedo ab opin glo & Inno in dicto ca Abolendæ,intellectæ indiſtinctè prout Felin vbi ſ̃ intelligit Cũ qua deciſione tráſit etiam ibi Cardi Florẽ & ante ipsũ Hoſtien ibi,in glo 2 ad finem,referẽs Innoc quos etiam ſ Innoc & Hoſtiẽ ſequitur ibi Henric Bohic ad finem, addens Archi in dic Can in eccleſiaſtico,& quendam fratrem Ioan alibi Quæ opin canoniſtarum vera & cõmunis ſatis probatur ex principio rubricę cũ princ nigri,in authẽ vt nullus fabricet oratorij domos præter voluntatem epiſcopi,colla 5 & vide Pręposi Alexan in cano His ergo, colla 2 23 diſtinct Et miror quòd de iſto puncto nihil tetigerint Petr de Ancha neque Anto de Butrio in dicto c Abolendę,circa ali is glo hĩc vide Docto ſingnanter Paul de Ca eas elegãter & vtiliter verificantem

*Summarium.*

1 *LEgatũ factum alicui ſæpe de una & eadem re in eadem uoluntate ultima notãtũ nõ debet niſi ſemel ſed etiã ſi eſſet legata in duab' ultimis uoluntatibus ex interuallo confectis*

2 *Verborum non neceſſaria multiplicatio ſenſum non immutat*

3 *Verborum geminatio habet ampliare effectum ut aliquid plus inducant quam ſi ſemel proferretur,*

4 *Verborum geminatio oſtendit enixam uoluntatẽ diſponentis*

5 *Verboru geminatio natura eſt extendere diſpoſitionem ad maiora ipſis enumeratis*

6 *Verborũ multiplicatio fortius ius tribuit actui ce(lebrato*

7 *Verborum geminatio operatur q; hæres nõ poteſt prætextu erroris defuncti recuſare ſolutionem prædicti legati*

8 *Regula l Qui bis idem,habet etiam locum in ultimis uolũtatib' licet diuerſimode ac per oppoſitũ*

9 *Sequuntur notabilia ad doctrinã Pau de Caſt & aliorum in prædicta l Plane § Si eadem res*

10 *Multiplicatio nõ cadit in ſpeciebus*

11 *Ius obedit naturæ*

12 *Notanda ad l ſi ff de proba.*

13 *Lex non audet quod negat natura*

14 *Teſtatoris uoluntas cenſetur lex, quando non eſt contra legem.*

15 *Teſtator non uidetur grauare hæredem duplici præſtatione*

16 *Teſtator non poteſt ſubuertere neq; tollere regulam de non cõcurſu plurium cauſarũ lucratiuarũ*

17 *Vbi de teſtatoris liquet uoluntate eum uoluiſſe actum ualere eo modo quo ualere poteſt,ſi ut agitur non ualet, ſuſtinetur prout ualere poteſt*

18 *Redit ad intellectum huius tex.*

19 *Declaratur glo 1 huius tex*

20 *Teſtator grauando unum ex hæredibus in aliqua re hæreditaria non uidetur eam ſibi in antecedens prælegaſſe*

21 *Declaratur hic glo in parte ab omnibus.*

22 *Defenſatur hic oppo Bar & glo.*

## §. Eun qui.

EVm qui ab vno ex hæredib' qui ſolus onerat' fuerat, litis æſtimationẽ rei legatæ abſtu

Scilicet legata eadem reapparuit

abſtulit poſtea codicillis aptis ab oībus hęredib⁹, eiuſdē rei relictæ, dixi dominium non quęrere cum n qui pluribus iuris ſpeciebus vteretur, non ſæpius eandem rem eidem legare, ſed loqui ſæpius

Sūma tex

SVmmat̄ ſecundū Bar diſpoſitio gn̄alis ſequens quæ cadit inter grauatos derogat pręcedenti diſpoſitioni ſpeciali, quę fuit limitata ad vnum ex eis Ita debet recitari iſta epithome Bart. & ſuppleri, & ſic q̄ deroget ī parte i pro partibus aliorum, pro quibus legatarius pōt agere contra alios, licèt nō contra eum hæredem qui primo ſoluit, vt lati⁹ declaratur in ſumma ſequēti ꝓximè Vl̄ ſic & ꝓpius ad literā ſecundum cōem glo intellect ſi vnus ex pluribus hæredibus in teſtamento fuit grauatus per teſtatorē de danda re hęreditaria legatario, & ei ſoluit totius rei æſtimationē, legatarius ob grauamen iniūctū per eundem teſtatorem in codicillis oībus hæredibus de eadem re eidem legatario præſtanda, pōt conſequi dn̄um aliarum partium eiuſdē rei alios cohæredes tangentium licèt ipſius partis minimè

Alia ſumma magis ꝓpria

Alia ſumma ſcdm Pau de Caſt

Vel pōt aliter ſummari ſecundū intellect Pau de Ca qui eſt q̄ non fuit res hæreditaria vt per eum Sed nihilominus tenend⁹ eſt cōis, quanq̄ Raph in i ſumma in eundem ſcopum cū Paul de Caſt impingat Et in 2 ſumma nihil de his intellectib⁹ explicat, ſed ad vtrunq, referri poteſt, quod in eadē ſecunda dicit

Suppoſita ſumma Bar per modum
1 regulæ iſte tex ſignari pōt primo, † q̄ non tantū vna & eadem ſpecies ſępe legata vni in eadēmet voluntate vltima, & ſic incōtinenti, nō debetur niſi ſemel, vt in l Planè, i § i s̄. titu i & in l Si fundum ſub cōditione, §. Si pater, eod titu & colligitur ex l Nā ad ea. ſ. de condit & demonſtra Sed etiā ſi eſſet legata in duabus vltimis voluntatibus ex interuallo confectis, quæ ſint diuerſarum ſpecierū, vel eiuſdem ſi inuicem ſe cōpatiantur, vt ſunt teſtamentum & codicilli vel duo codicilli, talis ſpecies ſic bis legata non debetur niſi ſemel ideo ſic exemplificaui, quia ſi eadem res i ſpecies eidem legaretur in duobus teſtamētis, alia ratione ſemel debeit̄ quia paganus non pōt decedere cū duobus teſtamentis ideoq, ex vno duntaxat ſ vltimo res deberet̄ & eſſet ſoluēda, videlicet ex ſecundo l ſi quis priore ſ. ad Trebel §. Poſteriore, Inſtit qui mod teſtamen infirm cum alijs & hoc regulariter, niſi in primo teſtamēto eſſet appoſita clauſula derogatoria ad ſecundū. l ſi quis in principio teſtamenti ſ. titu. i

Rō textualis

Cuius quidē pronūtiati ſeu notabilis ratio ponit̄ in iſto tex q̄a cū teſtator eidem legatario eandē relinquit ſpeciem in eadē vltima voluntate vel diuerſis (eo modo quē s̄ exēplificaui) ab eodem onerato, aut à plurib⁹ & diuerſis ī dubio nō cenſet̄ voluiſſe multiplicare legatū ſed potius videtur ſæpius fuiſſe loquutus Sic itaq, ampliat̄ illa litera, in d § i l Planè dum dicit, [*In eodē teſtamēto,*] etiā ad aliam voluntatem codicillarē ſeparatim factā à prima teſtamentari præcedēte item & ad teſtamentariā & ad codicillarē ſimul confectas & in teſtamēto facto relicto de aliqua re, & in codicillis repetito ſimul vel diuerſis tēporibus factas itē & ad duas codicillares, vt prænotaui Ad q̄d etiā facit l. Cū quæſtio ad ſi C de lega vbi plures noīationes de vno factæ qui fuerat eodē teſtō vna cū alio primitus noīatus, nō faciūt neq, operant̄, vt ille admittat̄ ad peti-

 tionem

tionem legati pluſq̄ ſemel quia ſemel tantúmodo admittiť,ac ſi per vnam ſolam noiationem fuiſſet noiatus vel
2 vocatus † Nam verborũ non neceſſaria multiplicatio ſenſum non immutat,vt inquit l Pediculis,§ Labeo ꝟ de auro & arg lega Operať tamẽ nuncupatio geminata in eadem vł in diuerſis voluntatibus vltimis facta, cõpatibilibus inquã,vt ſunt teſtamẽtũ & codicilli,vel plures codicilli, vt poſsit p legatariũ peti ſpecies legata vel ipſius æſtimatio i vel vnum vel aliud,prout apertè ſonat tex in d § 1 legis Planè dum inquit,[*Sufficitq; uel rem uel æſtimationẽ conſequi,*] Sic ergo cùm electio ſit legatarij l Lutio,cum gl vbi Bar & Doctoꝝ eo legatarius habebit electionẽ vel petendi rem,vel agendi ad ęſtimationem ipſius,prout melius videbitur ſibi expedire ſcd̄m Aret ibi primo notabili ponderantem ibi text in verbo,[*Sufficit,*] & valde cõmendantẽ illũ ad hoc Et licèt Iaſ ibi ſecundo not cõtrarium teneat,tamẽ iſte text ĩ hoc § Eum qui,quẽ in ſi cõtra Aret ipſe adducit,non vrget quia licèt per verborum multiplicationẽ,id eſt, repetitionem geminatã legati facti de eadem ſpecie,non multiplicetur ſubſtantia legati,& hoc eſt quod iſte tex vult tñ non poſſumus inficiari,quin talis verborum multiplicatio voluntatem teſtatoris magis enixam oſtendat & ſic aliquid operetur & hoc eſt, quod dicit Areti probare illum tex in verbis ſuprà relatis Et reſpõſio quã ibi Iaſ ad illum reddit,ponderando verb [*Conſequi,*] deſignare executionẽ nihil reſoluit imò fuit pro Aret 1 pro inductione quam facit de eo tex quæ propriè cõcernit executionẽ,id eſt electionẽ legatarij,ſi vult,vł eligit ſibi ſolui ſpeciem in æſtimatione & nõ cõſequi ipſam ſpeciẽ Et reductio ad inconueniens quã ibi facit Iaſ contra Aret eſt

**Verborum multiplicationis, repetitionis ſeu geminationis, effectus particularis.**

**Contra Iaſ**

friuola quia imò tenendo quod Are. dicit p illum tex non põt ſequi id qđ Iaſ dicit & inferť q; ſequereť vt poſſet peti quãtitas multiplicata,q̄ licèt in ſe ſit multiplicabilis,tñ teſtator nõ legauit illam imò ſpeciẽ & illam multiplicauit,& talis multiplicatio operať effectum quem tex ille ſingu ponit de electione quãtitatis quam legatarius eo caſu poteſt ſi vult facere ſpecie prętermiſſa Tene ergo q; ille text bñ põdereť p Are & perperã per Iaſ q; poti' deſtruit illũ,& reddit inutilem imò loquitur contra illum tex & quod eſt ſatis ineptum ſe ipſum confundit, & contrariatur quia in vltima inductione dicit idẽ quod Aret toto ergo (qđ aiunt) errat cælo Iaſ ibi in hoc articulo, & nodum in ſcirpo quærit, ſed vt verũ fatear Areti nihil dicit vltra tex & Iaſ delirat loquens contra tex Operatur etiam verborũ geminatio, de qua in hoc tex tangitur,licèt eam textus habeat pro verbali (vt ad ſuperiora regrediar) vltra tradita per Lud. Rom in § de vno l Si verò 3 1 ſall ff. ſolu matri & vltra Anto Corſe in opuſculo de verb gemi cuius bonã
3 partem deſumpſit ex illo,† q; verborum geminatio habet ampliare effectum,vt aliquid plus inducãt q̄ ſi ſemel proferrentur, ſecundũ Bal in l. fructus C de act emp poſt prin & in ca Eam te,col 2 de reſcriptis,*in prin in textualib'* vbi per illã literam mãdatũ dedimus & præceptũ,q; illa verba geminata inducunt præciſam intentionẽ *Papæ,ideſt præcipiẽdo mã*damus,& eſt opti tex in d l planè § 1 Præterea eſt alius effectus geminationis,qui eſt generalis ad oẽs mate-
4 rias videlicet,† q; per eam oſtenditur enixa voluntas diſponentis,vt oĩo voluerit diſpoſitionem ab eo confectã effectũ ſortiri eiuſmodi verba geminata enũciando ſeu proferẽdo q̄ eſt oium

**Alius generalis effectus vltra caſum iſtius tex.**

**Alius generalior**

omniũ ſcribentiũ in hac materia intẽtio perſpicua, vt patet ex his quæ tradit Iaſ. in l 1 nu 21 C de Summa Tri. & fide cath & in l pe nu 23 C de Pactis & in l. Cum filio, colũ 10 nu 65 ff de lega. 1 ſ titu proxim & Deci in l legem, colũ fin ad fin eo titul C de Pactis. Quibus etiam addendum eſt, Alius.

5 † nam verborum repetitorum ſeu geminatorũ eſſe eſt extẽdere diſpoſitionẽ ad maiora ipſis enumeratis Bart in l. Balliſta, ff ad Treb quæ lex ſemp allegatur in hac materia, in illis dictionibus duplicatis, [Quantacunq́, & oẽm] ibi poſitis, per quas iuncta dictione [Pecunia,] diſpoſitio teſtatoris extendit etiã ad fructus ſeu eos cõprehẽdit quos alias nõ cõprehẽdiſſet & tradit Soc cõſi 47 co 5 4 vol vbi adducit Bal in rubri ff d rerũ diuiſio q̃one 54 & in ca. imperialẽ § Preterea ducatus de prohi feud alie per Fede in vſib feudo & glo in l Cum ſeruum ff de recep arb quã tamen non inuenio Cõprobant

6 hæc, † quia multiplicatio fortius ius tribuit actui celebrato, prout inquit Maria Soci cõſ 15 col 8 citãs ea q̃ no in ca 1 de rebus eccle non alie libr 6 Alius & quartus

Hinc puto dici poſſe q́ geminatio diſpoſitionis in hoc tex (etiã ſi aliud in verborum gñalitate ſonet, vt dixi) operetur vel potius dicendo poſſet alias operari Primo, q́ ſi teſtamentum quoquo modo aut caſu valeret, ſaltẽ legatum in codicillis factũ ſuſtineret, & in dubio repetitio cenſeretur à principio conditionaliter facta de legato, vt valeret, & non periret, ſi teſtamentum annullaret Ratio, quia ita demũ ꝓpter legatũ in primo teſtamento factum legatũ in ſecũdo teſtamẽto vel codicillis factũ de eadẽ re fit inutile, ſi primũ valeat non aliàs tex not in l ſi iure ſ titu 1 & probatetiam in materia contractuũ ex l Qui bis, iuncta l ſi dari ſ de Verb oblig vbi Pau de Caſ. Noua adaptatio ad iſtũ tex

ſingulariter notat eam poſt Bar in ꝓpoſito duplicis promiſsionis, quando prima eſt inutilis & ſic in cõſimilib⁹ terminis his noſtris Operari etiã poſſet geminatio vel multiplicatio legati, q́ etiã ſi vtraque diſpoſitio ratione defectus ſolẽnitatis infirmaretur, ſaltem ex duplici voluntate vltima minus ſolenni legatum poſſet ſuſtineri. cùm ex tali volũtate *geminata*, q̃ ex defectu ſolẽnitatis eſt inualida atque inutilis, oriat obligatio naturalis duplex vna ĩquã obligatio naturalis ex earum vna, altera obligatio naturalis ex alia ex q̃bus duabus obligationib⁹ ſic geminatis ac duplicatis orit actio l vltim C ad l falci in verbo [Cautione,] ſecundũ expoſitionẽ Docto ibi, iuncto princ cum declaratione cõi gloſ. & Docto q́ quarta reſecanda p l falc. eſt naturaliter debita *legatarijs*, à quibus deducitur Bar poſt tres glo. ibi p eum citatas, in l 1 § ſecũdo capite ff ad l Falcid & ita notant illam l. ſi Angel & Corn ibi & eſt cõis omniũ ſententia, vt patet ex traditis per Iaſ poſt Alex ibi, in l iuriſgẽ § Si cũ nulla, col. 3 nu 16 verſ 6. limita, ff de pactis. & tradit idem Iaſo in § de conſtituta, in præfa inſtit de actio nu 6 & iterũ ſup glo in parte nulla, nu. 47 quẽ § legit ſub § in perſonã. Illud autem *iuris* eſt certi, ex voluntate minus ſolẽni naturalẽ obligationẽ oriri vt probat rectè intuenti ex l 2 iuncta glo 3 in princi quæ citat d l fin C de fideicõ & in l ſi veritas, eod titu & tradit Ange in l. 1 eo tit Iaſ in l Cũ quis C de iuris & facti igno nu 9 cũ plurimis ſequẽti. poſt Bar & Doct. ibi Operat deinde, Alius & ſextus.

7 † q́ hęres non põt prętextu erroris defuncti recuſare ſolutionẽ prædicti legati geminati. patet hoc in ſimili, q́a geminata cõceſsio cenſet emanaſſe ex certa ſcientia cõcedẽtis ſcd̃m Ioã. And in c Porrecta, de cõfir vti. vl inutili, Septimus effectus geminationis.

tili, cuius meminit eum ſequens Alex in l 3 in princ 1 limita ff Quod quiſq; iuris Feli in ca ſi quando, colū. fin in princ de reſcriptis Sed eſt expēdendum q illa deciſio Ioan And eſt fundata in præſumptione reſultante ex geminatione actus, quæ habet ceſſare cōſtito de errore, vel verè, vel præſumptiuè, per præſumptionem inquā fortiorem, quàm ſit illa præſumptio geminationis actus ſi autem nō eſſet ita fortis vel eſſet æquè par, procederet deciſio Ioā Andr & aſſeclarum, & antecedenter effectus in princ iſtius verſic deſignatus

Octauus & vltimus adaptatus ad iſtius textus caſum.

Poteſt etiam, & aliud operari geminatio ſ quoad probationes clariores, ſecundū Bart & alios in dict l Qui bis vbi id in ſpecie tradit Iaſ Nam ſi teſtamentū fuerit coram teſtibus confectum, & codicilli in quib' eadem res legaretur per inſtrumētum publicū poſſet eſſe vtilis multiplicatio vo-
8 luntatum, † nam regula eiuſdē l Qui bis, procedit etiam in vltimis voluntatibus, licèt diuerſimode, ac per oppoſitum, vt in d l ſi fundum ſub conditione, § Si pater ſ tit. 1 quem Aret allegat in eadem l Qui bis, & ſic legatum poſſet peti ex codicillis. Si teſtamētum nō poſſet probari per teſtes, vt quia eſſent mortui ante publicationem eorundem vel vno eorū mortuo l ſi vnus in prin. C. de teſta. Sed ſi poſſet teſtibus probari, cū eo caſu ex codicillis non inducatur noua diſpoſitio præexiſtente validitate teſtamēti, vt inquit tex iſte in fin agendum eſſet ex teſtō, & non eſſet opus deuenire ad codicillos vt pote ad id impertinentes & inutiles

Signanda ſunt ſequentia.

9 †Non eſt omittendū in propoſito, id qđ Pau de Ca & alij in prædicta l Planè, § Si eadē res verſ [Sed ſi nō corpus.] per illū text tenent, q etiā ſi teſtator expreſſiſſet ſe velle ſpeciē, vni legatario pluries relictā, eidem pluries præſtari vel deberi, nihilominus nō eſſet niſi ſemel præſtanda, neq; æſtimatio ipſius aliàs nō procederet differentia ibi deſignata inter duplicationē legati certi ſpeciei, & legati certę quātitatis, nam hoc ſcđm bene recipit duplicationē, ſi teſtator id cauerit expreſſē ergo ita oportet dicere, vt iſta legata differant, prout ille text præſupponit ea eſſe differentia, & allegat ibi Paul de Caſt in prin tex in l Lucius, la vltima, § Impuberē ī iſto titu vbi probat
10 & ad id ſolet paſsim allegari, † q in ſpeciebus nō cadit multiplicatio Adducit item hunc tex nec nō rationē, q a teſtator dicendo q ſpecies bis præſtetur, videt diſponere quid impoſsibile cū nō poſsit niſi ſemel præſtari, vt ibi in verſ [Eiuſq; rei,] Ratio rōnis, q a iſtud eſſet naturaliter impoſsibile, vt ad ſēſum patet, in qua re perquirere rationem eſt quędā infirmitas intellectus, vt inquit Ariſto relatus p Bald in l teſtium, col 8 verſ 4 dixi, C de teſti & alibi ſępe, & eſt iuris notiſ q diſpoſitio teſtatoris impoſsibilis, ſiue de natura, ſiue de iure, nō eſt ſeruanda vt in iuribus per glo citatis in l Quidā in ſuo, in glo 1 ff de cōdi inſtit cito gl quia ille tex loquit de cōditiōe, nō de præcepto ſiue diſpoſitione queadmodū neq; impoſsibilis cōfeſsio nō eſt ſeruāda l cōfeſsionibus, ver 2 ff de interroga act ibi, [Quia falſæ cōfeſſione ſ naturalib' cōuenire debent,] & in l ſi is cuius ſtatim ſequēte ī fi ibi [In totū aūt cōfeſſiōes ita ratæ ſūt. Si id qđ in cōfeſſione uenit ius & natura recipere pōt,] per quā l cōfeſsionibus, in prædictis verbis, dicit Bal in rub C de his q
11 vi metus ve cauſa fiūt † q ius obedit naturæ, qđ etiā probat ex l 2 ff de vſu fruc earū re q vſu cōſu ī alleg Et p eādem l cōfeſsionibus, inquit idē Bal argumētatiuè, in l 1 fin ver C Sentē reſcin nō poſ q per euidentiā facti vel per

Diſpō teſtatoris impoſſibilis ſiue d' Iure, ſiue de Natura, nō eſt ſeruāda, Itē neq; pręceptum

Neq; cōditio

Neq; cōfeſſio

Ius obedit naturę

Sing not

per notorium quod eſt propriè in rebus permanẽtibus, ſentẽtia poteſt citra appellationem retractari, & Baldi meminit Iaſo eũ ſequens, in l ſi ff de in lit iuran num 5 vbi reſpondet ad glo ibi, quã Bald in d l 1 primò adduxerat in oppoſitum Ad præmiſſa etiã facit l ius agnationis, ff de pactis, † &
12 l fina ad fin ff de proba vbi ſi teſtator profiteretur aliquem eſſe filium ſuũ qui non eſſet verè filius vel econtrà, nec quicquam illi prodeſſet, neq, noceret per illa iura Ad idem l adoptio, la primera, ff de adopt vnde effluxit tex in § minorem, inſtit eo quam l fin commendat Bald in l ſi quis grani § 3 ad Silla & Felin in c quanto, de præſumptio & Hyppol de Marſi in l 1 § ad quæſtionem, col fin ff de quæſtioni & non eſt omittendum, ꝗ eundem tex in eadem l vltim allegat Panor extenſiuè, id eſt vt comprehendat fœminam etiam non iratam, (q a de irata tãtum tex ille fuerat loquutus) in c per tuas 3 notab de probat. quod eſt nota & verum nam ratio illius deciſionis eſt cõmunis & promiſcua ad vtrunque caſum Ad idem & in terminis fortioribus facit prælleg l 2 de vſufru earum re quę vſu conſu
13 quam Bal ibi ſummat, † quòd id quod natura negat, lex non audet & cõmẽdat idem Bald in authẽ ad hæc, C de vſu col 3 Ad idẽ facit l eis, ff de capi dimi & l 3 § ex contrario, ff de acquir poſſeſ qui tex valde cõducit ad hanc rem, cùm ait [*Cõtra naturã quippe eſt, ut cũ aliquid ego teneo, tu quoq, id tenere uideare*] Quæ omnes leges tendunt in illum ſcopum, vt teſtator neq, lex non poſſint cõtra naturalia quicquam diſponere vel ſtatuere Præterea (vt ad præmiſſa redeam) retenta Paul de Caſt opinione pro vera & eam declarãdo dicitur, ꝗ etiam eſt de iure impoſsibile, nõ tantum vt ille dicit de natura cã dem rem, data etiam diſpoſitione teſtatoris bis præſtari vel ſolui Quod ita oſtenditur Nam cùm in vna & eadem re nõ ſit date niſi vnicum dominium plenum, prout Barto tradit in l. ſi quis vi § differentia, ff de acquirem poſſeſ ergo impoſsibile eſt de iure, ꝗ detur duplex dominiũ in eadem re ex quo duo non poſſunt eſſe eiuſdẽ rei dominiũ inſolidũ l ſi vt certo § ſi duobus vehiculũ, ff cõmodati, cuius eſt ratio id quod retuli Bart dicere in dicto § differentia, quem Docto ibi & vbicunq, de ea re loquuntur vnanimiter ſectantur igitur tale præceptum quod teſtator faceret eſſet etiã de iure impoſsibile, & conſequenter
14 minimè ſeruãdum † tunc ſiquidem teſtatoris diſpoſitio cenſetur lex § diſponat, in authen de nupt colla. 4 qñ non eſt contra legem, vt in l Nemo poteſt, vbi notant Docto præſertim recentiores in textualibus ſ̃ tit prio & in l ſi quis eum quem ĩ de condit. & demonſtra & in c Requiſiſti, & in ca Tua nos, de teſta & vtrobique notant Ioan de Imo Panor & alij, & in l. Teſtandi, C de teſta vbi Bald not. adducens alias concordantes Ad idem l conditiones contra ædicta, & lex ſi Titius ſ̃ de condit inſtit quæ valde conducit ad hanc rem, iuncta l. quod contra, § vni duo ff de regu iuris Et eſt aduertendum, ꝗ in caſu cõmunis cõcluſionis de qua in dicto § ſi eadẽ res, & eiuſdẽ tex qua de agimus, quã do teſtator bis legauit eidem eãdem ſpeciem, etiã ſi dicat ꝗ bis præſtetur, non poteſt vllatenus dici, ꝗ fiat interpretatio fauore legati, quaſi teſtator cenſeatur voluiſſe præſtari rem & æſtimationem Quia ſecundum Paul de Caſt & cõmunem ſententiam Doct. ibi, imputare ſibi dẽbet teſtator, quòd non rite diſpoſuerit, vt potè verbis omnino incongruis diſponendo, & relinquen

Ad l fin ff de proba.

Quod negat natura, lex nõ audet

Redit ad declarationẽ Pa l de Caſt [illegible]

Qñ teſtatoris diſpo. cenſeatur eſſe lex.

Aduertẽtia notabilis.

linquendo rem eandem bis vni & ei dem legatario & inſuper iniūgendo hæredi, quòd ſolueret vtranque rem ſeu ſpeciem Nam ſub appellatiõe vnius ex illis duabus ſpeciebus non poteſt vllatenus contineri illius æſtimatio, cùm ſint penitus diuerſę, & (vt aliâs dicitur) diſtent ex diametro & ſic ſecundum Paul de Ca in dicto § ſi eadem, teſtator fuit in culpa non vtendo verbis iuridicis & aptis ad diſponēdum circa æſtimationem alterutrius ex duabus ſpeciebus legatis, ſiue de ſpecie bis eodem teſtamēto eidem legata, & inſuper à teſtatore eidem legatario inſolidum iuſſa præſtari Allegat Paul de Caſtr l ſi in teſtamento ff ſi quis omi cauſa teſtamenti, iuncta l in ambiguo ff de reb' dubijs. Si enim teſtator voluiſſet loqui ſeu diſponere de æſtimatione, vt illa deberet & præſtaretur loco alterius rei, quæ non poteſt præſtari, vnà cum alia ſpecie, quę poterat pręſtari, facilè erat ei id exprimere, vt aliâs inquit tex in communi allegabilis in l vna, § ſin autem ad deficientis C de caducis tollen & in ca ad audientiam ad finem de deci vbi gloſ meminit tex in eo § ſin autem, ſub § ſi vero, in eadem l vna Et vt hāc rem finiam prædicta communis opinio eſt proculdubio tenenda, licèt Iaſo contrarium teneat in dicto § ſi ea- *Obex contra cōem*
dem res, prima colum per l Si plurib' § penul eo titu ibi, [*Niſi ipſe teſtator, &c*] vbi ſi teſtator leget eandem rem ſiue ſpeciem duobus vel pluribus, & teſtator voluit manifeſtiſsimè legatarium conſequi vtrunque inſolidum, pręſtabitur vnicuique ſolidum vni ſpecies, alteri æſtimatio qui tex prima inſpe-
*Rñſ Ioã de Imo.* ctione videtur vrgere contra præfatam communem opini Sed ad illum reſpondet Ioan de Imo in dicto § ſi eadem, in verſic extra gloſ vſque ad fin faciens differentiam inter legatū factum vni, vel pluribus pluries, vt ibi per eum reddentem rationem & declarantem hoc Vel poteſt vltra Ioan de Imo aliter reſponderi, quòd vbi ea- *Altera illius declaratoria aliter tñ & aliter*
dem res legatur duobus ſeparatim in ſolidum, & ſic apparet de volūtate teſtatoris voluiſſe rem præſtari ſolidam vtrique legatario, res debetur vni, & æſtimatio alteri quia ita cenſetur legatum factum de re vni, & de æſtimatione alij ne legatum vni ex eis diſiūctim factum ac ſecundario ſeu poſteriore loco ſit inutile At in propoſito cōmunis aſſertionis, de qua agimus videlicet, quando eadem ſpecies legatur vni pluries, non idem eſt dicendum quia quoad vnum legatarium qui ſolus eſt, ſufficit legatum ſemel valere, vt ſaltem in eo diſpoſitio defuncti ſortiri poſsit effectum Et iſta non eſt ſolutio de per ſe, nam tendit in idem cum ſolutione Ioan de Imo quę eſt diuerſificatiua caſuū ſed iſta eſt potius alia ratio differentiæ clarior inter hos caſus ſcilicet, quando cōſtat manifeſtiſsimè de volūtate teſtatoris, quòd primo legatario pręſtetur inſolidum, & ſecundo ſeparato præſtetur etiam inſolidum, qui eſt caſus dictę l ſi pluribus, verſi penul ff citato Et quando itidem de eadem voluntate conſtat, quòd vni & eidem legatario voluit teſtator rem ſolidam pręſtari pluries, qui eſt caſus communis quęſtionis de qua egimus huc uſque Et certè iſta eſt potior declaratio, quàm Ioan de Imol quia ille tendit ad alium ſcopum, quia non facit differentiam, quam dixi de pluribus legatarijs diſiunctis, habentibus expreſſam voluntatem defuncti, quoad ſolidam rem vnicuique præſtandam quo caſu loquitur dictus verſic penult dictæ l Si plurib', ad vnum ſolum habentem eandem voluntatem defuncti quo caſu loquitur

quitur prædicta cõmunis cõcluſ ſed
facit differentiam inter iſtum vltimũ
caſum & aliũ,quando legat̃ eadẽ res
duob⁹ cõiunctim inſolidũ & ſic nõ tã
git ꝓpoſitũ d l ſi plurib⁹ nimirum, q̃a
ibi agit de quadã deciſio Bar ſaluãda
quo ad aliũ effectũ q̃ ſit is de quo agi-
mus,q̃ eſt de euitanda contrarietate,
quã dicit Iaſ ſubeſſe( ſed fallit̃) de l ſi
plurib⁹ § vel verſ pe ſ̃ ad cõem opin
de qua ſ̃ ſatis ac ſup eſt actum Nõ ob
ſtat etiã prędictę cõi opin l quid ergo
magna § ſi q̃s duos,eo.tit qua etiã Iaſ.
innitit̃ ad tenendũ contrariũ in eodẽ
§ ſi eadẽ res,vbi ſi teſtator rẽ eãdem le
gat pluries eidẽ legatario ab hęredib⁹
diuerſis intelligit̃ rẽ ſiue ſpeciẽ legare
ab vno,& ab alio æſtimationẽ eiuſdẽ
rei ergo fortius videt̃ eſſe( ſcđm eũ)
idẽ dicẽdũ in caſu cõmunis opin.quã
verſamus,vbi ſi teſtator voluit expreſ
ſe vni legatario ab vno & eodem hæ-
rede eandem rem pręſtari pluries, nõ
poteſt id efficere Nam reſpõdet̃ hos
terminos ſeu caſus nõ eſſe pares cùm
enim teſtator ibi reliquit eandẽ ſpe-
ciem à pluribus hæredibus ſeparatim
vni ſoli legatario,hoc expreſſo,quòd
quilibet hæredum teneretur ad ſoli-
dam rem , idem cenſendum eſt, ac ſi
res legata ſit eidem in teſtamentis di-
uerſorum nimirũ ſi legatarius conſe
qui debeat & rem & æſtimationẽ, q̃n
inquã prius cõſequutus eſt ab vno hę
rede æſtimationẽ nam poſtea põt pe-
tere ipſam ſpeciem ab alio ergo non
videt̃ fortius eſſe idem(ꝓut Iaſ dicit)
in caſu cõis concluſionis imò potiùs
cenſeri debet eſſe penitus diuerſum
nã iſto caſu ceſſat illa cõiectura,q̃ te-
ſtator videret̃ voluiſſe ab vno legare
rem,ab alio æſtimationẽ.cũ non ſit ni
ſi vnicus ac ſolus hæres grauatus per
multiplicationẽ eiuſdem ſpeciei,cui⁹
multiplicata præſtatio(vt ſ̃ eſt proba
tum )eſt impoſsibilis tam de iure quã

Rãſ per aſsi gnationẽ di uerſitatis cũ ratione

15 de facto vł natura Ratio rõnis eſt† q̃a
iſto caſu nõ eſt veriſimile teſtatorem
voluiſſe vnum eũdẽq̃ hæredẽ grauã-
re pręſtatione duplici,etiã ſi id expreſ
ſiſſet bis noĩando ipſammet ſpeciem,
quæ de ſe eſt impræſtabilis pluſquàm
ſemel nã effectu & re ipſa videt̃ erraſ-
ſe in noĩe appellatiuo nominãdo ſpe
ciem pro ęſtimatione ipſius qui error
eſt intolerabilis , & vitiat diſpoſitio-
nem l ſi quis in fundi vocabulo ſ̃ tit
i concludo iterum vt ſ̃ cõem opin
eſſe tenendã per text irrefragabilem
in ſępe allegatõ § Si eadem,in d l.Pla
nè,in verſic [*Idemq̃, & in fideicõmiſſo,*] vbi
Ang đ Perig ſignanter dicit per illũ
16 tex † q̃ teſtator non põt ſubuertere
neq; tollere regulã de nõ cõcurſu plu
rium cauſarũ lucratiuarũ,prout & an
te ipſum tenuit Bar in.§ duorũ, colũ
pen ſ̃ iſta l 4 q vbi tamẽ(quod miror)
nõ adducit illũ tex in d § ſi eadẽ res,q̃
eſt tex optim⁹ ibi, [ *Eiuſq̃ rei ratio eſt euidẽs,q̃ eadem res ſæpius præſtari nõ põt,&c.*] Sed
citauit tex q̃ effluxit ab eo in § ſi res,
inſti de lega cui⁹ illa verba.ſ non põt
q̃ ſunt etiã in d § ſi eadẽ,põderat Bar.
ſup quibus fundant̃ oẽs cõprobatiões
ſ̃ à verſ nõ eſt omittendũ hucuſq; p̃
me adductæ Sic itaq;(redeũdo ad pręmiſſa)gl ſi in prin hîc,q̃ vr̃ dicere cõ-
tra cõem concluſionẽ eſt intelligẽda
in caſu hui⁹ tex dũtaxat loq̃,& in ca-
ſu d l quid ergo,mag § i quẽ gl.citat,
videlicet(vt ſ̃ induxi)q̃n plures hr̃des
vel onerati ſeparatim fuiſſent grauati
de pſtando eandẽ ſpeciẽ eidẽ legata-
rio q̃a vt ibi dicit̃ eo caſu cẽſet̃ relictũ
in teſtamentis diuerſorũ & eſt diſtin
guendũ,vt mõ dixi an primo ſit cõſe
quut⁹ legatari⁹ æſtimationẽ & pote-
rit poſtea cõſequi ab alio hærede gra-
uato ſpeciẽ,nõ aũt ècontra.Sed q̃n te
ſtator relinquit bis eandẽ rẽ vni lega-
tario ab vno hærede vel grauato, tũc
procedit communis, vt iam dictum

Rõ præfata rationis

Firmat iterũ cõem cõclu.

eſt, cũ eo caſu ceſſet præſumptio duorum teſtamentorum ex quo verè ac re ipſa non eſt niſi vnum. Et quòd in § Si eadem res prænotato, in dicta l Planè, intelligatur, cùm ſpecies fuit relicta bis ab vno hærede grauato vni legatario. Item q quando relinquitur ſpecies à pluribus & ab eorum quolibet inſolidum, ſit idem iuris, ac ſi in diuerſis teſtamentis diuerſorum inquã relinqueretur, tenet Bar poſt Dy in l ſi pluribꝰ § ſi poſt mediũ diſtinct ſ eod opinio aũt cõtra cõem (vt ad eam redeã) ſ vt in pdicto caſu, qñ conſtat de intẽtione teſtatoris eum voluiſſe ſpeciem legatam ab vno hærede vni legatario pluries præſtari, poſsit petere & ſpeciem & æſtimationẽ ipſius, põt defenſari vno caſu videlicet, quando in teſtamento eſſet appoſita illa clauſula, omni meliori modo. Tunc enim valeret præfata voluntas conduplicata, ſaltem quo ad æſtimationem, ac ſi expreſſum eſſet à teſtatore, quòd hæres vel grauatus præſtaret ſpeciem eidem legatario, itidemque ipſius rei æſtimationem quo caſu diſpoſitio eiuſmodi proculdubio valet l nutu § vel verſ. i infrà, titu i quem Barto adducit in § duorum, penult colum ad medium ſ iſta l eſt quippe maxima iuridica propè infallibilis, † quòd vbi de teſtatoris liquet voluntate eũ voluiſſe actum valere, eo modo quo valere poteſt, ſi vt agitur non valet, ſuſtinetur prout valere poteſt, ſecundùm Bart poſt glo ibi in parte naturaliter in l i § Si quis ita interroget, in primo membro diſtinctionis ff de verb obligat cui concinit ibi communis Doctorum ſchola per l fina § illud C de codicil & tradit Panor in capit. Cùm ſuper, col fin de offic delegati, vbi etiam Feli in ſecunda col & Deci in vlti facit in propoſito illius clauſulæ omni meliore modo, quod tenet

*Defenditur opin. cotra cõem vno caſu.*

*Regula propè infallibilis* 17

Bald in l Quotiẽs, verſic Quæro ſi pater, C de hæred inſtit dum ait, quòd illa clauſula operatur, vt propter ipſius appoſitionem valeat teſtamentũ, etiam ſi in eo pater non dixerit, quòd relinquit filio legitimam iure inſtitutionis, ſed ſimpliciter reliquit ſibi illã non inſtituendo ipſum in illa intelligo ſi reliquit per verbum ambiguũ, relinquo ſecus ſi per verbum particulare, lego. Facit etiam quod no Card. in cap Ex literis, de offic delega quẽ ibi ſequitur Ioan de Imo colum 7 & Socin plura in hanc rem ſimilia congerens cõſi 66 col 3 volu 3 vbi ait ppriã ac peculiarẽ huius clauſulæ naturã eſſe, q ſi actus non valeat, vt geritur, trãſit in vim & naturã alterius actus q valere poſsit commodè. Idemq́ dicẽdum eſſet, ſi in præfata diſpoſitiõe cõ duplicata poneretur iuramentum, vt tradit Barto in eodem § Si quis ita, p l cum pater, § filius matrem ĩ iſto tit. quo tex Docto vbilibet dicunt, q iuramentũ habet vim prædictæ clauſulæ, omni meliore modo. Ex quo videtur inferendum, q cùm hodie in hæreditate patris non ſit dabile niſi vnũ dũtaxat quintũ, & vnum tertiũ reſpectiuè quo ad meliorationem vel meliorationes faciendas, vel in filios vel in extraneos, vt in l 28 in ll Tau. Si pater in eodem teſtamẽto, vel teſtamẽto & codicillis, bis melioraſſet filium in quĩto bonorũ, quod quidẽ quintũ licèt ei nõ aſsignetur in re certa, nihilominus reputatur vt talis res certa l Cũ aũt pars bonorũ ſ eo tit & l Si qs bonorũ, & l nõ amplius § i ſ tit pxi & l mulier § ſi cũ glo ĩ ad Treb & l cũ ex filio, in prin ſ de vulga & pupilla. etiã ſi id exprimeret, q tale qntũ pſtaretur bis, nõ deberet niſi ſemel niſi eſſet appoſita præfata clauſula omni meliore modo vel prælatum iuramentum tũc eñ (vt ſuprà fuit dictũ) deberetur

*Ad eandem clauſula oĩ meliore mõ*

*De eadẽ re.*

*Adaptatio ad ll reg.*

*L 28 Tau.*

beretur quintum & eiuſdem quinti æſtimatio, intelligendo vt prædixi, quando ab vno hęrede fuiſſet relictũ: nam ſi à duobus, eſſet facienda conſideratio, an à primo cõſequutus fuiſſet talis legatarius æſtimationem & tũc à ſecũdo ipſum quintũ poſſet cõſequi Secùs econtra, vt ſuprà fuit dictum ex textu, in § ſi res, inſtit de lega per quem ita tenet Barto quem ſ. adduxi in prenotato § duorum, colũ 2 verſi quarto contra hoc opponitur &c vbi ad Barto addidi rationem diuerſitatis inter hos duos caſus, quę eſt difficilis ſpeculationis

18 Nunc†redeũdo ad intellect tex dicendum eſt, q; ſi in caſu huius tex res hæreditaria fuit legata per teſtatorẽ eiuſdem rei dominũ legata inquàm à pluribus hæredibus non in ſolidum ſed ſimpliciter deinde in codicillis ea dẽ res fuit eidẽ relicta, & ſic repetita ab hrdib⁹, vel expreſſe, vł ſimpliciter & teſtator apertè cauiſſet vtrũq, legatum deberi etiã ſi talis legatarius fuiſſet primo conſequutus rẽ vł ęſtimationem ab omnibus, poſſet nihilominus rem vel æſtimationem iterum pętere ſimiliter ab omnibus hæredib⁹ ſecùs eſſet ſi in teſtamento reliquiſſet rem ab vno ex hęredibus vni legatario & in codicillis eandem rem repetijſſet ab eodem vel alio hęrede, vt per eum eidem legatario præſtaretur quia tũ eſſet vt ſ diſtinguendũ, an legatarius conſequutus ſit primo æſtimationẽ ab vno ex hæredibus, & poſſet petere rem ab eodem vel alio an verò econtrario & minimè In quorũ primo caſuũ poteſt (vt dixi) vtrunque conſequi, videlicet ęſtimationẽ & ſpeciẽ etiam ſi teſtator expreſsim non conduplicaſſet legatum item etiam ſi non eſſet per eum appoſita præfata clauſula omni meliore modo, de qua fuit dictum in ſuperioribus Sed ſi legati eſſet bis res non hæreditaria (vt ad ſecundum membrum, & conſequenter ad alium intellect textus redeam,) & ſic aliena ſcienter quo caſu ab omnibus hæredibus deberetur æſtimatio rei inſolidum, ſecundũ Docto hîc, & ſecundum Barto Paulũ de Caſt & Docto in dicto § ſi eadem res in l Planè tũc eſſet res expedita, quòd facta multiplicatiõe legati, omnes tenerentur inſolidum propter naturã ipſius æſtimationis, quæ eſt multiplicabilis l Lutius, vltima. § impuberẽ ĵ. iſto titulo, ſuprà allega Et hæc quoad iſtum art ſatis ac ſuper

*Redit ad textus intelligentiam.*

*Tangit aliũ intellect.*

19 Gl 1 †in princ ibi, rẽ hrditariã Hîc ponitur prima lectura ad iſtum text. quæ eſt, quòd hic fuit legata res hæreditaria ideo hæres, qui fuit ſolus primo loco grauatus, non tenetur niſi p parte ſua duntaxat, ſecundum Barto Et hanc lect proſequitur glo 3 à principio vſque ad verſic ſed videtur, excluſiuè & tunc ad contrariũ de dicto § Si libertus, in glo citato, vbi probat, quòd talis legatarius non poteſt agere contra hæredem ſolum ſpecialiter grauatum in teſtamento cuius contrarium hîc innuitur, reſponderi poteſt, quòd hæres hîc fuit conuentus de facto ad totam rem item ſoluit totam, id eſt, totius rei æſtimationem voluntariè & de facto, prout voluit glo tertia, in ſolutione alterius cõtrarij, de quo inferius dicetur & hæc lectura approbatur per Bar & Docto

20 In eadem glo ibi, prælegata not ex glo. † quòd teſtator grauando vnum ex hæredibus in aliqua re hæreditaria, non videtur eam ſibi in antecedens prælegaſſe quam gloſſam approbat Alexand in l Si tibi homo § primo, ſuprà titulo primo, per textum, in l Cùm quaſi, § Si plures, ff. de fideicommiſ liber Sed in contrarium facit l Denique § Interdum, ſecun-

ſecundo reſpon infrà, de pecu legat vbi hæredi grauato præſtare centũ de peculio,quod teſtator idemq; dñs ſibi cõceſſerat videt̃ plegatũ ipm peculium ergo idem ſi grauetur præſtare totam rem hæreditariam cõtra Alex quem proximè retuli iſtam glo notantẽ arg regulæ protritæ, quæ deſumitur ex l Quæ de tota,in princ ff de rei vendi iuncta correlatione terminorum.Et niſi videam competens reſponſum ad hanc difficultatẽ non adhærebo nota Alex præſertim,quia ex glo iſta non colligitur efficaciter De intellec tamen & ratione prædicti § Interdum,videndus erit Iaſ in l Centurio,colũ 24 ff de Vulga & pupilla poſt Bart ibi, colũ 11 delibeiandum itaq; eſt & videatur etiam Barto vbi Ioã de Imo Pau & Rapha in l Cũ tale,§ fina ff de condit & demõſtra per illum tex

Dubitat de cõcluſ. Alex qua p viam not elicitex gl licet non vrgenter

21 Glo † ab oĩbus ibi,ſed videtur,glo. iſta in hoc verſi ſentit ſecundã lectu ad hũc text vt loquatur ſeu intelligatur etiam quãdo res non hæreditaria fuit legata & iſtud ſentit glo in poſitione contrarij de dicto § 1 qui p Doctor intelligit̃ de re non hæreditaria legata quo caſu hæres primo oneratus tenetur ad ſolidam æſtimationẽ, & cæteri cohæredes liberantur,vt hîc attamẽ contrariũ videtur probari in hoc tex dum dicit,[*Ab omnib' dominiũ nõ quæri*] quaſi velit,q; legatarius non poteſt agere contra hæredẽ, qui primo ſoluit æſtimationem,ſed contra alios ſic Et ſoluit glo q; alij cohæredes grauati in codicillis ſoluerũt ſponte ſuas partes,ex quo non potuerant cogi,vt potè liberati per ſolutionem hæredis primo grauati vnde pro eorum partibus tranſit dominium,nõ autem pro parte alterius hæredis, qui primo totam ſoluit æſtimationem ſponte quã ille repetit pro aliorum partibus, velut indebitè ſolutam niſi conſenſerit ſolutioni rei cõmunis ipſorum hæredũ,ſcdm Bar & Docto et iſta eſt etiã vera lectio,quæ vt poſsit aptè verificari,oportet dicere,quòd iſta res non hæreditaria,quæ fuit legata, erat communis omnium hæredum ex cauſa non hæreditaria Sed quicquid Bart & Docto dicant,puto quòd gloſ iſta à verſi item videtur, ſtatim ſequente ad finem redit ad priorem lectu quãdo ex cauſa hæreditaria, &c Et addẽdo præmiſsis dicendum eſt, quòd reſolutio lectionum & intellectus huius tex ſtat in hoc,quòd ſi litera illa, [*Ab omnibus hæredib'*,] legat̃ cũ illis verbis [*Dominium non quærere,*] prout legit iſta glo in princip tunc procedit intelle quem glo proſequitur, vſque ad prædictum verſ ſed videtur, excluſiuè,& etiam tota glo prima,ſcilicet quòd loquatur in re hæreditaria legata Si verò eadem verba, [*Ab omnibus hæredibus,*] legantur cum dictione,[*Relicta,*] ita q; tex voluerit referre tenorem codicillorum,prout glo 3 addit ad tex ſuperfluè & ſic quòd text velit dicere, q; ſi in codicillis fuit iniunctum hæredibus, vt ſoluerent legatario rem eidem in teſtamento legatam eius rei dominium,vt potè non hæreditariæ, & ſic alienæ, nullo modo quærit Sicque ab eis fuit in codicillis relicta eadem res non hæreditaria quæ fuerat ab vno ex eis eidem legatario in teſtamento relicta,non poteſt talis legatarius aliquid conſequi à cæteris cohæredibus,poſtquàm conſequutus eſt totam æſtimationem ab hærede inſolidum grauato quia ſolutione illius alij fuerunt liberati Ita intelligit Paulus & Rapha & licèt alia intelligentia ſit communis,quòd fuerit legata res hæreditaria tamen inquit ipſe Paulus de Caſt quòd eſt diuinatoria & quòd tenendo iſtam ceſſant

Intelligit gl. in verſ item vi,alterqua Bar & Doc

Reſolutio lectionũ, & ĩtellec iſtius tex.

amba

ambages tene quod magis placet, nam vtroque modo intelligendo text omnia procedunt, & ſatisfit cõ tratijs, vt per Barto & Paul poſt glo & ſic habemus ex textu duas deciſiones vtiles in facti contingentia q̃ ſępe poſsũt iſta duo dubia occurrere

Vtraq; lectio pcedit.

Et priuſquã hinc diſcedam, vnum addere ad Bart pretium erit operæ vi

22 delicet, ꝙ inquãtum primo loco opponit cũ glo 4 de l ſi tibi homo § 1 ſ tit proxi videtur oppoſitio eſſe ſuperflua, quum imò videatur eum voluiſſe opponere de l ſi fundum ſub conditione, § Si libertus cum gl 1 hîc ex eo quod in ſequẽti oppoſitiõe, repetit eãdem l Si tibi homo § 1 ſed rectè Bar intelligendo, imò iſta oppoſi non eſt ſuperflua, & adaptatur ad iſtum text hoc modo Nam hic text vult ꝙ prĩo grauatus, qui ſoluit totam æſtimationem non tenetur niſi pro parte ſua, ꝑ ut dicitur in d § Si libertus & tamen in dicto § 1 legis Si tibi homo, dicitur, quòd per ſolutionem æſtimatiõis factam ab vno ex hæredibus grauato, reliqui hæredes cenſentur liberati ipſo iure & amplius nõ poteſt agi ex codicillis Et tunc reſpondet Bar ꝙ in d § 1 in l Si tibi homo, res legata non erat hæreditaria, vt hîc per eum & ſic tex. in dic § Si libertus eſt iungendus cum iſto tex vt contrarium formetur de prędicto § 1 in l Si tibi homo, ad dictum § Si libertus, vnà cum iſto Et ſic Bar loquitur præſuppoſita lect cõi gl hîc, quòd iſte text loquatur, quando res hęreditaria fuit legata Et in iſtum ſenſum Pau de Ca adducit dictum § Si libertus, hîc poſt princ licèt poſtea ad finem teneat alium intellect quòd hîc fuit legata res non hæreditaria ſed vtrunque (vt dixi) procedit Et in quantum Barto ſecundario opponit de eodem § 1 legis Si tibi homo, ad introitum ſecũdæ lectu quòd hîc res

Adaptatio oppoſitiõis Bar & gloſ. ad tex

non hereditaria fuit legata, contrariũ eſt aliter formandum videlicet, vt in dicto § primo probetur quòd vbi vnus hæredum fuit grauatus in re nõ hæreditaria, ſed aliena & conſequenter extra hæreditatem teſtatoris & ſic tenetur ad ſolidam rei æſtimationem & poſtea in codicillis omnes hęredes fuerunt grauati cõſimiliter de præſtando ipſi legatario eãdem rem non hæreditariam, primo hæredum grauato ſoluente totam æſtimationẽ illius ab eo primum in teſtamento, & ab alio & alijs hæredibus relicta in codicillis, illo primo hęrede grauato ſoluente æſtimationem rei totam, alij cohæredes non tenentur legatario quia ſunt liberati per ſolutionem primi Sed contra hoc videtur facere iſte tex ibi, [*Ab oĩbus dñium non quærere,*] intelligendo inquam eum in re non hæreditaria legata quaſi dicat, non poſſe legatarium agere contra eum qui primo ſoluit æſtimationem ſed cõtra alios ſic Sed ſolue, vt per glo & Barto. vel aliter, vt per Pau de Caſtr vt ſuprà retuli Supereſt vnum duntaxat punctuandum circa commentarium Barto Nam in fine primæ oppoſitionis, & in ſecunda idem Barto vult ꝙ grauatus in re non hæreditaria ſcienter tenetur ad totam rei non hæreditariæ legatæ æſtimationem poſtmodum verò in membro vltimo diſtinctionis videtur tenere oppoſitum. Et in hac contrarietate tollenda opus eſt inueſtigatione quia aut litera Barto eſt corrupta aut ſibi Barto ex diametro (vt aliâs dicitur) repugnat Et in vero multa dicta per eum in commentario iſtius § (etſi per breui) ſunt obſcura & implicita & ipſe perperam declarat obſcuritates & implicitates gloſſæ, ideo recurre ad ea quæ ſ tradidi poſt Pau de Caſt per quæ ſaltem (quo ad ſubſtãtialia,) ſatis

Aduertentia ad contradictione reſultantẽ ex ver Bar hic deſcipſo ad ſeipſum

ſatis declarantur gloſ & dicta Barto Et hæc ſufficiant in hoc textu, qui in ſeipſo eſt inuolutus & per dicta gloſ & Barto fit inuolutior ſed ex prædictis ſat ſuperq; manet explicatus

*Summarium*

1 *EX prima huius tex parte colliguntur tria pronuntiata.*

2 *Teſtator legãdo rẽ ſimpliciter præſumitur legare i' quod habet in re tãtũ*

3 *Ponitur hic primus intellectus Bar et ſequacium & nõ adaptatur huic tex.*

4 *Appellatione fundi legati uenit utrunq;, id eſt, tã proprietas quam uſusfructus*

5 *Ponitur hic alius & ſecundus intellectus Bar qui non adaptatur huic literæ licet ipſe dicat procedere ſine ſcrupulo.*

6 *Ponitur hic alius & tertius intellec huius tex qui eſt Bar quem ſequitur Bal & Pau de Ca tamen non placet, quia onat aliud litera huius tex*

7 *Ponitur hic quartus intellectus Ioan de Imol. & Alberic qui uerificatur in hoc text licét Barto. alio tendat*

8 *Ponitur hic uera lectio iſtius tex*

9 *Rem alienam poteſt quis uendere in præiudiciũ ſuum*

10 *Tractatur de oppoſ Bar & Docto. contra iſtius l primum reſponſum.*

11 *Dominium rei conſtat ſeu cõſtituitur ex proprietate & uſufructu*

12 *Vſusfructus non poteſt dici pars quota, ſed pars integralis*

13 *Officium iudicis conquieſcit lata ſententia ſuper principali, & ceſſat in acceſſorijs*

14 *Aliud eſt pretium rei aliud poſſeßionis*

15 *Declaratur hic l quid, aliud, ff de Verborum ſignific*

16 *Vſusfructus & uſus & habitatio differunt, ſecũdum plus uel minus. non autem in ſubſtantia*

17 *Hæres tenetur facere legatarium poſſeſſorem rei legatæ*

18 *Hæres tradendo legatario fundũ etiam ſeruientẽ, nihilominus uidetur tradere poſſeßionem fundi uacuã*

19 *Poſſeßio libera & uacua differunt*

20 *Poſſeßionis appellatio in dubio intelligitur de pacifica*

21 *Poſſeßio pacifica tunc dicitur haberi, quando fructus per poßidentem percipi poſſunt & non alias*

22 *Nota hic ad materiam meliorationis*

§ Fundo legato.

FVndo legato, ſi vſusfructus alienus ſit, nihilominus ab hærede petendus eſt vſusfructus enim etſi in iure non in parte conſiſtit, emolumentum tamen rei continet, fundo verò relicto ob reliquas præſtationes quæ legatum ſequuntur, agetur, verbi gratia, ſi fundus mihi pignori datus vel aliena poſſeſſio ſit, non idem placuit de cæteris ſeruitutibus Si autem res mea mihi legetur, propter iſtas cauſas legatum non valebit.

ETſt text valde difficilis, quod ex eo apparet, quia Barto anxiè & curioſè diuidendo & ſubdiuidendo eum, effingit caſum ad quemlibet verſicu quòd raro ei accidit qui ſi idem feciſſet in omnibus legib' inuolutis & ſcabroſis, vbi fuiſſet opus tali diligentia, maiori in pretio haberentur eius commentarij quia aperiretur via ad faciliorem materiæ intelligentiam Sed cùm pro more ſolito plerunque & quaſi ſemper ingrediatur pede ( vt aiunt ) ſicco, ſtatim poſt Epithomen ſiue ſummam abſq; alicuius præſuppoſiti præfatione & declaratione textuali, opponendo prætermiſſa inductione legũ de quibus opponit, & adaptatione ad l contra quã opponit, multoties confundũtur & offuſcant legentes, & conduplicatur eis labor in legendo commentarios ipſius Quãquàm in pertractãdis, ordinandis, & enucleandis materijs cæ

rijs cæteris ſcriptoribus præſtet Hęc libuit obiter hic tradere, & quidem non abs re

Pręmiſſa itaq; ſumma & diuiſione
1 Bar nec nō caſus apta figura, † ex prima tex parte colligunt tria pronūtiata Primum, quod teſtator legādo fundū ſimpliciter in quo habebat ſolam ſeu nudam proprietatē, videt etiam legare vſumfructū & ſic ſi fundudus tradatur per hæredē legatario diminut' in vſufructu (nam aliter non pōt per eum tradi, cùm ad ipſum nō tranſeat niſi ſola proprietas) pōt conueniri ad vſumfructū, & eum tenetur prēſtare

Primum.

Secundum. Secundū eſt, quod quādo res legatur eſt nexa pignori, vel in eadem alius habet poſſeſſionē, hæres tenetur & pōt cōueniri à legatario ad ipſam rem, vt inde ſequatur luitio pignoris, item & traditio poſſeſſionis

Tertium Tertium eſt, quòd ſi fundus legatus debeat fundo alicuius extranei ſeruitutē realem, hæres non tenet ad aliud præter traditionē ipſiuſmet fundi qualis fundus eſt, per quā ſolam traditionem liberatur ab actione ex teſtamento Rationes horū trium dictorū colligunt ex caſus poſitione Bar hic, & clarius ex Bald quem ſequit Imol Sed aliter declarat Paul de Ca oēs tamen rōnes poſſunt procedere, ea dēpta quā ponunt ad verſ [*Nam idem in ſeruitutibus.*] Sed ſolida ratio ad illū elicit ex eo quod Bar hic ad fin dicit, dū ponit rōnem & declarationē ad verſ [ *Si ſtat* ] quę concinè quadrat, & afabrè aptatur ad dictum verſ [*Nō idē in ſeruitutibus*] Ex quo elicui pfatū 3 pnūtiatū

Contra primū vrget fortis & difficilis cōtrarietas de oībus iuribus pro-
2 clamātibus † teſtatorē in dubio nunquā cēſeri legādo rem ſimpliciter, niſi ius ſolū quod in re habeat legaſſe l Si dom' § ſi & l Quod in rerū § 1 & l ſerui electione § vlt ſ tit 1 etiā ſi ta le ius fuerit morte teſtātis periturum vt in eodē § 1 & in l Vxor patrui C de lega & in l Sticho de vſuf lega Sed in caſu iſtius tex vt litera ſonat teſtator habebat in fundo per eum legato proprietatē & alius vſumfru Cū itaq; teſtator haberet ius directū ſolūmodo ergo debuiſſet videri illud ſolū ius directū legaſſe & cōſequenter hæredem nō teneri ad præſtationē vſuſfr. ſed ad ſolam ꝓprietatē nudā quā teſtator in fundo habebat Et iſtud eſt
3 fortiſſimū cōtrariū, † propter qđ Bart & ſequaces cogunt dicere tex iſtū nō debere ita accipi ſed q; loquat qn̄ teſtator nullū ius habebat in fundo, ſed erat alienus in vniuerſum, & legauit eum ſcienter in vniuerſum vel in totum inq; quo ad teſtatorē & tamen vnus extraneus habebat proprietatē & alter extraneus ſolum vſumfructū & hæres tenetur redimere proprietatē ab vno, & vſumfructū ab alio aliâs nō diceret totum fundum, vł eius æſtimationē perfectè tradere vł pręſtare, ꝓut ipſum legatum importat, licèt diuerſimodè i proprietatē ab vno, vt eſt dictum, & ab alio vſumfru habeat redimere & ſic tenet eū facere plenè ipſius legatarij Et licèt iſte intellect' videtur repugnare huic literæ q̄ dicit, [*Nihilominus ab hærede uſusfru. petendus eſt* ] ſecundū Bar vt pūctat Iaſ in d l Quod in rerū § 1 tamē re vera nō repugnat, q a licèt tex dicat, q; petēdus erit vſuſfruct' ab hærede, non tñ negat quia debeat redimere vtrūq; i ꝓprietatē & vſumfr diuerſimode i à ꝓprietario, & ab vſufructuario Sed ideo expreſſit tm̄ de vſuf ab hęrede per legatariū petendo q a potuiſſet dubitari, an ſatis eſſet hęredi redimere ſolā ꝓprietatē, q̄ eſt dn̄ium directū, & illud præſtari legatario & dicit text q; nō, ſed oportet eum redimere vſumfructum, †
4 quia appellatione fundi legati venit

1. Intellect.

nit vtrunque id eſt, tam proprietas q̃ vſusfructus, vt in l ſi alij ῑ de vſufruct lega quā ad id aliud tamē agens, citat hic Ioa de Imo in verſicu Itē aduerte poſt glo ex quibus tanq̃ ex partibus integralibus conſtat vſusfruct⁹ vt in l rectè dicimus ῑ de verb ſign vbi gl ordi quam hic extollit Bar colum ſi & in l Qui vſumfructū, vbi Docto cō muniter eam ſequuntur ff de verbo. obliga vt cunque ſit, etſi omnes tranſ eant cum iſto intellec vel ſaltem ma gis cōmuniter ſcribentes, tamen non aptatur literæ neq, ex ea poteſt elici

5 Quam ob rem poteſt aliter dici, † ꝙ fundus legatus erat hæredis quo caſu legatum de eo factum per teſtatorē valet indiſtinctè, vt in l ſequenti vnū ex familia § ſi rem, etſi hæres tenetur tradere legatario integrū fundum tā reſpectu proprietatis quàm vſusfruc & iſtud dicit Barto procedere abſque ſcrupulo Sed neque iſte intellec poteſt huic literæ adaptari quæ dicit [*Fundo legato ſi uſusfructus alienus ſit*] En quòd ſo lus vſusfructus rei legatæ deerat.

2 Intellect.

3. Intellect. Tertiò dicit Barto hunc text poſſe

6 & abſque ſcrupulo verificari, † ꝙ vſuſ fructus eſſet hæredis, & proprietas te ſtatoris & ſic idem ſit dicēdum quod in caſu ſ̃ proximo, quam lectionem ſe quuntur Bal & Paul de Ca per l Cū filius § Dominus ῑ eo quem Barto ci tat, vbi eſt caſus Tamē iſte tex aliud ſonat, id eſt, quòd vſusfruc erat cuiuſ piam extranei, id eſt alteri⁹, quàm hæ redis.

4. Intellect. Qua de re iſte tex videtur poſſe ve

poſſeſſore, ſed à primo inſtituẽte ipſum maioratum, & à principe qui ſibi conceſſit licentiam eum inſtituẽdi ſi fuit vniuerſalis omniũ bonorũ, vel à Lreg ſi fuit melioratio particularis tertiæ, vel quintæ partis vel vtriuſque partis bonorum inſimul per ea quæ ſuprà dicta ſunt ad quod vlteri' facit tex. optimus in dicto cap 1 in princip de ſucce feu ibi, [*Nulla ordinatione defuncti in feudo manente ſeu ualente*] quem text adducit Bart in l vt iuriſiurandi, § Si liberi, col. 2 ] de ope liber vbi per illum dicit, quòd quando filius nõ habet aliquid vt hæres patris, hoc eſt, quando ad ipſum aliquid pertinet tã quam ad filium, & non tanquã ad hæredem patris, diſpoſitio patris circa illud quod ſic habet nõ eſt alicuius momenti ita Barto tenet ibi loquẽdo in emphytheoſi, & idem ab optimo ſimili videtur dicendum in bonis maioratus, & ille tex. feudalis eſt intelligendus per ſupradicta, ſcilicet quòd talis diſpoſitio vel ordinatio de re feudali nõ valet, videlicet nõ tantũ quo ad vtilitatem aut fauorẽ illius ad quẽ feudum vel maioratus debet peruenire ſecundum ipſius primęuam inſtitutionem fundationem ſeu ordinationem, ſed neque quoad diſpoſitionem priuatiuam prout eſt exhæredatio de qua hic loquimur, cæterũ quoad hoc vt teſtator dicatur alio reſpectu deceſſiſſe teſtatus bene valebit ipſius teſtamentum vel diſpoſitio teſtamentaria inſtitutionis in maioratu diſpoſitiua, vt inquit Pau de Caſt in l irritum, C ad l falcid per illum text qui eſt celebris & reconditus, & non ſolet in locis etiam peregrinis vbi de hac materia traditur, allegari Vnde non videtur probabilis hęſitatio Gui. de Benedict in repetit cap Ramuntius, fol 223 colum 3 verſi. vnum tamen circa præmiſſa, de teſtamen vbi de eadem re dubitat, ſcilicet an ſucceſſor maioratus propter cauſam ingratitudinis contra prædeceſſorem immediatum, eundemque vltimum ipſius maioratus poſſeſſorem cõmiſſam poſſet maioratu priuari vel exhęredari Nam ratio ob quam mouetur ad dubitandum non ſtringit vllatenus Omnia enim per ipſum paulò antea in col. præcedenti tradita procedunt in eadem perſona principali, maioratum à principio ſtabiliente quando ei immediatè ſuccedituṛ vel quando maioratus deſcẽdebat ab antiquis progenitoribus. tamen in inueſtitura primæua ipſius erat aliquid cautum vel reſeruatũ ſucceſſoribus circa talem exhæredationem, dato quòd vocatus ad illum nõn ſuccederet immediatè ſtabilienti, ſed poſſeſſori vltimo ipſius immediato prædeceſſori quibus duobus caſibus nemo ambigit, quin talis ſucceſſor in maioratu poſſet eo exhæredari vel priuari vel per primum inſtituentem vel prędeceſſorem immediatum eundemq; vltimum poſſeſſorem eiuſdem referẽdo ſingula ſingulis Sed id quod ſuprà modo intuli dum dixi illum, ſcilicet Guliet. improbabiliter dubitare, procedit in omnibus ſucceſſoribus ſubſequentibus poſt eundem primum ſtabilientem, nam etiam ſi contra quẽcunque eorum (ceſſante inquam aliqua diſpoſitione à primordio inſtitutionis poſita circa hoc in tali inueſtitura primi inſtituentis) ſucceſſor remotus cauſam ingratitudinis commiſerit exhæredari non poteſt per immediatum prædeceſſorem eundemque poſſeſſorem vltimum, contra quem eam commiſerat, cùm ex ratione iſtius text ſecundum iſtud notabile, tum etiam ex alia ratione quæ ad idem tendit, videlicet, nam ab eo quis põt exhæredari qui eũ tenetur

Text vulgo ignotus.

Taxatur Guil de Benedict in hoc articu & quidem merito

netur inſtruere aliâs exhęredatio eſt inepta vt in l quidam cum filium, ante ſi ff de verbo obliga quia quando bona quibus filius exhæredatur non ſunt parentis ipſum exhæredantis, talis parens exhæredans cenſetur extraneus quoad illa & iſtud eſt propriè quòd ille textus vult, vbi Pau de Caſt & Areti notant, & declarant & Iaſ poſt eos: & vide addi quam feci in repe l i. primæ, ad ſi ſecundæ concluſionis reſolutoriæ ſ. de acqui hære & quæ latius tradidi in repe §. qui fideicommiſſariam l. 3. ſ de hæredi inſtit. Miror tamen de Andrea Tiraquello qui ſequutus fuerit eundem Guil. de Benedict allegando exemplum cuiuſdam ſententię in hoc caſu latę per parlamen Toloſa. lib primigeniorũ, fol 326 num 10 vbi ad ipſum Tiraq. addidi id quod mihi ſeſe obtulit in hoc articulo addendum, carpendo inquam vtrunq; ipſum ſcilicet & Guil. per ea quæ in pręſenti tradidi, vbi remiſi me huc ambo etenim Galli ſeſe mutuò ſcalpunt, vide tamẽ omninò Caro. Mol in conſuetu. Pariſien fol. 113 num 12. ex cuius dictis idem Benedi quem etiam ipſe refert, poteſt excuſari, vbi facit differentiam inter maioratus qui deferuntur iure hæreditario, in quibus poteſt pcedere qđ tenet Guil vt ibi ipſe dicit, & maioratus, qui deferuntur iure ſanguinis, prout ſunt ferè omnes apud nos, qui non deferuntur hęredibus qui ſucceſſerint in hęreditate defuncti, ſed deferũtur ſucceſſoribus ſanguinis Et iſte eſt caſus de quo ſuprà eſt tractatum & iſte caſus ſublimitat' vt ibi per eũ. Sed non eſt recta ſublimitatio ad propoſitum quo de agimus, vt ibi videt'.

Attende

Tertiò nota, quòd eligens vnum ex pluribus ex diſpoſitione teſtatoris non diſponit aliquid ſed declarat voluntatem ipſius, vt hic in verſ [*Nominatum*] & ſtatim in verſi [*Non enim facultas*] & rurſus dum dicit, [*Quid eſt enim quod de ſuo uidetur reliquiſſe*] & probatur etiam in princi l vbi Barto & Docto idem ſentiunt, ac ſupponunt Et ſic iſte declarans non dicitur propriè executor, ſed declarator, vt tenet Barto & Pau de Caſt in l cùm quidam, mag ante finem ſ eod in quæſtione per Barto' ibi mota de cuius verificatione ibi dixi

7 Ex hoc primò deducitur, † quòd hanc facultatem nominandi ſeu declarandi talis commiſſarius non perdit per deportationem, licèt eã perdat per damnationem in metallum Ratio eſt, quia conſiſtit in ſolo nudo miniſterio, ſcilicet declarationis, vt in l ex facto, § Si quis rogatus ſecundo ſ ad Trebel ſecũdum Pau in princip iſtius l

8 † Tamen hoc ſecũdò caſu, ſcilicet, damnationis in metallum, fiſcus facit reſtitutionem poſt mortem naturalem damnati, qui fuerat grauatus poſt obitum nominare, nam in eius vita fiſcus retinebit l Statius § vlti ff de Iur fiſci ſecundum Ioan de Imo & Alexan ibi Ex quo ibidem etiam ſubinfert Pau de Caſt quod iſta electio poteſt fieri vt actus inter viuos, videlicet coram ſolis duobus teſtib', & non requiruntur 5 vel 7 prout regulariter requiruntur in vltima volũtate vniuerſali & particulari diſpoſitiua inquam, nã in declaratoria idem eſt, vt inferius ſubijciam quod patet ſecundum eum, quia deportatus poteſt facere prædictam nominationẽ & tamen non poteſt condere vltimã voluntatem l eius qui ſ de teſtamẽ Sufficit ergo, quòd coram duobus teſtibus dicat quòd eligit, vel nominat talem perſonam ad talem fundum Et ſcđm hoc quod Bar & Bal hîc dicũt ſ q̃ iſta electio capit naturã vltime voluntatis

Notanda Pau de Cal declaratio per quã ſub declaratur quod bar & Bald hic dicunt in iſto articulo

luntatis & ſic non requirit præſentiã electi, debet intelligi quoad hunc dũtaxat effectum præſentiæ electi aliàs ſecus vt in verſicu Sed deciſio, ſi tamen fiat nominatio inter viuos, reputabitur actus inter viuos, & non poterit fieri niſi inter præſentes, vt in dicto § donationis Et ſufficit etiam quod fiat coram duobus duntaxat teſtibus, prout inquit Paulus hic (vt dixi) & non poterit reuocari, ſi fiat purè, vt in dicta l cùm quidam Ideo putarem deciſionem Bald hìc dum dicit, quòd executores non poſſunt eligere abſentes & ignorantes, debere ſaluari, ſi inter viuos electio fuerit facta nam illa non videtur in abſentia, ſaltem ſine medio poſſe fieri quia eo caſu electio non ſapit naturam vltimæ voluntatis & ſic eſſet ſecùs, ſi fieret per vltimam volũtatem. & ideo id quod ipſe Bald refert Bart. dicere, quòd in tali electione non eſt de ſubſtantia, ꝙ adſit præſentia electi, debet intelligi, quando fit per modum vltimæ voluntatis, vt ipſe Bar loquitur Et niſi ita reſtringatᷣ prædicta deciſio Bald (vt dixi) non videtur poſſe ſtare Adhuc tamen quod Bald dicit, non videtur procedere quia ſi nominatio fit per actum inter viuos de aliquo abſente & ignorante, non eſt omnino & funditus nulla cùm ſi notificetur ei per nominãtem, efficitur valida & efficax, vt in l qui abſenti, in princi vbi Bar & alij ff de acqui poſſ & in l abſenti, vbi etiam Bart Pau & Docto, ff de dona & not gloſ in l cõſenſu, ff de actio & obligat iuncto illo text ibi in fine legis, & gloſ in l prima, ff de contrahenda emptio & in l illud, vbi notant Barto Bald & Pau de Caſt C de ſacroſanct eccleſijs & text in § 1 inſtitut de obliga quæ ex conſen naſcunt Et deciſio ſuprà memorata Pauli hìc de interuentu

*Excuſatur deciſio Bal hìc in huius articuli textualis declaratione*

*Adhuc inſtat contra Bald Sed ex hac inſtatia reſultat ſaluatio Bal vt quod prædixit, pcedat, vbi electio de abſente facta fuit abſq; nũtio vel epiſtola ad electũ directo, vel directa*

duorum teſtiũ procedit, etiam ſi nominatio fieret in vltima voluntate, cũ ſit declaratio, vt in § ſi quid poſt, ĩ allegato, vbi eſt text cum gloſ Sed ſubeſt difficultas in præmiſſis nam videtur, quòd etiam ſi electio nõ fiat per modum vltimæ voluntatis, nihilominus tamen ſapiat ipſius naturam, vt probatur ex huius l prin in 3 dicto, ſecundum quod ibi deduxi ex eo text & ſic videtur, quòd ſemper & abſolutè cenſeatur eſſe vltima voluntas, per ea quæ dixi in eo princi iſtius l in verſicu ex tertio dicto.

*Præfata Pau. declaratio de interuentu duorum teſtium procedit tã inter viuos quam in vltima voluntate Attende hãc obiectionẽ, & quæ circa eam ſtatim ſubijciũtur.*

Fortè dici poteſt in hoc articulo, quòd illud intelligitur in caſu iſtius l. vbi quis eſſet rogatus reſtituere, cùm moreretur, vel poſt mortem & ita videntur debere intelligi ea quæ dicũt Barto & Bald ſecùs ſi purè rogatus eſſet reſtituere, vel ſimpliciter, quod in idem recidit & ita loquitur Pau de Caſ Sed iſtud eſt deſtruere deciſionẽ Pau de Caſt qui loquitur in caſu huius text vel Pau loquitur, vbi conſtat de intentione declarantis, ſcilicet, quòd declarat per modum actus inter viuos Sed iſtud etiam non bene procedit, quià nimis reſtringitur dictum Pau Ideo poteſt aliter dici, quòd licèt iſta electio quoad aliqua de quibus prædixi, in principio in prædicto verſicu Ex tertio dicto, ſapiat naturam vltimæ voluntatis, nihilominus in ſeipſa, quia eſt declaratio ipſius ſtãs de per ſe, eſt merè actus inter viuos. Iſta enim ſimul & ſemel ſeſe compatiuntur, & quòd actus ſit inter viuos, & quòd ſapiat quoad aliqua naturam vltimæ voluntatis, vt in l 1 § Sub conditione, ff vt in poſſe lega Et ſic magis attenditur id quod eſt principaliter de parte quàm quod accidentaliter & ſecundum qd l hoc legatũ ĩ tit. 1 & ſic talis electio conſideratur eſt vt actus inter viuos abſolutè, & probari poteſt

poteſt duobus teſtibus,vt inquit Pau. de Caſt quod nota,quia alij ſcribẽtes non reſoluunt imò neque punctant iſtam contrarietatem,& tamẽ eſt neceſſaria inueſtigatio ad intellectũ materiæ huius legis.

Comprobatur ſupradictum nota. textuale ex text in d l hæres palàm,§. Si quis poſt,ſ de teſtamentis,vbi dicitur, quòd declarans nihil dat de nouo,ſed datum ſignificat quem tex in verſi Sed ſi notam, allegat Bald in l. precibus,colum 4 C de impub & 9 alijs ad hoc † quòd actus quàlibet perfecti recipiunt formam declaratoriã, quanuis non recipiant diſpoſitiuam: & ibidem in dicto § Sed ſi notam,notat Aret ad idem primo not ad quod etiam Bal & Doct ibi adducunt text in l adeo § cùm quis, ff de acqui re. do & ideò dicit Barto nota in eo § Si 10 quid poſt,in fin † quòd ſi teſtis repetitur per iudicem vt declaret dictum ſuum,non tenetur de nouo iurare,ſequitur Felin vbi etiam alia in id allegat in cap ſuper quæſtionum, in princip de offi deleg & in cap Qualiter & quando 1 colum 13 de Accu & in cap Fraternitatis,de teſti & in cap ſignificantibus,de lib obla ad quod vide etiam Imo in capi cum clamor, de teſti

11 Ex his ſecundo ſubdeducitur, † q; talis declaratio ſemper trahit̃ retro, id eſt,ad tempus primi actus celebrati,vt in cap cum tu, vbi text gloſ & Doctores de vſuris,& tradit Felin in dicto cap qualiter,el 1 de accu in verſ fallit primo Ea propter attentari poſſet quòd ſi in teſtamento in ſcriptis confecto eſſet appoſitum quid obſcurum, poſſet poſtea per teſtatorem declarari ſeorſum coram duobus teſtibus etiam quod eſt fortius ſi talis declaratio concerneret ipſam inſtitutionem, quæ eſt fundamentum & baſſis ipſius teſtamenti (nam ſi cõcerneret legata ſiue res ipſas legatas,non eſſet dubium vt in eodem § Si quid poſt)etiam ſi iure communi & regni ſcilicet leg. Tauri 3 in ordine requirantur plures ſolennitates ad eiuſmodi teſtamenti in ſcriptis confectionem & hoc videtur velle gloſ in eod § Si quid poſt,in ver omnia, poſt medium vbi dicit quòd ſi teſtator poſt teſtamentum perfectum dicat coram teſtibus ſe nolle illud valere, talis reuocatio non eſt efficax & ita tenet Bart & Doctores poſt eum ibi præſupponit ergo gloſ illa relat[illegible]d text in princip ſuper quo eſt poſita nec non ad literam ſequentem, qui text loquitur in declaratione,q; ſi nõ ageretur de mutatione inſtitutionis, ſed dũtaxat de declaratione ipſius, talis declaratio poſſet fieri extra ſcripturã cũ minore ſolennitate, hoc eſt coram duobus teſtibus Huic rei conducit optimè text & quod per eum ibi tenet Ange in l quoties, in princip. ſ de hæredi inſtituen vbi dicit,quòd ſuppletio diſpoſitionis in ſcriptis confectæ vel correctio erroris ipſius poteſt fieri ſine ſcriptis, ergo à fortiori idem dicendum in declaratione, vt in dicto § Si quid poſt, & abſque alia ponderatione & ambagibus, quòd idem ſit dicendum in inſtitutione obſcura vult gloſ valde ſingu in dicto § Si quid poſt, in parte, Quod verò, & in hac materia declarationis vi nota. conſilium Decij 416 col fina

Illatio nota ad l 3 Tauri loquente de ſolennitatibus in teſtamento in ſcriptis requiſitis

De eadẽ re.

12 Rurſus ex hoc text in verſicu itaque ibi diſpari gradu, notat Baldus † quòd in caſu & materia iſtius l non curatur de ordine in exequendo & hoc eſt quod Barto hic dicit, quòd grauatus non tenetur eligere digniorem vel proximiorem, hoc eſt dicere, quòd talis grauatus idemque elector aut declarator in caſu iſtius text

non

non aſtringitur ad ſeruandum ordinem graduum ipſorum nominandorum, neque reſpectu dignitatis, neq; proximitatis ſanguinis quoad teſtantem & ex hoc arguit poſt Dynum q; ſi teſtator legauit 500 expendēda in decem clericos eligēdos per ſuos executores, quòd hoc caſu illi poſſint eligere eos clericos quos eligere voluerint etiam ordinis inferiores & eoſdē præferre clericis ſuperiorum ordinū & ſic poſſunt diacones vel ſubdiacones vel etiam habentes primam tonſuram præferre presbyteris ſecūdum Pau de Caſt dicentem idem eſſe quā do per teſtatorem alicui iniungeretur onus vel grauamen eligendi pauperes clericos quia eo caſu conſimiliter ſufficeret eligere pauperes, & non eſſet opus eligere pauperiores, prout tenet hic Barto ad fin ſecus ſi non eſſet data electio heredi, ſed ſimpliciter per teſtatorem relinqueretur aliquid in illā cauſam vel ſimilem tūc enim priores in gradu præferrentur ſecundum Bald. Pau & Rapha Cuma per gloſ hic in verſicu. beneficium, ad ſi quæ communiter approbatur exempli gratia ſi relinquerentur abſolutè vel ſimpliciter ducenta ad maritandas puellas conſanguineas pauperes deberent maritari puellæ conſanguineæ proximiorū graduum & pauperiores, ſecus ſi hæres ipſe grauaretur eligere puellas pauperes conſanguineas, nam per tale grauamen cenſeretur ei cōmiſſa facultas libera eligendi quācunque voluerit ſecundum intellectum Pau de Caſtro in hoc ver. [itaque] poſt princip. & ſic eſt magna differentia, an teſtator relinquit dirigendo relictum in eligendos, quia tunc nō attenditur vtrum exiſtāt in primo & immediato gradu, vel etiam in vlteriori, putà relinquēdo duobus vel tribus clericis pauperibus de familia, vel eos alicui vulgariter ſubſtituēdo, an verò per modū medij relinquat illud putà committendo alteri electionem inter eos videlicet quòd hæres vel executor eligat aliquot ex eis, vel vt inter eos aliquem vel aliquos nominet vel vt eis relīquat, vel vt inter eos relinquat, vt in l Filiusfa § pen ſ tit 1 dū tex loquitur de hære de grauato vt ī familia relinquat, quē tex Pau allegat in prin iſtius l nā primo duorum caſuum præmiſſorum attenditur inter eos proximitas ſed alio caſu ſecūdo cū ſuis exēplis minimè attenditur per iſtum text cōmuniter ita intellectum, item per declarationem Pau de Caſtro in iſto ver [itaq.] quam ad l iſtam ponit ut ſ retu li & eandem declarationem ponit idem Pau in d § in fideicōmiſſo nec non multum ſunt attendenda verba relicti immediati de quo ſ in primo il lorum duorum caſuū præmiſſorum dixi, an loquantur de cognatione, an de agnatione ſiue de familia ad hoc vt poſſent verificari de illegitimā vel nō, ſed de ſola legitima ſecundū not. per Barto & Docto. tam anteriores, quàm poſteriores ipſo in l fina C de verbo ſignifi & in l ex facto § Si quis rogatus 2 ſ ad Treb illud enim, id eſt, differētia agnationis & cognationis ſolūmodo attenditur in hac materia hodie quoad iſtū effectū & nō ad aliū

Attende

Aduertētia nota ad primū ex duobus caſibus ſuprà ſignatis

13 Poteſt †etiam hęſitari ſi teſtator ad fundum vocauit in genere vnū pauperem conſanguineum, & ſuperſint duo cognati vel agnati, quorum alter ſit pauperior, tamen remotior in gradu alter verò non eſſet ita pauper, tamē eſſet teſtatori propinquior in gradu, vter horum ſit præferēdus, & quæ iſtarum qualitatum ſit magis conſideranda, videlicet, an maioris paupertatis vel maioris proximitatis ſanguinis? & videtur hanc eſſe magis atten-

Atten.

attendẽdam vtpotè naturalem cùm cauſa naturalis, id eſt, proximitas ſanguinis præferri debeat accidentali i maiori paupertati argumẽtum optimum in l qui habet, vbi Barto ꝟ de tu te quæ lex ſuo caſu non eſt alibi ſecũdum Dy & Albe ibi probatur etiam idem ex l non putauit § Si quis emãcipatum, ꝟ de bono poſſ contra tabu vbi ratio naturalis præualet Ad idem l Tutor petit⁹ § 1 ꝟ de excu tu quẽ in no quæſtione affert Pe de Ancha in c beneficiũ, in fin de reg in 6 facit etiam text in cap requiſiſti in verſicu [*Si verò relinquatur*] de teſta quem Socin expendit in l pen col itidẽ pe ꝟ de rebus dub Ad idẽ l Si quos poſthumos, in prin vbi Iaſ i nota ꝟ de lib & poſthu & notat Barto in l fina ff de offi procon & lega. Bald in l 1 C dẽ cura. furi & tradit Ioan de Imo conſi 35. in caſu præmiſſo colum 1 & Domi. de Sãcto Gemi in cap præſenti, § primo per illum text. de reſcriptis in 6. Hinc dixit Ange conſi 440 incipiente, magiſter Iacobus quòd originis domicilium potentius eſt quouis alio domicilio Et ita videtur concludendum in prædicto articulo omiſſo multiloquio Et ita aliâs reſpondi, ex facto interrogatus motus etiam, quia maior affectio habetur ad proximum conſanguineum, quàm ad remotum l Cum ita, § In fideicommiſſo ꝟ eo. l. Peto § fratre, ꝟ eo & in cano eſt probanda

Gloſſa neceſſariè ibi, Proximiores, hanc gloſ reprehendit Ioan de Imo poſt Cyn dicens quòd imò in caſu iſtius text grauato non eligente vel declarante omnes de familia admittuntur, quod etiam voluit gl in princi iſtius l in parte mutetur, poſt principium, vbi meipſum remiſſi ad dicẽda hîc Idem etiam tenet Pau de Caſ. ibi in text idem Pau poſt Bar Bald & Albe in § rogo, ꝟ hac l vbi videtur caſus contra iſtam gloſ & ſimiles, & ibi etiam adducit l Si quis Titio, § fin. ꝟ iſto titu vbi eſt etiam bonus text. cõtra iſtam gloſ & contra ſimiles gloſ in argumentum, & l cum quidam, al legata per gloſ non facit pro ipſius opinione, imò contra eam & idem tenet Pau de Caſt met in verſicu itaq, ſtatim ſequen & Bald ſuper gloſ fin in parte conditione in iſto § ſeu verſ ſi de falcidia, & idem clarè præſupponit gloſ. 4. in § Sed ſi vno, ꝟ proximo, vbi poteſt ponderari tex optimus dũ dicit [*Facere partem*] intelligitur, nam hęres vltim⁹ qui eſt de familia facit partem alijs de familia ergo ipſe & alij ſimul admittuntur & non gradatim & reuera licèt Docto illum tex ad id non expendant, fortiter tamen vrget pro hac parte contra iſtam gloſ videlicet quòd non facta per hęredem nominatione vel electione, vel nulliter facta vt in illo text (quod idem eſt) omnes de familia ſimul & viritim admittantur Ad § in fideicommiſſo, reſponde vt per gloſ ſequentem quam Bald & Docto ſequuntur, & quia plura alia in hoc articulo puto me dicturum in § rogo, ꝟ hac l ideo ad ipſius reſolutionem remitto me ad ibi dicenda, poſſet tamen punctuari ad §. rogo ꝟ hac l & ad d l Si quis Titio § fin. ꝟ. eo quod non videntur probare concluſionem contra glo quam ꝟ tenui, eo quòd in eis non conſideratur gradus, proximitas, nec meritorum qualitas, quum de his non fuit facta mentio nec non quia commiſſio fuit facta per verbum voluerit l cum quidã mag 1 2 reſpon. ꝟ eo Sed quia iſtæ euaſiones non ſunt ſolidę, ſi bene attẽdatur thema caſus formalis iſtius l ideo remitto me iterum ad dicenda in d §. rogo.

Summa-

*Summarium*

1 *Recitatur hîc not Barto cuius oppoſitum tenet Bal & tandem defenſatur notabile Bart*
2 *Legatum propter repudiationem ſubſequutam fingitur retro nunquam fuiſſe factum*
3 *Nulliter vel inutiliter eligens nõ videt elegiſſe*

## § Sed ſi vno.

SED ſi vno ex familia hærede inſtituto, ille fundus extraneo relictus eſt perinde fideicõmiſſum ex illo teſtamento petetur, ac ſi nemo de familia hæredi hæres extitiſſet Verùm is qui hęres ſcriptus eſt, ratione doli exceptionis cæteris fideicommiſum petentibus facere partẽ intelligitur Nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitam inducit compenſationem

Vmma vt per Barto & ex eo not ſecundum eũdem hic, † quòd ſicut teſtator poteſt rem hęredis legare, vt in § ſi rem ̃j iſta l ita poteſt legare rem vel partem rei à ſe hęredi debitã idem not Barto per iſtum text in eo § ſi rem, Bald tamen hîc dicit contrarium, motus hac ratione quia iſte fundus erat hæredis pro parte virili eũ tãgente, vt pote vnum de familia, ex quo ſtatim poſt mortem ipſo iure trãſijt in omnes de familia pro virili portione quemlibet eorum tangente & conſequenter in iſtum hæredem vltimum pro ſua portione, vt hîc per glo in parte, id eſt petent quod etiam in effectu vult Paul de Caſt ante fin dũ dicit, quòd teſtator potuit in re propria ipſum hęredem grauare Sed Ioã de Imola hîc ſaluat Barto cùm ꝓpter actionem perſonalem, quæ habuit orta ex primo teſtamento tum, quia hæres tenebatur legatarijs, id eſt alijs de familia quod (ſalua pace) nihil eſt dicere, quia Barto non loquitur niſi de debito quod ipſi hæredi per teſtatorem debebat, quod tamen in ꝓpoſito non reperitur quia per aditionem hęredis fuit confuſum quinimò in vita nunquàm fuit nata obligatio, ſed erat conditionalis, vt declarat Bald in glo vltim § præcedentis non autem loquitur de eo quod ipſe debebat alijs de familia Ideo aliter dicendum eſt, quòd id quod Barto dicit, poſsit ſaluari hoc modo quia quando vel quo tẽpore teſtator ſecundus, idemq́, primus ſeu immediatus primi teſtatoris hæres, fundum quem vni de familia debebat relinquere, legat extraneo tunc temporis fundus nõdum eſt acquiſitus alicui de familia, ante mortem inquam hæredis primi & ſic ſecundi teſtatoris quia nondum nominauerat cum effectu, vt î l apud Auſidium ̃j de õpt lega nam adhuc poſſet reuocare legatum factum extraneo de illo fundo ante mortem ſuam quãdocunque, etiam ſi feciſſet nominationem illam per actum ĩter viuos, vt in princ iſtius legis Et ſecũdum hoc bene verum eſt, quòd virilis pars cuiuſque eorum, & etiam hæredis vltimi eſt debita in ſpecie, quia oẽs ſunt vocati ſub tacita conditione ſ ſi nullus de familia nominetur, vt declarat Bal in glo vlti § præcedentis in parte conditione Itaq́, Bart vult dicere, ꝙ non ſolum poteſt teſtator legare rem hæredis propriam i quæ eſt ipſius hæredis eo tempore quo illam legat ſed etiam rem, que futura eſt poſsibiliter

Margin notes: notat Bart 1 — Bald In oppoſitionũ — Ioã de Imõ ſaluat o ..d nota Barto — Aduerſus eandem — Conſideratio vltra d... ꝓ ... ſaluatione notab Bar — Adhuc magis declaratur quod Bar ſupra di xit.

ipſius hæredis & hoc vocat Bar debitum,& congruentei quia debetur ſibi & alijs de familia ſub prædicta conditione taciti,ſi nemo fuerit nominatus & ita procedit,& defenſatur notabile Barto hic à punctuatione Bald facta in oppoſitum

Dubium opportunum R. cuma hic ad intellectũ huius text cũſolutione eiuſde nota

Deinde ad iſtius text intelligentiã quęrit opportunè Raph Cuma hic,ſi extraneus legatarius in caſu iſtius tex repudiet legatum,an oẽs de familia admittantur cũ ſecundo hærede viriliter ad fundũ, vt pote non facta nominatione per primũ hęredem,eũdemq; ſecũdum teſtatorem an verò ſolus hæres vltimus ſit admittendus, tanquã nominatus virtualiter per inſtitutionem vniuerſalẽ de eo factam Et iſtud vltimum ſibi placet ex eo,qa

2 † legatum propter repudiationẽ ſubſequutam, fingitur retro nunquam fuiſſe factũ l ſi tibi homo § 1 ſ titu 1. ibi,[ *Nã ſi legatarius repulerit legatũ, nunquã eius fuiſſe videbitur* ]Et cõſequenter reincidet ſub generali noĩatione virtualiter incluſa in inſtitutione vniuerſali facta per primum hæredem eundẽque ſecũdũ teſtatorem,qui ex primo teſtamento tenebatur vnum de familia eligere Et re vera iſta eſt notabilis cõſideratio Rapha declaratoria ad iſtum tex vltra alios Docto Quid aũt ècontra dicendum,ſi hæres vniuerſaliter inſtitut*,qui erat de familia in caſu iſtius tex repudiaſſet hæreditatẽ, legatario extraneo agnoſcente legatum?Dicerẽ hoc caſu,loquẽdo de iure communi,q; ſi in teſtamento eſſet clauſula codicillaris,vel æquipollens, quæ induceret repetitionẽ à venientibus ab inteſtato,& hæreditas adita eſſet ab inteſtato,ita q; legatum valeret tunc oẽs de familia vnà cũ iſto ſecundo hærede viriliter agere poſſent contra iſtum legatariũ extraneum noĩatum per primũ hæredẽ grauatũ à primo diſponente,eundemq; ſecundum teſtatorẽ & auocare totũ fundũ, tanq̃ de eo nulla facta electione in familia,vt pote eidem legatario extraneo contra voluntatẽ teſtatoris relicto fundo Si verò nõ fuerit appoſita clauſula codicillaris in teſtamẽto,vel etiam fuerit appoſita,ſed ſucceſſores ab inteſtato non adijſſent hęreditatẽ, ita q; legatum efficeretur caducũ, vt per glo in l qui filio,§ 1 ſ de hæred inſtitu vbi Bald & Ioã de Imo eam notant & his quidem caſibus ſi prouideatur bonis de curatore eodẽ modo omnes peterent legatum ex teſtamẽto primo,vel per rei vendicationẽ, vel per actionem perſonalem, & hæc vt dixi,iure communi procedunt Iure autem regni attenta l ordinamenti, 1 titu de los teſtamentos,lib 5 ordin nulli non obuia,qua debentur legata etiam hæreditate per hæredem non adita vel expreſſè repudiata, legatari* poſſet agnoſcere legatum prædicti fundi ſed oẽs de familia cum hærede ſcripto,qui repudiauit, poterũt eum tere ab eo totum fundum per rei vẽdicationem & iſte punctus non tangitur hìc neq; alibi(quòd ſciã)per ſcribentes Item ex hoc verſi ſed etſi vno poſſet colligi†, q; eligens nulliter 3 vel inutiliter videtur nõ elegiſſe quia actus inutiliter geſtus videtur nõ geſtus l ſi aut nullum C de legitimis hæredibus l 4 § condemnatũ ff de re iudica Et tradit plenè Feli per modum torrentis allegans penè innumeras Docto authoritates in ca ex tenore, 2 colũ de reſcriptis,pro ornatu regulæ non prę ſtat impedimentum,de regul iur lib 6 vidẽdus eſt tamẽ de hoc arti Bar in l 3 de opt leg Et vide in §, ſequ in verſ annotandũ Et iſta ſufficiant in hoc tex tranſeo ad § Sed etſi fundum

Quid de iure reg d. ſ. dicitur hic no

Summa-

## Summarium

1 Eligere dicitur etiam is qui grauat electum de reſtituendo alteri ſecundum Bal hic, de quo pronuntiato hic tractatur

2 Grauatus ſtatim eligere unum ex familia, & ſic extra terminos iſtius legis, ſemel eligendo non poteſt uariare niſi electio fuiſſet inualida

3 Inutilitas uel uitium qualitatis accidentalis ſiue accidentis quod adijcitur diſpoſitioni principali nõ uitiat illam cum potius ea qualitas & uerba ipſam exprimentia regulentur ſecundum eiuſdem diſpoſitionis naturam & illam neq; immutet, neq; amplient etſi ipſam declarent

4 Paria ſunt, teſtatorem diſponere grauando hæredem de dando uel reſtituendo alteri de familia per illa uerba, cui uoles uel per illa, quibus uoles de familia

5 Illatio ad ll fori regij, item et ad Taurinas eiſdẽ conſonas, ut hodie etiam illis ſtatutibus, & ſingulari numero loquentibus, ut pater poſsit unũ ex filijs meliorare, poſsit etiã meliorare duos uel plures ex eis

6 Exequutores poſſunt aliquãtulum recedere a forma uerborũ teſtatoris ſi ab ipſius mente non recedant &c

7 Cauſa finalis formæ ipſius mandati magis eſt attendenda, quam ipſa forma

8 Fines mandati ſunt ſeruandi & cuſtodiendi ad unguem, quomodo intelligatur

9 Qui ex teſtatoris & pari ratione ex l diſpoſitione tenetur aliquem eligere, non poteſt eum eligendo grauare

10 Cõſideratio noua ad declarationẽ § ſi de falcidia

11 Actus ſemper iudicatur ab intentione principali ipſorum agentium

12 Primordialia potiſsimum ac principaliter ſunt in cõſideratione non ſic ſecũdaria ſeu conſequutiua.

13 A primordio tituli poſterior euentus formatur

14 Licet quis alteri conferat, uel leget aliquid inæſtimabile i quod redigi nequeat ad æſtimationem pecuniariam, etiam ſi ſit pretioſum, nõ tamen prætextu eiuſmodi intereſſe poteſt eum grauare

15 Grauari poteſt quis onere rei inæſtimabilis, ſi cõſimili honore fuit honoratus

16 Differentia hîc oſtenditur inter materiam iſtius legis, & materiam meliorationis tertiæ partis bonorum, quæ per l fori, & ll Tauri poteſt fieri per patrem uni ex filijs

17 Ponitur hic reſtrictio ad hunc tex

18 Grauatus dare alicui hoſpitali centum, poteſt grauare de dandis decem alteri hoſpitali

19 Traditur hic de intellectu l 27 Tau.

20 Rogatus reſtituere fundum uni de familia, uel de agnatione, eo ipſo quod fundus per eum ſibi reſtituitur, talis fundus deinceps manet liber penès illum nominatum de familia

21 Paria ſunt actum ualere ab exordio confectionis illius, uel nõ ualere ſiue a principio, aut deſinere ualere ex poſt facto, ſi tamen nullitas talis actus allegari non poſsit.

22 Multa ſunt nulla quæ non poſſunt dici uel allegari nulla

23 Prohibitio alienationis ſimpliciter & perſonaliter facta, non afficit ipſam rem alienari prohibitam quocunq; uadat

24 Opponit hic Bart ultra glo

25 Is cui quãtitas eſt legata ſi ſit grauatus in re propria, & uelit repudiare legatum, non tenebitur ad onus.

26 Hæres rogatus reſtituere fundum ſatisfacit uolũtati defuncti eum reſtituendo qualis eſt

27 Teſtator indubio uidetur legare ius quod in re habet, non autem ipſius rei æſtimationem.

28 Grauatus reſtituere uni de familia, & iuſſus, quod res non exeat de eadẽ familia, ſi reſtituit uni de illa familia, poteſt ab eo exigere cautionem de reſtituendo deinceps rem in familia.

29 Rogatus reſtituere rem aliquam uni de familia, & iuſsus ut talis res non exeat de familia, tenetur reſtituere rem in familia cum effectu.

30 Plus uigoris habet negatio in negando q̃ affirmatio in affirmando

31 Nota. deciſio Oldra circa clauſulam prohibitiuam, ſeu negatiuam

32 Aduertentia nota. ad d deci. Oldral

## § Sed etſi fundum.

SED etſi fundum hæres vni ex familia reliquerit, eiuſq́; fideicõmiſerit vt extero eũ reſtituat quæſitum eſt, an hoc fideicõmiſſum ab extraneo peti poſsit. Dixi ita demum peti poſſe, ſi pręterea tantum eidem relictum eſſet, quod fundi pretium efficeret. Sed ſiquidem ille prior teſtator ita fideicõmiſ-

ſum reliquiſſet, rogo, fundum cui voles, aut quibus voles ex familia, relinquas rem in expedito fore. Quod ſi talia verba fuiſſent, Peto ne fundus de familia exeat hæredis hæredem propter ſequens fideicommiſſum, quod in exterum collatum eſt, oneratum intelligi petituris deinceps cæteris ex primo teſtamento fideicommiſſum, poſt mortem videlicet eius qui primo electus eſt, & ideo ſi electo vno fideicommiſſum in exterum non conferatur non aliàs ei qui electus eſt, fideicommiſſum præſtãdum erit, quàm interpoſitis cautionibus, fundum, cum morietur, ſi non in familia cùm effectu relinqueretur reſtitui.

ISte ſolẽnis § Sed etſi fundum, ſummatur & diuiditur, vt per Docto. Et ex eo notandum eſt primo ſecũ-
1 dum Bald † ꝙ is etiã dicitur eligere, qui grauat electum de reſtituendo alteri. Certè ſi Bald voluit, ꝙ ſi rogatus per teſtatorem de reſtituendo vni de familia in ſuo teſtamẽto, id eſt ipſiuſmet rogati, grauat vnum ex familia de reſtituendo talem rem alicui extraneo, abſque eo ꝙ illam leget illi grauato de familia, per tale grauamen ſibi iniunctum videatur eum elegiſſe, non videtur hoc procedere, ſi Bal vt dixi, ita intellexit quia videtur cõtra l cum tale, § vltimo ſ de condit & demonſtra & contra l hæreditas ad ſtatium, & l ex facto, parũ ſ de hæredi inſtitu. Sed tamen videtur poſſe ſuſtineri per l denique, § interdum, ff de pecul lega. vbi pro hoc videtur bon' tex cuius ratio non inconcinè quadrat ei quod videtur Bald hîc dicere quæ eſt, quòd ideo præſupponitur in eiuſmodi grauamine diſpoſitio, quia tale grauamen erat neceſſariò implẽdum ex tali re legata, prout ibi i in dicto § interdum grauamen reſtitutionis faciendæ de prædicta re erat implendum, eadem re præſuppoſita, id eſt præſuppoſito legato eiuſdem rei aliàs nullo modo illud grauamen ſic adiectum valeret. Sed hoc non eſt tutum quia quando grauatur talis nominatus dare extraneo, grauamẽ nõ valet, ergo eo caſu i ſub diſpoſitione inualida non põt præſupponi legatũ. Et id quod Bald vult dicere (intelligẽdo inquam eum prout dixi) procederet, vbi talis reſtitutio eſſet faciẽda alteri de eadem familia quo caſu cùm grauamẽ valeat probabiliter dici põt prout eſt ſ dictum per Bald per text in eodem § interdum. Nihilominus tamẽ credendũ eſt, aliam fuiſſe intentionẽ Bald. videlicet, ꝙ etiã ſi electio ꝑ primũ hæredem diſpoſitiuè facta de vno de familia nõ ſit libera, ſed onerata reſtitutione in extraneum facienda de ipſo fundo, qui ex diſpoſitione primi teſtatoris erat reſtituendus vni de familia nihilominus tamen per eã cenſetur ſatisfactũ volũtati primi diſponentis defuncti, cũ verũ ſit talẽ iẽ primo fuiſſe relictam ab eodem primo teſtatore vni de familia ſecundũ voluntatẽ defuncti quãuis nominatus grauat' fuerit de reſtituẽdo alij i extraneo. Et ita intelligit Pau de Ca in ſecũdo textuali, quãuis non referat Bald ſic ergo ſiue tale grauamen valeat, ſiue non, prout re verã non valet, quãdo reſtitutio ſecundario ꝑ nominantem iniuncta eſt facienda extraneo. i electiò ſeu nominatio facta de vno

Tractat hîc de verifica-tione primi pronuntiati per Bald ex hoc tex. eli citi

Saluatᷓ nota per Bal. eli citum.

Verus ac planus ſenſus verborũ Baldi in prædicto primo ꝑnuntiato, & de expreſſa Pau. de Ca intetione et ſi Bal nõ referat

de vno de familia etiã nulliter grauã-to de reſtituẽdo alicui extraneo, id eſt nõ de familia, cenſetur rite & de voluntate teſtatoris facta Et eſt in terminis ſimilibus circa pmiſſa haud im
2 pertinenter annotandum, † q̃ cũ ipſe eligens ſit potius declarator, q̃ elector vt inquit Bar in l cùm quidã 2 ſ eod & dixi in § 1 ſ hac l 3 nota talis elector vel nominator non poterit variare in caſu in quo inter viuos eſt facta per eum electio ſi ſtatim inquam tenebatur eligere & ſic loquor extra terminos i extra casũ thematis principalis iſtius l per glo ſingu in l quicquid aſtringendæ, in princ quam cõmendant ibi Bar Ange & reliqui Docto ff de Verbo obliga annotandum etiam iuxta præmiſſa, q̃ per electionẽ inualidam, vt quia facta eſſet contra voluntatem teſtatoris, putà extra familiam, vel aliter, facultas eligẽdi nõ expiraret, vt per gl nota in l ſerui electione, in princ ſ titu 1 & in cap ſi cõ promiſſari, de electio lib 6 cum alijs Præterea eſt aduertendum, quòd in caſu huius tex iſta electio valet, eo q̃ (vt inquit Bald) actus principalis electiuus eſt validus, licèt grauamen nõ
3 teneat † Inutilitas ſiquidẽ qualitatis accidentalis non poteſt vitiare neq, immutare diſpoſitionem principalẽ, vt eſt tex not in l pater filium, § fundum ſ tit primo, vbi probatur verba acceſſoriè appoſita ad principalẽ diſpoſitionẽ regulari ſecundum ipſius naturam, & nõ ampliare neq, immutare illam Ad quod illum tex cõmendat Ioan de Imo in l peto § fratre ſ eod Ad idem bonus tex in clementina, ſi dignitatem, quæ eſt prima in ordine de præben propè fin quem poſt plures Docto ibi citatos cõmendat Iaſo in l qui Romæ, § duo fratres 15 colum ff de verbo obligat ferè in idem quòd clauſula appoſita ad executionẽ principalis diſpoſitionis, & ſic acceſſoriè, & conſequutiuè non ampliat, neque immutat eam Et illum tex commendat etiam idem Iaſ in l nõ dubium, colum 3 C de legibus, vide omnino Felin in cap licèt, colũ 3 de of ſic ordinarij Et nouiſsimè Andr Tira in repet l ſi vnquam pag 137 C.de reuocan dona Ad idem tex quẽ ibi ad hoc ego expẽdi in l Titia cũ teſtamẽto § Gai ſ iſto tit vbi videri pōt Nõ omitto, q̃ in d cle prima, ad ſi probatur etiam, quòd licèt clauſulæ acceſſoriæ non amplificent gratiã vel diſpoſitionem gratioſam, vt ſuprà pximè eſt dictum poſſunt tamen declarare verba ambigua gratiæ vel diſpoſitionis Et ad hoc cõmendat illum text Aretinus in l in pupillari ſ de vulg & pupill quæ concluſio ante Areti fuit Bald in l precibus col 9 C de impub. & alijs ſubſti vbi (tamen corruptè) ad idem allegat dictam clemen. & idem Bal in l eamquam, pe char in ver ſed pone C de fideicomiſ & vide in ppoſito Lanze Galiau in repe l centurio, col 78 ſ de vulga & pupi idem tenentem etſi non alleget Are vbi ſ quanquam in caſu de quo agimus, id non conducat

Ratio Bald huius deciſionis declaratoria in primo rũ.

Ad eandem cle 1

Hinc ſecundò (redeundo ad præmiſſa) dici poteſt, q̃ cùm electio iſta etiam facta cũ onere reſtituendi extraneo, & ſic extra familiam valuerit, & cenſeatur rite ac legitimè facta, cæteri de familia non ſunt amplius admittendi imò propter talem nominationem ſunt perpetuò excluſi, & ſic repellẽdi, vt in ver itaq, ſ hac l quæ quidem perſonæ omnes de familia nõ facta electiõe eſſent aliàs i ceſſante vel non facta nominatione de aliquo ex familia admittẽdæ, vt in § rogo infrà hac l Ratio eſt, quia in caſu iſtius l vſque ad verſi [*Quod ſi talia*] excluſiuè, primum grauamen eligẽdi vnum ex

famılia non afficit niſi ipſum primū grauatum,nō autem afficit illum de familia,qui fuit electus vt teneatur re petita vice alium de familia eligere ſed res manet in perpetuum libera, & in quencunque libuerit nominat⁹ poteſt de illa diſponere neque (vt eſt dictum) tenetur ſtare grauamini ſibi iniuncto per hæredem ſecundūque teſtatorem nominare grauatum per primū teſtatorem, argumen l pater filium § quindecim, in ratione ſui, intrà titu primo

4 Secundò nota, † iūcto principio vbi fuit iniunctum hæredi dare vni de familia, vel vnū ex ea nominare, quòd paria ſunt teſtatorem diſponere grauando hæredem de dando vel reſtituendo alteri de familia per illa verba, cui voles vel per illa, quibus voles de familia. Nam dicēdo, cui voles, cōprehenduntur plures nominandi de familia ac ſi dixiſſet, quibus & èconttra dicendo, quibus voles, non videtur ponere formam reſpectu pluriū ſed poteſt fieri reſtitutio vni ſoli de familia, vt ſtatim Barto infert intelligēdo, q̄ hæc fuerit diſiunctio legis, nō teſtatoris, ſecundum eundem Barto licèt glo hìc dicat eſſe diſiūctionem teſtatoris quod etiam clarè colligitur ex litera recognitionis Gregorij Haloan & ita eſt in pandecta Floren nouiſsimè impreſſa ſed non eſt vis in eo quod gl & Bar dicūt, q̄a licèt iſta fuerunt verba teſtatoris tamē quia fuerūt per teſtatorē relatiuè emiſſa ad verba legis, cenſentur verba ipſius legis, volentis in effectu decidere id qđ ſ pro ximè dixi, & quod ſtatim ſequitur in illatione Bar ex quo notabili infert Bart id quod proximè ante dixi ſ q̄ ſicut grauatus reſtituere vni de familia poteſt plures eligere, vt ī § ſi duos, ſ hac l & hìc in verſi [*Cui voles*,] ſic verſa vice, rogatus reſtituere plurib⁹ poterit vnum eligere Ad idem tex in l cùm quidam, magna verſi & indignū ſ eo † fa ad l fori & ll Taur permittentes patri meliorare vnum ex filijs vt nihilominus poſſet meliorare plures Et èconträrio, ſi quis fuiſſet grauatus dare fundum vel quantitatem pecuniæ duobus vel pluribus pauperibus ex conſanguineis teſtatoris, poſſet eligere vnum pauperem ex eadē agnatione, vel conſanguinitate, & ſibi totum elargiri nam etſi teſtator videretur per illa verba dediſſe ſibi formam in eligendo nihilominus tamē elector vel declarator poterit aliquatenus diſcedere a forma extrinſeca Dum tamen à mente nō diſcedat, vt declarant Baldus & Paulus in § ſuprà proximo præſertim, quia iſta non eſt propria forma, vt idem Pau ſentit, & inferius tangetur, & tenet idē Pau de Caſt per illum tex in verbo, [*Indignum*,] in d l cùm quidam 2 in princ ſ eod Sed quia contrarium voluit Bar in l 1 ſ de opt lega ideo remitto ad ea quæ tradidi in d l cùm quidam, in vltimo nota Et adde tex in verſ [*Itaq*,] ſ proximo, quem ad hoc propoſitum allegat Pau in § præcedente, ſed non probat Omittendum tamen non eſt adhuc deſpicere an nō videatur iſto caſu ſeruari tenor verborum teſtamēti, inquantū teſtator dixit, q̄ plures eligerentur, & de natura ſermonis pluralis numeri eſt, q̄ nō verificat᷑ in numero ſingulari & èconträ de natura pluralis, q̄ nō verificat᷑ ī ſingulari, ꝑut vtrunq, probat᷑ in l fin ſ ad Treb. vbi Pau de Caſt notat vltra l vbi numerus, ff de teſti cum ſi Adhoc pōt reſpōderi, q̄ cū hoc caſu concurrat voluntas defuncti, vt dicunt Bald & Pau de Ca nimirū ſi ſub plurali ſingulare cōprehendat᷑ eo etenim ipſo q̄ conſtat teſtatorem ſeſe reſtrinxiſſe ad plurale tantū, vel ad ſingulare tm̄, cenſetur ſatisfactum

De eadē re inſpectio ſeu inueſtigatio opportuna

tisfactum voluntati ipſius eligendo vnum,ſi teſtator loquutus eſt de pluribus,vel plures ſi de vno nam voluntas defuncti ex principali eius intentione regulatur,quam gerit erga familiam ſuam,& tali voluntati cenſet ſatisfactũ quomodolibet eligẽdo in familia,ſiue vn⁹, ſiue plures eligãt Et licèt teſtator dixerit de vno vel de plurib⁹ tamẽ ob incertitudinẽ nõ cẽſetur habuiſſe maiorem voluntatem vel affectionem ad vnum, quàm ad plures niſi in contrarium aliqua ſubeſſet ratio vel cauſa,vt puta ſi fundus ille eſſet ſuppoſitus reſtitutioni vel vinculatus( vt aliàs dicitur )eo modo vt non poſsit niſi in vnum ſolum deuenire,& exinde de vno in alium gradatim ſcd̃m ordinationẽ primi diſponentis,eiuſdéque vinculum iniicientis,vnde quod in § præcedenti dicit, ſcilicet,ꝙ vbi quis eſt grauatus dare vni poteſt dare pluribus, non poteſt procedere in bonis vinculatis tali vinculo( prout fit aſsidue)ꝙ non poſsint deuenire niſi in vnam ſolam perſonã, & ſic ſub certa & d̃terminata forma, vnius duntaxat perſonæ honoratæ vł inuitatæ ad tale vinculum maioratus vel meliorationis Quod eſt veriſsimũ aliàs ex diametro (vt eſt in prouerbio)obſiſteret voluntas primi diſponentis qui vinculum iniecit in fauorem vnius i de vno ſolo in aliũ ſingulatim & ſucceſsiuè & ſic fuit reſtricta ad certam formã Et cõſequenter cõtrarietur formę adiectæ per teſtatorẽ: quo caſu vnus numerus non ſuppletur per alium,neque in alio numero verificatur ſecũdũ Bal cõſil 123 exordiente,Reuerẽdiſſ colũ 3 volu quod etiam eſt de aperta intentione Bald. Paul de Caſt & Albe poſt Bart ibi,in l 3 § Negotia,ff de nego geſt & præfatam rationem decidendi ad hunc 6

Ide repeto, infra iſto § in verſic recedũdo ergo

tex effectu ac rẽ ipſa videtur tenere Paul de Ca poſt Bald.in l.1 C.de condit inſer vbi volunt,ꝙ quando conſtat de defuncti voluntate expreſſa, vel tacita ſiue coniecturata, aut ſaltẽ ipſa voluntas nõ repugnat, prout eſt in caſu eiuſdem l 1 & l non eſt ſine liberis,ff.de verbo ſign.& l Pater Seuerinam,§ ita fideicommiſſ.ff.de condit & demonſtra & hîc,vt eſt, quãdo concurrit eadem voluntas vel eadẽ ratio in vtroq; caſuum tendentium ad eundem effectum,vel ſcopum, & teſtor ſeipſum non arctat ad vnum ſolum numerum taxatiuè, non inconuenit vnum numerum verificari vel ſignificari per alium numerum,quod etiam effectu volunt iidem Bald & Pau in §.ſ proximo,pręceden.& ante eos hæc fuit doctrina Docto antiquorum iuris cano videlicet Archid. & Ioan Andr in ca vno,de rerũ permu. libr 6 vbi etiam de hoc tradunt Dominicus & Phi.Franc & Cardi Flor. in clement.vna.6 oppoſit. de renun. vbi etiam tradit Ioan de Imo colũ. fi. & Alexan & Iaſo.poſt Barto in l. ſi ſeruus § ſi plurium ff ſi quis cautio. Frã. de Aret vbi etiam Socin & Iaſo in l. ſi quis ante,ff.de acquiren poſſeſ & idem Socin.conſil 288 incipiente,in quæſtione colum 1.volum.2. Alexã. in l qui quartam § fin ſ titu 1 de lega.1 & in l Gallus §-quid ſi is,&c Et hoc idem comprobat antiquior Curtius conſil 69 colum 4 cui adde vltra præmiſſa Barto in l 2 § ſed et ſi vnius ff vi bono rapt & Dominic in capit ſi compromiſſarius,de elect. in 6 & in cap.quanuis, de præben. eodẽ libr Anto & Panor.in cap vt priuilegia,§ illud,eodẽq; vltim de priui. Et expendenda ſunt verba Bal. in § præcedenti,quę ſuprà adduximus,†quòd executores poſſunt aliquantulum à

forma verborum teſtatoris recedere, ſi ab ipſius mente non recedant, cuius intentio creditur fuiſſe velle, quòd poſſent modicè à mandati forma recedere, ob id quod aliàs dicitur, quòd ea quæ ſunt vicina, & contigua ipſi mandato, mandatarius exequens non dicitur fines mandati excedere, gloſſa eſt ordinaria, in canon Innocens, in parte clementior 22 quæſtione quarta, pro qua videtur bonus textus, in l. fina. § vltimo, ff mandati, quo innixus Bald in rubrica de offici delegati dicit,
7 † quòd in mandatis magis eſt attendenda finalis cauſa formæ ipſius mandati, quàm ipſa forma, id eſt, verba præciſa, & formalia eiuſdem mandati Ad quod facit l. ſi hominem, ff mandati, & idem videtur etiam voluiſſe idem Bald in rubrica extra de procurato in princip facit etiam bonus text. in l ſi quis mihi bona § ſed quid ſi mandauit, quem ibi m̃ id notant, Paulus de Caſtr Alexander & Aretinus, & Iaſo ff de acquirenda hęredit qui Iaſo eſt videndus, alia in idem adducens conſilio 202 incipiente, magnus Baro columna penultima, verſiculo, Non obſtat tertio, volum 2 Ita in propoſito dicendum,
8 † quòd licèt fines mandati ſint ſeruandi, tuendique dicta l diligenter, cum multis iuribus canonicis & ciuilibus in idem complicibus, & (vt vulgo dicitur) ad vnguem cuſtodiendi id tamen non ſic exactè debet intelligi, vt tale mandatum formaliter, vt ſonat, & in indiuiduo (quod Logici dicunt) ſit exequendum per ipſum mandatariũ, ſed ſufficit illud ſeruari effectu, & re ipſa, id eſt, quo ad ſubſtantiam & æquipollenter, & (vt minus latinè dici ſolet) virtualiter, nec eo prætextu poteſt impingi donatario, eum non ſeruaſſe fines mandati cum imò potius videtur ei paruiſſe. in quo articulo videri poſſunt plura exempla congeſta per Andr Alciat in l prima ff de libertis & poſthumis, à verſiculo quid ergo numeri ſexti, vſque in finem commentarij eiuſdem legis, vbi præſupponit quandam breuem reſolutionem, per quam poteſt ſatisfieri prope innumeris motiuis vel fundamentis quæ in oppoſitum videntur probare, quòd mandatum eſt ſeruandum in forma ſpecifica vide eum ibi omnino notanter loquentem, & prædicta ipſius reſolutio ſatis colligitur & adhuc perfectius ex traditis per præfatos Doctores præſertim Paulũ, Alexandrũ, Aretin & Iaſo in prædicto § ſed etſi mandauit, & in §. quod ſi ex parte, eiuſdem met l ſi quis mihi bona Et miror quòd Andreas Tiraquel qui de hac re diſſeruit in loco ſtatim citato allegans plures remiſſiones in vtranque partem non meminerit prædictæ reſolutionis, licèt adhæſerit prædictæ opinioni quam ſuprà tenui, quæ videtur magis communis, ſubobſcure tamen in hoc puncto concludit, qui videndus eſt in prælectione l ſi vnquam, in gloſ libertis, numero 48 per totum C de reuocand donat Non hæc tradidimus in propoſito ponderationis quam ſuprà proximè fecimus in verſicul Et expendenda, vt poſsint aptari ad formam numeri requiſitam, quia nõ poſſunt Sed ad iſtius materię ornatum vltimo expendendum eſt, circa ea quæ in principio iſtius notabilis fuerunt tradita, quod in caſu § ſi duos, præceden videlicet quando quis rogatus eſt reſtituere vni, quod

quòd poſsit reſtituere pluribus, vel plures eligere, vt ibi deciditur, Doctores dubitant in quæſtione Barto. ibi quæ eſt ècontra, quando eſt rogatus reſtituere pluribus an poſsit vni reſtituere, quaſi videantur velle quòd in hoc ſecundo caſu res ſit maioris præiudicij, quàm in caſu præcedente ècontrario Sed certè non eſt hæc Doctorum intentio, ſed duntaxat dubitare circa caſum omiſſum, & eum decidere, nam diuerſis reſpectibus tanta & maior dubitatio poſſet eſſe in vno caſu, prout in alio.

9 Deinde † ex hoc textu colligitur tertio loco, quòd qui ex teſtatoris, & pari ratione ex legis diſpoſitione tenetur aliquem eligere, non poteſt eum eligendo grauare, ad quam rem textus iſte citatur per Doctores vbilibet & paſsim ac frequentiſsimè per patronos cauſarum forenſiū. Ratio eſt eadē, quia talis electus nō capit liberalitatem de manu grauati, eiuſdemque eligentis, ſed de manu teſtatoris qui eum grauauit, & iuſſit alij reſtituere vel alium nominare, ideoque velut ab eo non honoratus non poteſt per eum grauari, ex regula l. ab eo C. de fideicommiſsis, cum ſimil Et quanquam videatur liberalitas exercita in eundem do, & ſic eo quòd teſtator ſecundus, idemque hæres grauatus eligere videatur reliquiſſe electo vel nominato per eum, ex quo alios de familia prætermiſit, & ex conſequenti ſub eo prætextu, videatur valuiſſe grauaminis impoſitio, argumento à fortiori ſumpto ex l Si Titio pecunia, aliàs incipit, ſi fundum per fideicommiſſum § vltimo, vbi eſt gloſſa ordinaria communiter approbata ſuprà titulo primo, de legatis primo, & ex l prima § ſciendum, infrà titulo primo. Tamen vt inquit declarans Paulus de Caſtro, in §. ſi de falcidia, eodemque primo, ſuprà hac l iura illa loquuntur in his qui non tenentur dare, neque reſtituere, & ſic neceſſario ſed duntaxat, ſi volunt poſſunt id facere, tales enim non adimendo videntur dare de nouo, ſicque poſſunt grauare eum à quo non ademerunt, vt in dicto § vltimo, dictæ l. ſi fundum per fideicommiſſum dicitur, ſed iſte text & textus in dicto §. primo, & tota hæc lex vſque ad §. rogo incluſiue loquitur quando hæres vel executor fecit hanc electionem ob neceſsitatem ſibi à teſtatore iniunctam, per ipſius præceptum, quo illum grauauit reſtituere, vt inquit textus ibi, [*Neceſſariæ electionis*,] Et propterea non dicitur liberalitatem exercere in talem nominatum, vel electum, quum potius ſoluat debitum, vt ibi, [*Non propriæ liberalitatis, &c.*] Quaſi velit dicere, quòd eſt in ſe beneficium nã iſtud quis poteſt inficiari Sed tamen eſt beneficium alienæ liberalitatis, id eſt teſtatoris qui nominationem vel electionem de aliquo ex familia faciendam iniunxit hæredi, grauando illum, vel fideicōmiſſariū, aut executorem, ſicque liberalitas manat ab ipſo teſtante, non autem ab eligente, qui fuit grauatus vt eligeret vel nominaret aliquem de familia teſtatoris, qui eſt caſus iſtius legis, à princip. vſque ad § rogo, incluſiue, & ſic cùm talis grauatus eligit, præſtando iem vni de familia facit ex neceſsitate præambula ſibi iniuncta ex iuſſu teſtatoris, quãobrē impendendo debitū, nullo modo dici poteſt eū voluiſſe donare vel donaſſe, vt inqt tex. hîc ibi,

Refert declarationē Pau. de Caſ. de qua i princip. pagi ſequentis ſub dubitat vid. ibi.

Declarãtur verba litteræ

Inſtat circa declaratio-nē Paul de Ca.ſub du bitas de illa

[*Quid eſt enim quòd de ſuo, &c*] Sed licèt iſta declaratio Paul de Caſtr videatur probabilis nihilominus tamen penitius rem ipſam intuendo, non videtur reſoluere perfectè iſtum articulum, cū nō improbabiliter poſſit ſubdubitari, quid cauſæ fuerit, q̃ cū grauatus eligere vnum ex familia teſtatoris, eligendo aliquem vł aliquos ex ea, eum vel eos prætulerit alijs ex ea familia, quorum aliquos vel vnū ex eis potuiſſet pro libito ſuæ voluntatis præeligere, & à primordio nominare & ſic cùm honorauerit eum, vel eos, præferendo vnum vł aliquos de familia alij vel alijs de eadem familia, non potuerit pariformiter talem nominatum grauare ob talem prælationem, prætermiſsis alijs de ipſamet familia, de ipſo factam Et ob iſtum obicem, ſemper à multis retro diebus fui anceps de hac deciſione Iuriſconſulti & reuera per ſcripta Doctorum, quos vnquam in hoc articulo hucuſq; viderim, non offendi reſolutionem perfectam neque eum ab aliquo vidi enucleatum Quo circa † conſiderandū

Cōſideratio noua ad declarationē § ſi de falcidia.

10 non abs re duxi, q̃ tex in dicto § ſi de falcidia, eodēq; primo ſ̃ hac l haud irrationabiliter cōſiderat, & expendit hanc electionem eſſe neceſſariam in verbis illis prænotatis, [*Neceſſariæ electionis.*] Sicq́; cùm facultas electiōis fluat ab eadem neceſsitate primordiali, prīcipalis conſideratio concernit ipſam neceſsitatem, vt pote cauſam primordialem & primariam ac primitiuam. Secundaria verò conſideratio debet eſſe & verſari circa facultatem liberam eligendi, vel nominandi & ſic eligendi, vel nominandi neceſsitas, vti principalior, vt pote manans à fōte primordiali, id eſt, ab eodem iuſſu teſtantis, qui iuſsit talem electionem vel donaſſe, vt inquit text hic ibi, grauatum, debet attendi, & haberi in conſideratione non autem conſideranda eſt ipſa facultas vel poteſtas nominandi, quæ eſt libera in ipſo grauato, vt potè minus principalis, conſequutiua vel ſecundaria ſeu accidētalis niſi conſequutiuè ac minus principaliter, & (vt ſic dicam) inefficaciter, ſeu ſine effectu cùm ita ſit quòd qualitas actus, & à fortiori eiuſdem efficacia vel effectus ſemper cenſetur & conſideratur, ac iudicatur ſecundum principalem ac primariam intentionem exercentis eundem actum l ſi quis nec cauſam, in principio, vbi notant Bald. & recentiores, & in l rogaſti, ff. ſi certum petatur & in capitulo ad quæſtiones, de rerum permuta & notat Bar. in quæſtione notabili, in l. Ariſto ff de donatio Probatur item ex l. verum, & l. qui iniuriæ, ff. de furtis, in princip Ad idem l. qui exceptionem, in princip ff de conditio. indebiti, cum his quæ ibi traduntur per Barto Bald & recentiores poſt glo & in idem facit quod per has leges tradit Bald cōſilio 299 incipiente dicunt, colum. prima, volu 1 & qđ in caſu ſimili tradit idē Bal cōſi 188 incipiēte, dicit q̃ opus 1 col vol 2 Et pro hoc generali documento, quo Doctores in varijs iuris locis innituntur ad plurīū dubiorum deciſionem, facit l ſi quis donationis, ff. de contrahen empti & l prima, §. idē Pomponius, ff depoſiti & l ſi vir vxori, ff ad Velleia & l quanuis, ff de auro & argento legato & l prima ff de rerum permuta & l prima ff de aucto tuto & vtrobique Bart & Alber Ad idem l prima §. vnde quærit Offidius, ff de exerci act & quod ibi not Bal poſt Guil de Cu & Bart in l ciuitas, ff. ſi cert peta. vbi Paul Alex. & Iaſ & Bart in l alio

ad fi.

ad finem ff. de alimentis & ciba lega vbi citat illum text Barto Paul de Caſt Iaſo in l cæteri, § ſed etſi para uerit, de lega primo, Pau de Caſt in l prima, vbi etiā alij poſt eū ff ſi cer pe vide l ſi neceſſarias, in prin ff de Pig act & l ſed an vltro § 1 ff de nego geſt Et in hanc rē nōnulla congerit Alex à quo videtur nō pauca deſumpſiſſe Iaſ & alij recētiores, in d l ſi qs nec cauſam, in prin ff ſi cert pet in cōſil 1 incipiē Viſo proceſſu, col penul verſi item reſpondeo, nu 12 cū 5 ſeq 3 volu & Iaſ conſi 147 præſens cōſultatio, col 4 verſic 6 principaliter, 2 volum Quibus locis ornatur & amplificatur regula præfata, † q̄ actus ſemper iudicatur ab intentione principali ipſorum agentium Et (vt ad præmiſſa velut è diuerticulo redeam) principale intentum ac potiſsima conſideratio iſtius grauati reſtituere vni de familia, aut vnum de familia noīare, vel eligere, quādo exequendo voluntatem defuncti reſtituit, nominat, vel eligit, eſt, vel debet eſſe, perſoluere debitum quod ei incumbebat ex teſtamēto illius qui ei iniunxit facere electionem vel noīationem de vno d̄ familia, argu l ſi cōpenſandi C de hæredi inſtit & l creditorem s̄ iſto titu. & vtrobiq; tradunt Bald & recentiores, vbi legatum factum per debitorē creditori in dubio intelligit̄ relictum animo compenſandi cum ipſo debito, & ad exonerandum ſe illo Et ita eſt dicendū in ꝓpoſito iſte hæres grauatus noīare vnum ex familia faciendo noīationem vel inter viuos vel in vltima voluntate, videtur grauamen per teſtatorem ſibi iniunctum, & ſic debitum perſoluere, cùm teneretur ex neceſsitate per teſtatorem ſibi impoſita de eligēdo vel nominādo vnū ex familia & ſic talis noīatio vel electio non poteſt conſiderari, vt gratia

11 [margin: 11 at "catur regula præfata"]

Ad rem propoſitam

ſeu liberalitas, principaliter inquam vel abſolutè ſed ſolum minus principaliter, ſeu conſequutiuè, aut ſecundum quid (prout dicunt Dialectici) obque eam rem, nimirum ſi Iurecon ſultus hic dicit, quòd talis nominatus à grauato qui eum nominauit ex neceſsitate iuſſus ſibi facti per teſtatorem de nominando vel eligendo vnum de familia, non poteſt ab eodem nominante onere fideicommiſsi grauari Confirmantur hæc nam videmus paſsim in iure noſtro,
12 † primordialia potiſsimum ac principaliter eſſe in conſideratione, non ſic ſecundaria ſeu conſequutiua l clam poſsidere, in principio ff de acquirenda poſſeſsio l nam origo, in princ ff quod vi aut clam, l item veniunt, § cùm prædiximus, ff de peti hæred & quod per illum tenet glo ordina communiter approbata, in l certi condictio, in princip ff ſi certum petatur Ad idem l ſi quis poſthumus, in princip vbi Iaſ notat primo notab s̄ de liberis & poſthumis, ad idē l qui id quod, in princip ff de dona & tex notab in ratione ſui, in l ſi hæres teſtamento, ff de actio empt & l cùm pater, ff de iure dot quam Bald ibi dicit eſſe mirabilem in ſuo caſu, & l ſi prius, cum gloſſa ibi in verſicu exigere, ff de ope no nun & l qui habet, ff de tutel quam in ſuo caſu dicit non eſſe alibi Dyn ibi referente Alberic Quibus iuribus licèt diuerſimodè & varijs caſibus loquētibus, probatur hæc maxima, cauſam naturalem primariam ſeu naturam rei originariam primitus ac potius debere eſſe in conſideratione quàm ſecundariam, aut conſequutiuam ſiue appēdicem Sic in re propoſita de qua agimus dicendum, & adaptandum videtur Nam natura ſeu cauſa originaria iſtius electionis vl nomina-

Adaptatio ad re qua de agitur.

minationis eſt, vt prædixi, quædã neceſsitas obligatoria ex primi teſtantis diſpoſitione immediatè fluens, ergo illa eſt potiſsimè attendenda & conſideranda, non autem ipſius conſequutiuum, id eſt ipſa electio, nominatio, vel declaratio executiua iuſſus, vel diſpoſitionis teſtatoris qui eam hæredi iniunxit faciendam vel exequẽdam eſt ſiquidem illud propè perpetuum & regulare vt omnis ſolutio, vel executio reguletur & æſtimetur ab eius cauſa principali ac primitiua, & ſecũdum eam determinetur & declaretur l prima, vbi ex ea iſtud notant Bar to Ange Ioan de Imo & Pau de Ca ff de ſolut. alioquin talis ſolutio cenſetur eſſe traditio quaſi nuda, & informis, & ſic inefficax. l Nunquam nuda, in princ ff de acquirẽ rerum do ibi, [*& aliqua iuſta cauſa præceſſerit*,] & eſt gl quam ibi Docto ſequũtur, ſpeciatim Paul de Caſt & recentiores, in l Triticum, ff de verbo obliga. & quod per eam decidit idem Paul de Caſt in l contractus, colũ penul C de fide inſtrumentorũ, & Alex in l à Titio, col vltim prope medium, ff de verborũ obligat ſi itaque merum duntaxat factum vel nudum miniſteriũ talis nominatio nec non traditio ex ea ſubſequuta continent, vt inquiunt Docto & in ſpecie tenet idem Paul de Caſtr in prædicto § ſi de falcidia, eodemque primo ſuprà hac l ergo Iureconſultus hîc rectè decidit, quòd talis grauatus, vt nominet vel eligat vnum ex familia, illum nominando vel eligendo non põt eidẽ inijcere grauamen, neque vinculum aliquod tanquàm honorato ab eodem ſecũdo teſtatore propter eiuſmodi electionem vel nominationem, cùm talis honor (vt eſt ſæpe dictum) vt pote minus principalis & conſequutiuus ad ipſã nominationem ex eaque mera & nuda per quandam fluens conſequutiuam ſequelam, nec non ex traditione informi eius prætextu facta per nominantem ipſi nominato, non habeatur (vt prædixi,) ad hunc effectũ in conſideratione, quum hæc omnia procedant non ex liberalitate nominantis vel eligentis, ſiue hæredis, ſiue legatarij, ſiue fideicõmiſſarij, ſiue executoris, ſed ſolius teſtatoris, qui illum vel illos grauauit nominare, vel eligere vnum ex familia ſua, & ſic talis grauatus neceſſariò debet reſtituere propter præceptum teſtatoris præambulum & ex cõſequenti nihil de ſuo largitur, ſed exequitur tale præceptum vel talẽ teſtatoris iuſſum, reſtituendo ipſi electo ab eodẽ bona quæ teſtatoris fuerunt nunc, aũt ſua, reſtitutioni tñ ſubiecta vel ſummiſſa Perpẽſo itaque fõte vnde noĩatio & ipſius exequutio i traditio manãt, noĩatio non cenſetur liberalitas, & traditio ex ea pendẽs vel fluẽs eſt informis & nuda, à cauſa immediata i ab ipã noĩatione q̃ eſt vt dixi neceſſaria & illiberalis, & ex cõſequẽti talis traditio operatur effectũ executiuũ vltimatũ habentẽ ortũ ex prę cepto teſtatoris, qđ quidẽ præceptũ licèt fuerit cauſa remota, tñ fuit cauſa primordialis, ex qua immediatè ſequuta fuit noĩatio, & ideo magis ſpectãda ſicq; grauatus etiã tradẽdo rẽ ipſi noĩato poſt noĩationẽ de eo factã exequitur voluntatẽ teſtatoris pceptiuam & neceſſariã ac quodãmodo coactiuã, & ex cõſequẽti vel minus principaliter vel cõſecutiuè exequitur ipſam noĩationẽ ex tali volũtate immediatè procedentẽ Præmiſſę cõſiderationi (vltra ea q̃ ſ fuerunt tradita) cõfert,
13 † qđ Imperator Theodo inquit, & eſt ſæpe allegabile, in l vna, prope finẽ C de imponẽ lucrati deſcrip lib 10 videlicet, à primordio tituli poſteriorem euentum formari, vbi glo tradit concordãtes

tes, ſed tamen non meminit d l Nam
origo, quam ſuperius in id aut ſimile
propoſitū adduxi ſ in princ huius ver
ſic confirmant hæc, in quo ſumus Si
ue ergo ipſa nominatio conſideretur
ſeparatim & de per ſe, nō facta relatio
ne ad ipſum iuſſum vel præceptum,
ſeu grauamen per teſtatorē iniectū
& hoc caſu res eſt expedita, nam cùm
nominatio ipſa ſit nuda, & cōſequen-
ter traditio ex ea ſubſequuta ſit infor
mis, & vtraq; concernat merū & nu-
dum factum (vt non ſemel eſt dictū)
talis nominatus nō poteſt grauari ſed
prætextu eiuſmodi noīationis, quū
(vt ſ etiā eſt traditum probatū & ſuf-
fultum) rei primordium ſeu ipſius na-
tura primordialis principaliter debet
conſiderari, id eſt (vt crebro eſt dictū)
ipſa neceſsitas nominandi ex primi
teſtātis diſpoſitione inducta ergo nō
referendo ipſam nominationem ad
eandem neceſsitatem, tam ipſa nomi
natio q̃ traditio, ſi ſequatur, manent
nudæ, & informes, & non debēt eſſe
in conſideratione aliqua, vt nomina-
tus poſsit ab ipſo nominante grauari
q. hoc caſu noīatio & traditio ſunt
acephalę, id eſt abſq; capite Et idē eſt
etiā ſi ipſa nominatio vnà cū traditio
ne referantur ad ipſam neceſsitatem
ex pręcepto teſtatoris iniunctā ei qui
grauat⁹ fuit noīare (neq; eñ rectè in-
ſpiciendo aliter poteſt fieri cōſidera-
tio, cū ex tali neceſsitate vtraque ma-
net) n ī hoc etiā caſu & multo magis
per ſ dicta talis iniunctio grauaminis,
non pōt fieri per nominantē ipſi noīa
to de familia, conſideratione primor-
dij i cauſa originaria prout debet ex
pendi, & conſiderari nō autē ſecunda
ria & conſequutiua, quæ eſt ipſa noīa
tio, vt ſæpe eſt dictum Quę aduerten
tia ſatis confert ad enucleationē intel
ligentiæ iſtius deciſionis text Poſſet
etiā iſte ſcrupus aliter euadi, videlicet
facta conſideratione, q̃ iſte qui elect⁹
eſt de familia, nō fuerit honoratus ali-
quo cōmodo pecuniario per ipſum e-
ligētē, cùm iſtud fideicōmiſſum ad qđ
fuit electus vel nominat⁹ nō ſit de bo
nis eiuſdem eligentis ſoluendum, ſed
de bonis teſtatoris, q̃ illud ſuppoſuit
vinculo (quod dicunt) reſtitutionis
faciendæ vni de familia, ſicq; grauat⁹
illud reſtituēdo eidem de familia. nō
confert illi niſi quendam ſimplicem,
& nudum honorem, is eſt in præferē
do eum alijs de eadem familia Modò
14 ita eſt, † q̃ licèt quis alteri conferat,
vel leget aliquid inæſtimabile, id eſt,
quod redigi nequeat ad æſtimationē
pecuniariam, etſi ſit pretioſum, nō ta-
men prætextu eiuſmodi intereſſe po
teſt eum grauare, tex eſt not in l Pla-
nè, ſecunda § fin titu ſ proximo, per
quē hanc doctrinā magiſtrā tradunt
ibi in epithome Bart Bald & reliqui
ſcriptores, quod documentū ex text
illo probatur circa principium. Item
in verſ 2 ibi [*At nec is quidem qui ſeruum le gatum rogatus fuerat manumittere fideicommiſſum iniungere tali fideicommiſſario poteſt.*] Se-
quitur ibidem præfata theorica gene
ralis [*Is enim demum pecuniam ex cauſa fideicommiſſi præſtare cogendus eſt, qui aliquid eiuſdem generis uel ſimilis ex teſtamento cōſequitur.*] Sic ita
que ad iniungendum grauamen ipſi
honorato eidēque electo requiritur
vniformis proportio (ſaltem ſimilitu
dine) inter honorem impenſum ip-
ſi honorato eidemque electo, & ip-
ſum fideicommiſſum ſiue grauamē
iniunctum tali honorato nam ſi ho
nor non conſiſtat in emolumento
pecuniario, & grauamen ſic, nō po-
teſt illud eidē iniungi, vt ibi eſt tex.
Idēq; videmus in caſu ècontrario ſ q̃
honoratus cōmodo pecuniario non
poteſt grauari aliquo onere inæſti-
mabili, id eſt non reducibili ad numa
riam æſtimationem l vxorē, § hęres ĩ
titu.

De eadē re alia conſideratio reſolutoria

titul proximo,& l filiusfam § ſecundum vulgarem,ſuprà titu primo, vbi ſpeciatim ponitur ratio eadem,dum tex inquit [*Poteſtas enim patria inæſtimabilis eſt* ]Sed vidẽda eſt glo ibi,ad illi' tex ſuppletionem, quia non omnino eſt text.ècontrario ad dictã.l Planè,in ſi ſecũdum declarationem prędictæ gl ibi, prout text in dict § Hęres ad quẽ text vide omnino gloſſ im & Doct in l ſi in teſtamento, ſuprà de condit inſtitu Et ad id quod in præcedenti, caſu eſt dictum quòd honoratus cõmodo inæſtimabili, prout eſt in caſu thematis totius illius l id eſt non pecuniario non poſsit grauari pecuniario Facit etiam tex in ſæpe dict § ſi de familia, ſuprà iſta l quem eodẽ modo declarat Bald & Albe ibi poſt Oldra in textualibus,dum inquiunt, quòd talis nominatio quæ fit per grauatum de vno ex familia non eſt legatum,neque diſpoſitio, ſed tantum ſimplex & nuda nominatio,ſicque talis grauatus nominans,nihil diſpoſuit in nominando, imò potius adhibuit & exercuit nudum miniſterium per actum quendam executiuum,& ( vt ſic dicam ) anonimum, ſiue anomalum & ſic commoditas legati ad qđ fuit nominatus prouenit ad nominatum à primo diſponente, & non ab ipſo eligente vel nominante, & ex cõſequenti talis ſimplex & nuda nominatio per grauatum facta,non poteſt cenſeri tribuiſſe tali nominato, aliquod commodum pecuniarium, ſed ſolummodo quendam honorem ſimplicem ac nudam gratiam, in quã tum prętulit eum alijs de familia,fortè propter affectionem quam talis nominans habuit erga eum prę cęteris de eadem familia, quæ affectio, vt potè ſuapte natura inęſtimabilis non eſt habenda in conſideratione,vt eius prætextu talis nominatus potuerit ab eligente grauari Ad hæc bene confert text nota in ſuo caſu, in l Si mulier, quæ eſt tertia in verbis poſtremis, infrà tit primo de legatis tertio, vbi ſi ego creditor habebam rem debitoris pignoratam pro debito,& in teſtamento remiſi ſibi pignus ſimpliciter, ob talem pignoris remiſsionem ſimplicem nõ poſſum illum grauare, quia non cenſetur à me honoratus cõmodo pecuniario, ſi enim (vt illum text inducam) liberando rem debitoris nexu obligatiõis realis, qua mihi pignus tenebatur, non videor honorare illum tali cõmodo pecuniario, ergo neque liberando me ipſum per nominationem vnius de familia obligatione grauaminis mihi iniuncti, qua tenebar ex præcepto teſtatoris vnum de familia nominare, quæ quidem nominatio vel electio obtinet( vt eſt iam dictum ) vim ſolutionis,cenſeri debeo honorem pecuniarium impendere ei quem elegi vel nominaui ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate teſtamentaria vel codicillari, vel alia innominata, Ad præmiſſa videtur etiam tex optimus in ratione ſui, in l Si arrogator, ſecundo reſpon ff de adopt ibi,[*Quia non iudicio eius, ſed ex principali prouidentia ad eum peruenit* ] Ad idem text pulcher,& celeber, in l Si ſeruo fideicommiſſaria, ff de hæredi inſtitu in ratione etiam ſui valde conducens huic rei, de qua eſt ſermo noſter, dum litera ibi inquit, [ *Imò nihil cõmodi ſenſiſſe, ſed magis debitam ſibi accepiſſe libertatem* ]Eſt verum quòd iſti text aliò tendunt, id eſt reſpiciunt potius prædictam conſiderationem, quam primo feci ad tollendum ſcrupum, quem prædixi ſubeſſe ad iſtius textus intelligentiam ſed nihilominus conferunt huic ſecundæ conſiderationi qua de agimus Et hæ conſiderationes,

ſunt

ſunt inſigni commendatione dignæ & conducunt apprime ad veram & internam reſolutionem intellectus iſtius text Docto nempe (quos viderim) neque in præſentiarum, neque alibi hanc rem explicant neque expoliunt. Et ne id omittam aduertendum eſt (vt obiter ſuprà tetigi) de aperta intentione textuum in dicta l Planè, § fina ſuprà titulo prío, & in l filiusfam § ſecundũ vulgarem, eo titu & in l Vxorem, § Hæres ij tit 1 ſuperius allega eſſe, † quòd
15 quis grauati poſsit onere rei inæſtimabilis, ſi conſimili honore fuit honoratus ex quo inferri videtur, quòd ſi hodie pater plurium filiorum, cõmiſiſſet alicui executori facultatem meliorãdi vnum ex filijs quem meliorare vel nominare maluiſſet, & meliorauit vnum ſpecialiter, ſiue ſpecifice, quòd poſſet eum grauare, vt in vno quarterio, (quod Hiſpani vocant) clipei inſignium ſuorum deferret etiã inſignia ipſius eligentis, vel nominantis, qui eum meliorauit ex commiſsione patris teſtantis qui illam commiſsionẽ ei fecit, ex quo ſubſequitur quòd poteſt tali meliorato iniungere pœnam, q; ſi prædicta arma vel inſignia non portauerit in dicto quarterio clipei in ſignum ſuorum ex tunc prout ex nunc transfert meliorationem in alium ex filijs teſtatoris eiuſdemq; committẽtis, eũdemq; fratrem nominati ad eãdem meliorationem Idemq; eſſet ſi eum grauaret ſepelire eundem nominantem vel aliquem de familia ipſi⁹, in ſepultura, vel loco aut ſacello, ĩ quibus nominat⁹ habebat ius ſepulchrorum vel ſepeliendi Nã cùm talia grauamina ſint de rebus quæ nõ ſolent neq; poſſunt æſtimari cum in ſeipſis recipiant congruam æſtimationem, videntur correſpondere honori quẽ impendit talis nominans nominato,

Attend aduertẽter

De eadẽ re

Ad idem

in præeligendo eum vltra alios de familia, qui honor (vt eſt dictũ) eſt quid inæſtimabile, id eſt non poteſt redigi ad æſtimationem pecuniariã, & hæc ſatis de hoc articulo Nunc autem operæpretium erit expremiſsis prædeductis ab exordio iſtius l hucuſq; inferre vnum ſatis aduertẽdum, quo plures ſæpe falluntur, & fallunt videlicet, † claram & apertam eſſe diffe-16
rentiam inter materiam iſtius l & materiam meliorationis tertiæ partis bonorum, quæ per l fori de las mandas, l 9 libr 3 & ll Taurinas illam approbantes, poteſt fieri per patrem vni ex filijs Quod ſic liquido oſtenditur, nam in illa materia meliorationis pater donat vel relinquit filio, gratuito modo, hoc eſt ex mera gratia, & liberalitate nulla neceſsitate præciſa, neque cauſatiua præambula illum ad id vrgente, vt inquit illa l fori, ibi, [Pueda el padre ſi quiſiere mejorar] Et hac eadem ratione permittitur eidem patri melioranti, per l 17 Tau ad finẽ quod in defectum vltimatum deſcendentium ex tali filio meliorato ibi expreſſorum poſsit grauare filium eiuſmodi melioratum onere reſtituendi meliorationem tertij perſonæ extraneæ, ſed non ob hanc cauſam textus iſte corrigitur in primo ipſius reſponſo inquantum reijcit ab hac electione, vel nominatione grauaminis impoſitionem, quoniam (vt modò prædixi) loquitur in caſu vbi nominatio fit ex neceſsitate, id eſt ex obligatione fluente ex teſtamento primi diſponentis qui iuſsit eam rem reſtitui per hæredem vel alium grauatum vni de familia, qua ratione omnia relicta pſtãda ab hærede alicui vel aliquibus de familia deſcẽdẽtia ex diſpoſitione vltima primi teſtantis, id eſt, teſtatoris debent tranſire & pergere libera in perſonas vocatas

Attend aduertẽter.

vo.atas per eundem teſtatorem ad illas,& ſucceſſores intermedij, ijdemq́, prædeceſſores ſequentium ſucceſſorum gradatim, non poſſunt talibus ſucceſſoribus ſubſequentibus grauamen iniijcere Secus autem dicẽdum in hodiernis meliorationibus reſtitutioni ſuppoſitis, quib⁹ per eoſdem patres meliorantes apponitur onus vel grauamen, quia cùm ipſi ex ſemetipſis principaliter exerceant liberalitatem erga eiuſmodi nominatos vel honoratos in tali melioratione, poſſunt eos liberè,& ad libitum grauare, etiã quòd habeant prout habent a lege facultatem nominandi, id eſt meliorandi, quia talis facultas conceditur patri per legem pro libito ſuę voluntatis vt dixi, id eſt ſi ipſe voluerit facere meliorationem, quod non eſt in caſu huius l in quo vt ſuprà eſt ſæpe dictũ nominatio deferť hæredi, vel alij grauato qui dębet nominare, ex iuſſu & diſpoſitione teſtatoris & ſic ex neceſſitate obligatoria, quã ob cauſam nominãdo in familia, quum id faciat neceſſariò ex obligatiõe pręambula habente ortum à iuſſu teſtatoris non videtur exercere liberalitatem erga nominatum, argumẽto l rem legatam, ff de adimen lega & conſequẽter nõ poteſt ipſi nominato grauamen iniijcere, vt in hoc tex qui( vt dixi) manet hodie incorrectus per hanc conſiderationem ex qua apparet diſsidiũ inter has materias ſcilicet huius l & meliorationum quæ paſsim fiunt legum Regiarum authoritate, de quib⁹ ſ̃ & ex conſequenti apparet plures adaptationes de hac materia ad illã factas per Doctorem Hiſpanum, eundẽque Hiſpalen in vulgata relectione, huius § ſed etſi fundũ, corruere, quapropter cauẽdũ erit lectori, ne in hac re paralogizetur, ſi eadem ratio non militat in caſu occurrente in materia meliorationis, quæ in hac materia iſtius legis locum habeat, quæ rarò repeniet militare Redeundo ergo( velut è diuerticulo) ad tertiũ notabile ſ̃ ex hoc text elicitum ſcilicet, quòd is qui ex diſpoſitione teſtatoris, vel legis à paritate rationis, tenetur aliquem eligere vel nominare, non poteſt eum nominando grauare,

Ad ll iſtius Reg loquẽtes de meliorationibus

Tex iſte manet hodie incorrectus

Attende aduertenter

Redit ad 3 notab ſup dictu ex hoc tex

Reſtrictio ad hunc text

17 † hoc quidem debet intelligi niſi talis nominatus grauaretur per eligentem vel nominantem de dando eundem fundũ ad quẽ fuit nominatus vel electus, vel ipſius partem alicui ex eadem familia, vel ſi à principio fuit grauatus reſtituere alicui incerto de pauperibus certis, poteſt talem pauperem ex eis per eum nominatum inter nominandum grauare, vt alteri pauperi, vel pauperibus ex iiſdem certis pauper ille nominatus reſtituat ſecundum Bart Bald & Ioan de Imo & colligitur ex hoc tex à ſenſu oppoſito Hinc ſubelicit Bal.

18 † quòd grauatus dare alicui hoſpitali centum poteſt grauare de dandis decem alteri hoſpitali & pari ratiõe poſſet diſponere ſucceſsiuè nominans in caſu huius l vt res illa in qua eſt facta electio vel nominatio poſt aliquod tempus perueniat ad alium conſimilis qualitatis cum primo electo vel nominato, nam ſicut talis elector, vł nominans, poteſt rem quam reſtituit, diuidere inter plures, nominando ad eã plures de familia, vt in § Si duos ſ̃ ꝓximo ſic etiam poteſt diuidere tempus faciendo noĩationem de vno de familia, ad certum tempus, & eo elapſo nominando alium eiuſdem familiæ, vel etiam alium alterius conſimilis qualitatis, prout Barto (licèt verbis ſubobſcuris) id voluit, ſed ita( vt dixi) apertè recitat eum Bald hîc & in conſil 162 volum 5 & Paul de Caſt in dicto § ſi duos Hinc etiã ſubinfert idẽ Bald hîc, quòd electio particularis facta de

cta de vno in parte fundi, vel de duobus in toto fundo, quorum alter repudiauit, non trahitur ad vniuerſum in priore caſu i ad totum fundum neq; in ſecundo caſu locũ habet ius accreſcendi, vt pars ab alio repudiata accreſcat alteri, qui partem ſuam acceptauit ſicq; electus ab executore vnà cum alio non habet ius accreſcẽdi in alteri' parte, ab eo repudiata, vel aliter vacãte Et iuxta id quod de ſubſtitutione eſt ſuprà dictũ, facta de alio eiuſdem familiæ cũ nominato primo loco, inque ipſius defectum vel locũ ſubſtituto vel vocato, conſiderandum non inſubtiliter occurrit, ꝙ ratio qua Docto mouentur ad id tenẽdum, nõ fundatur in liberalitate, quã hoc caſu videatur conferre nominãs in nominatum de familia quia imò in hac ſpecie (vt eſt ſæpe dictum) nullam in illum confert, prout neque in primo caſu ſiue reſponſo huius legis, vbi grauamen apponitur in fauorem extranei, quæ iniectio grauaminis nõ valet in vtroq; etenim caſu verſatur eadem ratio, de qua ſuperius dixi, põderando d. § 1 Si de falcidia. Sed ideirco Doct dicunt, quòd nominans põt ſubſtituere poſt primum nominatũ aliquem alium de eadẽ familia, quia ſi à principio voluiſſet, eos ſimul potuiſſet nominare, videlicet primũ electum vel nominatum, & ſubſtitutũ, & eoſdem in ſimul & ſemel eadẽ nominatione vocare, & comprehendere & ſic effectu diuidere rem legatã, vel per fideicõmiſſum ſibi relictam à primo teſtante, vt ad eam vnum ex familia nominaret Pari ergo ratione poteſt nominare in tali re vnum ad tempus, & poſt illud tẽpus aliũ cõſequẽtia deſumpta à re ad tẽpus l Miles ita, § 1 ff de milita teſta & ſic appoſitio grauaminis facta per hæredem reſtituentem in ſubſtituendo per fideicommiſſum alium de eadẽ familia ipſi primo nominato, nõ validatur ex capite vel ratione liberalitatis, quę reuera hoc caſu nũquam ſubſtitit, vt eſt ſæpe repetitũ ſed ratione poteſtatis, quã grauatus habet nominãdi plures quæ quidem poteſtas à principio ex primo teſtamẽto, vbi rogatus fuit reſtituere vni de familia, ſibi cõpetijt ex iuris diſpoſitione ſ d § Si duos š. iſta lege, per quã declaratur voluntas teſtatoris, dum loquutus eſt de vno, quando hæredi iniunxit grauamẽ nominandi vnum de familia ipſi grauato, vt verificetur etiã in pluribus Ex hocq; iunctis prædictis videtur nõ rectè ſenſiſſe Barth Soci (ſalua ipſius pace) in l vtrum § cùm quidam 5 col ỹ de reb dub per illum tex ibi, [*Liberum arbitrium* ] dum dicit, ꝙ licèt talis nominatio nõ ſit liberalitas in nominãdo tamen eſt liberalitas in quẽ nominãdo quapropter dicit ipſe, nominans poteſt plures ſimul vel ſucceſſiuè nominare Sed certè iſta non eſt ratio iſtiuſmodi nominationis, neque prędictus § Si duos, innititur hac ratione ſed ea, quam ponit ibi Pau de Caſt videlicet, quia teſtator videtur dediſſe hæredi electionẽ nominandi in familia, ſiue intra familiam, & ſic vnũ, vel plures ex ea & ibi Pau de Caſt ſubijcit idem quod Bar hîc eum referẽs. ſ. ꝙ à paritate rationis poteſt talis grauatus facere electionẽ ſucceſſiuè per dinumerationem temporum prout & perſonarum Non obſtant verba illa, [*Liberum arbitrium* ] in d § cùm quidã, poſita quibus Soci mouetur ad dicẽdum ibi, id quod ſuprà retuli eum dicere quia intelliguntur quoad eligẽdum quemcunque de familia voluerit, id eſt pro libito voluntatis, nõ autem quantum ad nominationem plurium neque quantum ad grauãdum talem electum. Et eodem modo de-

Atten

Carpitur Soci

bet etiam cautè intelligi quod Bald dicit in repe l primæ nu 6 ad fi C de ſacroſan eccle ad medium, in verſic Item quod dicit ex ca vbi Bal inquit per tex in d § cùm quidam, ꝙ mera electio perſonarũ nõ cẽſet diſpoſitio captatoria, quia talis elector non habet in poteſtate ſua, an nominet ſeu eligat, necne imò cogitur præciſe nominare ſed tantum habet in poteſtate cui diſtribuat, & qualiter & iſto verbo, qualiter, in eodemmet propoſito vſus eſt Pau de Caſtr in l filiusfa § cùm pater, in ſi ſ tit 1 nã illud verbum qualificatiuũ, qualiter, (vt dixi) eſt cum aduertentia intelligendũ de qualitate perſonæ eligendæ, vel de alia conſimili non autẽ deſignat qualitatem grauaminis imponendi cũ nõ poſsit imponi electo vel nominato ꝑ eligentem vel nominantẽ vt hîc decidítur, aliâs loquerentur contra hũc tex & ea quæ ſ ꝑ eum tradita fuerũt. Et ex dictis Bar & Doct hîc, illa ratio ne eorũ ceſſante, quæ rẽ ad tempus parificat, deducitur apertè, ꝙ ſi de voluntate primi teſtatoris cõſtitiſſet, iubentis 1 qui iuſſerat, ꝙ fundus legat⁹ cum vinculi appoſitione ſ vt ſemper deberet deuenire in vnam perſonam ſolam de familia gradatim ſucceſsiuo ordine, & ſic non ad plures, vt ſi fortè pater iniũxit filio meliorato per eum, quòd in certa bonorũ parte, putà ĩ 3. meliorationis quã ei fecerat, id eſt, in quo 3 eum meliorauerat, in re certa deſignato, talis filius meliorat⁹ nominaret ad illam rem vnũ ſolum filium, vel vnum ſolũ nepotem, vel vnũ aliũ ex cęteris deſcendentibus tali expreſſo modo, vt poſt nominatum primo loco res illa ſeriatim ſiue gradatim deuolueretur, vel deueniret in vnum ſolum ex deſcẽdentibus ſuperſtitẽ certè hoc caſu iſte primus filius melioratus per patrem, qui tenetur filiũ aut alium deſcendentem iuſſu patris qui meliorauit eundem, nominare vnũ, vel relinquere vni ex deſcendentib⁹, non poterit eum quem ex eis nominauerit grauare de reſtituendo alteri etiam de eadem familia, in præiudicium alterius deſcendentis, ad quẽ res eſſet peruentura ex diſpoſitione patris meliorantis 1 qui illum meliorauit, illo addito grauamine, id eſt per verba prædicta ſ quod nominaret vnum ſolum de deſcendentibus Nam hoc caſu ceſſaret ratio Doctorũ fundamentalis, de qua ſ dixi ex quo enĩ talis filius melioratus eiuſmodiq́ grauatus vni ſoli incerto de certis reſtituere non potuiſſet à principio duos nominare, ſed vnum ſolum, & gradatim poſtea alium, & ſic deinceps ſucceſſiuè, & conſequenter non potuiſſet talem rẽ diuidere inter plures, cõſequitur apertè eum nõ poſſe filiũ ipſius grauare, quod reſtituat vni de familia etiam propinquo, ſi non ſit ex his quos pater gradatim nominauit. Quam rẽ habeo pro expeditiſsima, attẽtis terminis iuris cõis & volũtate diſponentis Et idem etiam pro expeditiſsimo tenui ſ iſto § ſecundo not. Sed quod attinet ad ius nouiſsimum legum regiarum, quo vtimur, tentatũ fuit olim ĩ quodã caſu ſimili occurrenti, ꝑ nonnullos aduocatos, quibus curæ præcipuæ eſt nihil intentatũ relinquere, voluereq́ oẽm (prout eſt in prouerbio) lapidẽ vt partes ſuas tueãtur, & victoriã ꝑ fas & nefas reportẽt, opponere contra hanc deciſionẽ de l 27 Sarabri condita, quas leges vulg⁹ Taurinas appellat, per quã legẽ diſpo-
19 nitur, † quod pater ĩ melioratione tertij, quam facit filio, poteſt apponere quodcunq́ grauamen ſibi placuerit ſiue fideicommiſſi, ſiue reſtitutionis, cum quibuſcunq́ vinculis, &c dũ modo id faciat in fauorem deſcendẽ tiũ,

tium,& inter eos,&c Sed in vero lex illa minus nihilo obſtat præfatæ deci ſioni illatiuæ,quam s feci quia vt cuilibet,etiã mediocriter intuẽti,imò cæ cutiẽti,apparere põt,lex illa loquit̃ de grauamine,qđ patri meliorãti eadem met lex permittit iniũgere filio melio rato in tertio bonorũ, per regulã iuris paſſim omnibus obuiam,quem ho noro grauare poſſum,&ècontra Cũ itaq, pater cui etiã per eaſdẽ ll & alias huius reg permittitur filium meliorare in tertio bonorum ſua ſponte,nulla præexiſtente obligatione præambula,meliorauerit filiũ ergo propter illum honorem in meliorãdo ſibi impenſum poteſt eũ onere fideicõmiſſi grauare dum tamẽ faciat inter deſcẽ dentes quoſcunq,,&c vt ibi declaratur Sed in noſtra illatione deciſiua s. poſita eſt caſus penitus diuerſus,&(vt in prouerbio traditur)ex diametro diſtans quia loquitur de grauamine in iungendo per ſecundũ nominãtem, qui fuit per prius melioratus,& grauatus reſtituere vni ſoli incerto de certis cùm itaq, id habeat facere ex neceſſitate præambula oneris fideicommiſſi limitati ſibi per patrem qui eũ meliorauit iniuncti, nõ poteſt talem nominationẽ fideicõmiſsi facere inter deſcendentes, quos ipſe voluerit. ſed inter eos tantum quos primus diſponens, idemq́, pater nominauit generaliter ſucceſsiuè poſt eundẽ honoratũ in tertio bonorum & grauatum de reſtituendo illud vni de familia,ſo li inquam & voluit q̃ ita incederet illud tertium bonorum vinculatum de vno in aliũ gradatim & ſucceſsiuè & ſic iſte melioratus idemq, grauatus ſecundario diſponens nullatenus poteſt tranſgredi metas prædicti oneris ſibi impoſiti & conſequẽter non põt plures ex deſcendentibus vel ex familia nominare Ratio ſole exhibet in promptu de primo reſpõſo iſtius tex iuncto § 1 ſi de falcidia s hac l q̃ iſta nominatio ſecunda, quæ debet fieri per iſtũ grauatũ, cũ ſit neceſſaria,pro cedit ex ipſius liberalitate, quã nullã exercet in talem ſecundario nominatũ vt s fuit ſæpe atq, abundè traditũ ſed à primo diſponente, qui eũ meliorauit,grauauitq́; onere fideicommiſsi prædicti relinquendi vni ſoli incerto de certis Iuris nanq, intellectu conſiderato primus diſponẽs facit ſecũdã nominationẽ nõ aũt ipſe grauatus,vt ſingulariter probat̃ vltra iſta iura in optimo ſimili ex l pater ex prouincia, ad ſi ff de manumi vin. in ſuperiorib' citata, vbi ſunt verba gemea & maximè expẽdẽda dũ Iuriſcõſultus ibi vtit̃ in hac materia, verbo veritatẽ impor tãte. ibi,[*Ceterum ipſe manumiſit*] & loquitur de primo diſponente, qui cõmiſit alteri executionem manumiſsionis, prout hic cõmiſit executionẽ nominationis Ex his patet allegationẽ illorum cauſidicorũ de illa l Tau in hoc propoſito fuiſſe impertinẽtem, & (vt aliàs dicitur)ad Corinthios factã. Supereſt nũc ſuper iſto artic videre, q̃d ſit dicẽdũ, ſi fortè iſte filius meliorat', qui ex diſpoſitione patris q̃ ipſum meliorauit, & grauauit nominare vnũ ſolũ ex filijs vel deſcẽdentibus(& q̃ ita p̃cederet melioratio đ vno ſolo in vnũ ſolum pertuò per modũ vinculi & maioratus) mortuus eſt priuſquã nominaret,ad quem ex his deuoluetur talis melioratio, cũ etiã teſtator qui primo meliorauit, id eſt pater iſtius filij mortui,eiuſdemq́; grauati reſtituere, vel nominare nullũ ſpecialiter poſt primũ filium ab eo melioratũ nominauit ſed tantùm in genere dixit, q̃ melioratio deueniret ad vnũ ſolũ ex filijs vel deſcendẽtibus de vno in aliũ gradatim, quẽ ipſe primo melioratus nominaret,vt eſt iam dictum Et iſta

Ad l. 27 Tau

Atten dubi tationem

Deciſi. eſt importans dubitatio in hac mate ria. In qua q proculdubio dicẽdũ eſt, ꝙ talis melioratio deuenire debeat ad maiorẽ natu ex alijs ſuperſtitibus ipſi primũ nominato, ex alijs inquam qui erant eiuſdemmet qualitatis i inter quos prim⁹ meliorãs iuſſerat vnũ ſolum ad eam meliorationẽ nomina ri per illũ primo nominatũ, eundẽq̃, grauatum ad meliorationẽ reſtituere vni incerto de certis i de deſcẽdentibus, etiã ſi idẽ primo melioratus fuiſſet minor ætate quia nihilominus eo non nominante ſemper attẽdi debet maioritas ętatis, ſolum inter ſuperſtites, quorũ vnus ſolus deberet per illũ nominari qui tamẽ nominatus ab eo Atten non fuit, vtpote morte præuento Ad quod moueor ex eo quod notanter tradit Areti cõſi 162 inci diligenter col 3 verſi Et pro iſtorũ verborũ, &c. ante quẽ vt ipſe refert in terminis ꝓpe ſimilibus his noſtris, idẽ tenet Ange cõſi 281 qđ fuit cõſiliũ Bal Ideq̃, in fortiorib⁹ terminis tenet Guido Papæ non habita eorũ mentione in deciſio 467 incip Teſtator In fortioribus dixi, quia Guido loquitur vbi cõſtitiſſet de tacita voluntate diſponẽtis, eum voluiſſe, quòd illa res quam ſubijciebat fideicommiſſo, eſſet perpetuò vinculata Nam tantum iuſſit talem perſonam portare inſignia ſua cũ ſuo cognomine, & nihil aliud expreſſit & ita in caſu nr̃o ſimiliter & eo dẽ modo videtur eum tacitè voluiſſe, quòd res, vel melioratio non poſſet deuenire niſi in vnam ſolam perſonam de familia, nam ex hoc apertè oſtenditur voluiſſe rem illam perpetuò permanere in familia ſolidam, & indiuiſibilem, & inalienabilem extra illam familiam, & ſic iure quodam maioriæ perpetuæ in ea perdurare quia per maiores natu melius conſeruatur, quàm per minores, vt eſt notũ prout & per maſculos melius quàm per fœminas Et ita crederem addendum huic caſui, quòd ſi eiuſdem ætatis maſculus & fœmina cõcurrerent, & in eodem gradu, maſculus eſſet prę ferendus & ita eſt veriſsimum, neq̃, põt trahi in ambiguitatem Et quoad maſculos res eſt expeditiſsima, & in quampluribus locis tradita per Doℓto & in ſpecie deciditur per Bald in diℓto conſi 281 colum 2 ad medium quod ſuprà allegaui pro conſi Ange. ſed eſt Bal inter conſilia Ange Et ꝙ per vnum melius cõſeruetur familia quàm per plures, & ſic dicendo quòd res ſemper perueniat in vnum ſolum de tali familia de vno in alium, quem poſſeſſor vltimus nominaret, fiat vinculum vel maioratus, probatur ex l 2 § nouiſsimè, cum gloſ in verbo rebus de orig iuris quem Oldra. citat conſi 93 colum 3 & Bal in cap 1 § fina de prohi feu ali. per fede lib feu Allegat etiã in ſimili l cuius bonis, in fi ff de cura furioſi Igitur in caſu de quo agimus iſto grauato eligere vnũ ſolum de familia vel agnatione mortuo abſque nominatione, admittetur proximus de familia, maior & maſculus Et ita eſt veriſsimũ ſed ſi ſupereſſet fœmina maior ætate, eſſet cogitãdũ Ad qđ videndus eſt An Barba cõſ 10 ad fin 2 parte, cuius meminit And Tiraquel (licèt non præcedentium remiſſionum) in opere primoge 1 quęſtio ne, nu 10 cum ſequen vbi etiam addit aliud conſilium eiuſdem Barba & congerit (licèt non in idẽ) plures Doℓto authoritates ſed tendunt in ſimili ad probandum, quòd vbi fit mentio de maiore, debet intelligi de maiore natu, prout Barba loquitur in d cõſi. 10 ſed nos loquimur hìc in omnimodo dubio vbi tm̃ fuit mentio de vno ſolo, & ſic in caſu dubitabiliore, q̃ ſit caſus de quo diſſerit An. Tiraqu poſt

And

And Sicu vi ibi Hoc intellige in his
duntaxat terminis ſ quando res ex di
ſpoſitione teſtatoris vel alterius diſpo
nentis nõ poteſt deuenire niſi in ſolũ
vnum de pluribus, putà de deſcendẽ-
tib', vel de agnatione, aut de familia,
quẽ primo nominatus ab ipſo diſpo-
nente elegerit & exinde de vno ſolo
in aliũ vnũ ſolũ, per modũ perpetuita
tis & vinculi vel maioratus ꝗ quidẽ
primo nominat' & grauat' deceſsiſ-
ſet nõ facta electione, vel nominatio-
ne de vno ex his inter quos debebat
nominare, vel eligere & illorũ vnus
eſſet maior natu alio, & alius alio in
hoc enim dubio vt dixi ſuprà maior
natu eſſet admittendus ad talem me
liorationem eiuſmodi vinculatã Se-
cùs autem eſſet, quando res poſſet ad
plures deuenire liberè, vti qñ diſpo-
nens nõ dixiſſet, ꝗ res deuenĩãt ad v-
num ſolum gradatim & ſucceſſiuè &
perpetuò ſed iuſsit ſimpliciter, ꝗ ve-
niret in vnũ de familia, quẽ grauatus
elegiſſet, vel ꝗ relinqueretur in fami
lia, prout exẽplificat Pau. de Caſt ca-
ſum huius l. à prin vſq, ad ver Quòd
ſi talia, excluſiuè, vt in prin leg recita-
ui. & iſte grauatus deceſsiſſet nõ facta
aliqua nominatione vel electione ta-
li nanq, caſu oẽs illi, inter quos debe-
ret eligere, proximiores inquã defun
cto, & eidẽ defuncto pares in gradu,
admitterentur ſimul & ſemel ad eiuſ
modi fideicõmiſſum vel melioratio-
nẽ, vt in § Rogo ℑ hac l & in l labeo,
in vlti. verbis, ff. de ſtatuli Sin autẽ in
caſu præcedente (vt id nõ omittã) re-
perirentur inter perſonas ex quibus
diſponens iuſsit vnũ ſolũ eligere, duæ
perſonæ ætate pares vel æquales, ma-
iores tñ natu cæteris de familia, tũc re
currendum eſſet ad ea quæ tradunt
Docto præſertim Areti. Alexã & Iaſ
in l Ex duobus, in prin ff de vulga. &
pupi & An Tira in queſt de geminis,
in tracta. primigenitorũ. 17 q ꝑ totã.
Quæ omnia ſunt vera, & iuridica, li-
cèt aliâs in facti contingentia in illo
puncto, in quo cõtra Soci ℥ tenui, nu.
18 per nonnullos Iuriſperitos practi-
cos alioqui nõ poſtremi nominis, for-
tè minus perſpicuè rem iſtam intuẽ-
tes, allegatũ & concluſum fuerit op-
poſitum, & ſic in fauorẽ Soci & quidẽ
perperam, & impertinenter, ne dicã
ineptè, vt pleraq, alia Cætera autem
quæ poſtea tradidi hucuſq, ſunt adeò
vera, & de iuris penetralibus, vt nulla
ratione in oppoſitum cõuelli queãt.
Quartò, ex iſta litera, adnotãdum
20 eſt, † quòd quando quis rogatur reſti
tuere fundum vni de familia vel de
agnatione, eo ipſo quòd fundus per
eum ſibi reſtituitur, talis fundus dein
ceps manet liber penes illũ nomina-
tũ de familia. Sicq, poterit eũ in poſte
rum pro voluntatis ſuæ libito aliena-
re Diuerſum tamen eſt quando teſta
tor expreſsè prohibuit ne fundus ex-
tra familiam alienaretur, nã tũc facta
prima nominatione de aliquo fund'
ille reſtitutus tali fideicõmiſſario vel
aliquibus alijs fideicommiſſarijs de fa
milia, manet nihilominus reſtitutio-
ni ſuppoſitus, & (vt vulgo dicitur) vin
culatus intra familiã. i. inter eos qui
ſunt de illa familia. & in hoc ſtat diffe
rentia inter primã huius paragraphi
partẽ, & verſ Quòd ſi talia, eiuſdẽ. §.
Nam qñ teſtator vult ſimpliciter fun
dum dari, vel relinqui vni de familia,
vel in familia, prout lex iſta loquitur
ab ipſius exordio vſq; ad prædictum
verſic Quòd ſi talia, excluſiuè, iſto in-
quam primo caſu per electionem, vel
nominationem de vno ex familia ab
hærede factam, cenſetur ſatisfactum
voluntati diſponentis qui eam rẽ eiuſ
modi voluit ac iuſſit reſtitui, & talis
electio cum effectu reſtitutionis ex
21 ea ſubſequuto confeſtim cõſummat

atq, perficitur, voluntas quippe diſponentis ſemel fuit effectum ſortita, cũ ſufficiat vt res remaneat libera, hæredem ſemel impleuiſſe ſiue diſſoluiſſe obligationẽ qua tenebat̃ eligere, vt patet ex regula § Hoc ſermone, l Boues, de ver ſigni cũ penè innumeris deciſionibus ex ea elicitis per Doctores vtriuſq, cẽſuræ relatis per Feli in c in nouam, col 1 de tre & pace, vbi vſq, ad fi 2. col ornat illã regu poſt Alex conſi 15 vol. 4 & illa ac cõplura alia tradit Tiraq nouiſsimè, in relectione recitatoria quam nuper edidit de illo § Hoc ſermone, in cuius regulæ comprobationem affert more ſuo quendam maximum, ac copioſiſsimũ torrẽtem octuaginta & vltra ſimiliũ, vnde à ceſſante ratione in caſu verſicu. Quòd ſi talia, videlicet quando per teſtatorem fuit cautum vel prouiſum quòd fundus non exiret de familia, q̃ eſt ſecũdus caſus de quo ſuprà, in quo prohibitio cenſetur perpetua, ſi ſolus electus ſupereſſet in familia, vel eſſent plures electi, & fundus deueniret ob caſus ſuperuenientes ad vltimũ de familia, talis fundus remanet liber, vt probatur ex tex nota. in l Cùm pater, § Libertis, ad fin. & in l. Qui ſolidum § pe j. iſto tit. & hoc in his terminis tenet Bal apertè, in l 2. per tex illius l. C Quando dies lega cedit. & Ioã de Imo per eoſdem tex in l. Peto. §. Fratre, ſuper gloſ. an tope quæ prius allegauit illa iura. j eo & Pau de Caſt cõſilio primo, incipiẽ. videtur dicendũ lib 2 Ange. conſi 169 incipien ſuper puncto, col. 2 quanquam non loquitur in hoc clarè, ſed apertè id tenet Pau de Caſt. conſi 453 incipiẽ de eo quod illocò quæritur, libro primo & Iaſ. in l filiusfa § Diui 2 lect colũ 10 verſicu 11 limita. ĩ titu primo, vbi citat illud conſilium primum Pau de Caſt ĩ relatum, & adducit text. in l. Mutianę, ad fin j de condi & demon. & idem Iaſ conſi 4 colum 3 verſicu Moueor primo, lib 1 vbi refert Pet de Ancha in idẽ, & ſequitur Bologni conſ 43 viſo igitur puncto 3 col verſ Nonò præſuppono, & Decius conſi 211 viſo teſtamento, col 2 verſi poſtremo & conſi 584 viſa prohibitione, ad fi quod iterũ repetitur cõſ 637. idem Deci cõſi 635 viſo copioſo, col 2 ad fi & Ioan Fran à Ripa in d § Diui, colum 3 Imò fortius tenet Pau de Caſt per eundem § Libertis, ad fi d l Cum pater, in l Quoties ab omnibus, C de fideicom quòd ſi nõ ſupereſt perſona quæ poſsit reuocare, recõualeſcit alienatio iam facta de re quæ prius erat prohibita alienari ſuperſtitibus his qui potuerant eam retractare, tempore factæ alienationis, qui tamen deceſſerunt priuſquam ad retractationem talis alienationis proſilirent Quam deciſionem ſequitur Decius conſi 182 quod incipit, In caſu occurrenti, in princi Et eſt aduertendum quòd per ea quæ in illo conſ tradit Decius, limitatur iſtud, vt ibi poteſt videri per eum Ad quam deciſionem Pau declaratoriam iſtius articuli, de quo tradunt omnes ſcriptores ſuperius adducti, vltra eum & Deci facit gloſ ſatis nota in l Qui habebat, gloſ vlti ad finem ff de Manumi. teſtamen quam Bald valde commendat in capite, domi noguerrã, in titu. hinc finitur lex, &c lib feudorum. ex qua gl notat ibi Bene à Plum † quòd varia ſunt actũ valere ab exordio confectionis illius, vel non valere, ſiue à principio, aut deſinere valere ex poſt facto ſi tñ nullitas talis actus allegari nõ poſsit, quia non ſuperſit qui eã poſſit allegare. pro qua glo facit tex in c. Eccleſiaſticæ, de excep & in eundem prope ſcopum vergit illud quod aliâs dicit, † quòd multa ſunt nulla, quæ non

De eade re.

21

22

non poſſunt dici vel allegari nulla l Poſt mortem, in princi ff de adop gl. in l Si creditoribus C de ſeruo pign dato manumi ſecundum Ange conſ 187 incipien A & B contraxerũt ad finem conſilij, cuius meminit Iaſ in l Nemo poteſt 2 lect nume 59 ſ titu primo

Redit ad firmadum, vel roborandum iſtud 4 notabile ex hoc tex deductum

23 Et præfato notabili ſ ex hoc text elicito (vt ad illud redeam) confert textus celeber in l Pater filium § Quindecim, ȷ titu proximo, † vbi prohibitio alienationis ſimpliciter & perſonaliter facta, non afficit ipſam rẽ alienari prohibitam quocunque vadit, imò ſi in tali caſu res ad alium licitè vel in caſu licito tranſierit, remanet apud illũ libera, & alienabilis in quẽuis alium, & quidem perpetuo, itẽ eſt ad quoſcunque hæredes transmiſsibilis, illius inquam, ad quẽm iure licito fecit tranſitum, vt ibi dicitur coniuncta declaratione Barto in l Peto, § fratre, ȷ eo vbi coſtituit differẽtiam inter prohibitionem alienationis perſonalem, de qua loquitur dictus § quindecim, & realem, de qua prædictus § fratre, & præfatus verſiculus, [*Quod ſi talis*] iſtius § Sed etſi fundum, loquũtur & ne id miſſum faciam, ad declarationẽ præfati § Quindecim, videantur Bald Areti Alexan & Iaſ. in l Si in teſtamento, quæ eſt quinta ſ de vulga & pup & idem Iaſ in dict. § diui 1 & 2 lectura, ſ tit 1 & Deci cõſ 88 & cõſi 182 & Curtius Iunior in authen Res quæ, nu 29 C commu nia de lega Vnum denique ad illum text in § Quindecim, adnotandum eſt, quòd regula quæ per Barto & cæteros Doctores in præfatis locis, & alibi paſſim traditur, de qua ſ eſt dictũ ex illo text elicita ſcilicet, quòd ſi res quæ prohibita eſt alienari in caſu licito ac permiſſo ſemel fuit in aliquem alienata, efficitur apud eũ perpetuò

Ad § Quindecim l Pater filium

liberi, & alienabilis, & in quemcunq, transferibilis, non procedit in feudo ſeu in re feudali, nã etiã ſi talis res in caſu licito, & à iure permiſſo alienetur per poſſeſſorem illius, nõ propterea redditur perpetuò & indiſcriminatim alienabilis, ſeu in alium transferibilis in omnẽ caſum, prout redditur res quę non eſt feudalis, de qua loquitur prædictus § Quindecim, ſecundum Bald ita ſingulariter id tenẽtem in reſtrictione eiuſdem § Quindecim in cap vno, de eo qui ſibi & hæredibus ſuis in vſi feudorum Quod facit ad res maioratus & alias ſimiles vinculatas, quòd etiam ſi ſemel alienentur in caſu licito permiſſoq,, nõ ob id in poſterum efficiuntur in omnem caſum alienabiles ſi perueniant ad quem ex vocatis ad talem maioratum, vel vinculum per eum qui fuit primus ipſius constructor vel ſtabilitor. Huius adaptationis ad res vinculatas declarationis reſtrictiuæ Bald loquentis in re feudali, ratio eſt euidens quia eiuſmodi res maioratus, vel alij vinculo, putà tertiæ & quintæ partis bonorũ ſuppoſitæ habent in ſeipſis quandã prohibitionem realem & perpetuã, quo caſu i in rebus maioratus vel meliorationis vinculatæ, etiã ſi non ſint feudales, deciſio text in dicto § Quindecim, minimè locum obtinet, vt retuli ſ Barto dicere, in d § Fratre l Peto ȷ eodem Et licẽt inter res feudales & alias res maioratus vel vinculatas, ſint plures diuerſitates ſiue rationes differentiæ, & argu de vnis ad alias, non ſemper procedat, vt colligitur ex allegationibus factis per Bald ad vtrãque partem in quæſtione illa tenebroſa prælationis inter ſecundo genitum & filium primogeniti, qui deceſſit in vita poſſeſſoris maioratus, in l Cùm antiquioribus, C de iure deli Tamen in propoſito de quo agimus

Adaptatio.

ſatis credere conſequentiã de vno ad aliud i de feudo ad maioratũ valere, & ſic q̄ ſi res feudalis, itẽ res maioratꝰ vel vinculi tertiæ bonorũ partis ſemel aliĕnẽtur in caſu licito & permiſſo,& poſtea redeant in poteſtatẽ feudatarij vel tenẽtis maioratũ vel tertiũ vinculatũ qui eas iure licito venũdederunt vel alienauerũt,putà quia emptor primus, vel qui recepit primam alienationẽ retro vendidit eis vel donauit, talis res vẽdita,& poſtea ad eos reuerſa,reingredietur in priſtinã cauſam ſ feudalẽ vel maioratus aut vinculi, cui ante erat ſuppoſita & ſubnixa Nã ſi aliud dicerem', aperiret' via fraudibus i vt talis res ſic de nouo redempta paruo pretio, vel p̄ donationem factã ab eo qui recepit primam alienationem fortè per ſuggeſtionẽ remaneret libera apud poſſeſſorẽ maioratus in præiudiciũ ſucceſſoris & paſſim maioratus & feuda dilaberẽtur Hęc dicimus ſaluo tenore licẽtiæ datę ad alienandum Gl opponit contra iſtum text de § Sed etſi vno ẽ.iſta l.vbi fuit relictum vni de familia tantundẽ quod efficiebat iuſtũ pretiũ, q̄a vnꝰ de familia fuit inſtitutꝰ vniuerſaliter ab eo q̄ debebat eligere, & tñ nominatio nõ valuit, & cæteri de familia admittuntur computato inter ipſos eodẽ inſtituto qui erat de familia,ſed hìc dicitur oppoſitũ, igit', &c Gl mag ſoluit hìc multipliciter,& prima ſolutio declarata,vt per Barto & Pau & melius per Bal ad ſi approbat' cõiter per Doc & gl loquitur hìc cautius q̄ gl in cõtrario, ideoq̄, illa reprehẽditur per Bal ibi, quãobrem ceſſat punctuatio Io de Imo hìc ponderantis gl quæ reuera id nõ dicit, ad quod eã ipſe expẽdit

34 † Secundò extra gloſ Bart opponit,de l Imperator,§ Si centũ,verſ hoc itaq̄, ẽ eo vbi honoratus in certa quãtitate ſibi relicta per teſtatorẽ põt ab eo grauari in re propria, etiã valente vltra illã quantitatẽ ſibi relictã,& Bar remittit ad dicta per ſe in cõtrario, quo loco ad finem diſtinctionis quã ibi facit(licèt iſtũ tex non adducat)effectu ac re ipſa vult, quòd honoratus cõmodo pecuniario põt grauari in ſpecie propria,etiã ſi valeat vltra illã quantitatẽ,in qua fuit per legatariũ honoratꝰ, dũtamẽ tale legatũ quãtitatis acceptet per eundem tex quẽ ad id dicit eſſe ſingu notandum Pau de Caſt ibi,& ſic illo caſu non eſt differentia,an grauetur in re propria, & relinquatur ſibi ęquiualens eiuſdẽ rei æſtimatio, an verò minor, nã ſemper eo ipſo q̄ acceptat tale legatum quãtitatis videt' ſeſe obligare ad rem propriã reſtituendã, quia tanti videt' eã ęſtimaſſe ex quo nõ poteſt allegare ignorantiam valoris ipſius rei proprię, vt habet' ibi, & facit l. quiſquis. C de reſcin vendi Sed certè ſi bene aduertatur Bar ibi non adaptat illud ad iſtum text neq̄ ſi voluiſſet, id potuiſſet facere, quia imò in hoc text cũ glo probatur contrariũ, videlicet, q̄ ſi in caſu iſtius tex relinqueretur minor quantitas, q̄ eſſet æſtimatio ſpeciei,in qua vnus de familia fuiſſet nominatus,& agnouiſſet eã,nõ ob id teneretur reſtituere talẽ ſpeciem extraneo ex diſpoſitione hæredis eiuſdẽq̄, ſecundi teſtatoris aliâs ſi aliud dicere mus,non eſſet in caſu huius tex differentia inter illũ caſum,qñ relinqueretur quãtitas æquiualens, vel maior q̄ ipſa ſpecies relicta extraneo per hęredem eundemq̄, ſecundũ teſtatorem & aliũ caſum vbi eſſet relicta minor quãtitas,licèt Albe hìc referens dicta Dy in trãſcurſu velit, q̄ vbi relinquit' minor quãtitas, & agnoſcit' p̄ legatariũ,eſt idẽ qđ qñ relinquit' maior Sed hìc eſt cõtra mentẽ iſtius tex & gloſ. hìc Ideo melius dicendum eſt vt per

Rapha.

Rapha Cu in ſolutionibus quas hic & ibi 1 in cõtrario ponit quibus cõſtituit diuerſitatẽ inter hos tex & ex ipſius dictis colligitur, q hi tex loquuntur in diuerſis & ſeparatis caſibus, & ſic nõ contrariãtur inuicẽ, & ex cõſequẽti glo remanet vera in caſu iſtius tex licet nõ bene interſeruerit ad hoc propoſitũ caſum d § Si centũ Tertiò opponit Dy & poſt eũ Albe de l Minor 25 ann ſeruũ ff de Mino quã etiã Bar citat in ſępe allegato §.Si cẽtũ,ad fi vbi probatur,† q is cui quãtitas eſt legata ſi ſit grauatus in re propria,& velit repudiare legatũ non tenebitur ad onus,& prędicti Docto in effectu ſoluũt,vt hic tex intelligatur, qñ fideicõmiſſarius acceptauit legatũ æſtimationis,aliàs eſſet ſecus & ſecundũ hoc itẽ & ſcdm illud quod s. proxima oppoſitione eſt dictũ,nõ eſt vis,an ſibi fuerit relictũ tantundẽ vel minus tali legatario in re propria grauato, nã ex quo grauamen eſt iniunctum per teſtatorem eidẽ legatario in præſtatione rei proprię,ſi acceptet legatum, tenebitur in ſolidum 1 ad totã rem præſtandam, ſi verò non acceptet, ad nihil teneatur, quaſi hoc grauamen ſuo facto vel culpa ſubeat, prout vult Paulus hic ſuper text. Et ſecundũ hæc putarẽ debere ſubaudiri ad iſtũ tex dictionẽ maximè, nã glo hic in princi in parte tantundem non bene loquitur, neq, rectè ſentit, nã quatenus vult ſecus eſſe ſi minus ſit relictũ perperã dicit,quia cõtra ſuperiora,nec nõ in quãtũ citat § Si cẽtũ, volẽs q ponat fallẽtiã ad caſũ iſtius text loquitur deterius, quia imò ille tex loquitur in terminis proprijs huius caſus, vbi quis fuit grauatus in re propria de futuro . 1 quæ ſperatur futura eſſe ſua propria & miror, q Doctores per inaduertentiam tranſeant cum glo.ſed Dy.& Albe apertè ſentiunt id quod prædixi Et ob has amaritudines effugiendas dixi in præcedenti oppoſitione, recurrendum eſſe ad ſolutiones Rapha Cuma Si tamen in hoc text vt ſuprà dixi, ſubaudiretur dictio maximè omnis ceſſaret difficultas, ſed quia fieret magna violentia, ideo recurrendum erit ad ſolutiones Rapha.Cuma vt prædixi, & vide in propoſito id quod notãter ponit Pau de Caſt allegans Ioã And. alibi,in l Filiusfami § Apud Marcellum,s titu primo,vbi etiam Ange de Perig idem referens tradit,quæ deciſio eſt in caſu econuerſo ad caſum prædicti § Si centum,inquiunt enim præfati Docto poſt Ioan And alibi quòd ſi legetur mihi fundus valoris 10 & grauer dare Titio centum, & acceptaui legatum fundi, fideicommiſſarius petit centum, ego legatarius fundi allego excipiendo fundũ non eſſe tanti valoris, ideo volo ſibi tradere fundum,vt effugiam ſolutionem illorum centum, per fideicommiſſum à me alteri relictorum, dicũt Docto quòd ſim audiendus, & inducunt vt dixi Ioan And in aditio ad Spec de inſtrumẽtorũ edi § d in addi incip Treb vbi allega dictum §. apud Marcellũ, qui tamen ſecũdum Pau de Caſt nõ loquitur in his terminis,& ibi Pau de Caſt tenendo hanc deciſionem,reſpondet cuidam obiectioni quam Ange de Perig ibi dimittit inſolutam tene mẽti præfatam deciſionem memoratu dignam,quia caſus multotiens poteſt accidere ex facto & vix eam reperies in proprijs terminis,niſi in præfatis locis

Quartò opponit Bartolus de l Si à ſubſtituto,§ Hæres s titu primo vbi † hæres rogatus reſtituere fundum,ſatisfacit voluntati defuncti eum reſtituendo qualis eſt,ſed hic innuitur oppoſitum, imò quòd ſi res reſtituta fideicom-

Marginal numbers/notes: 25 (beside "tũ,ad fi vbi probatur,†"); 26 (beside "† hæres rogatus"); Car p i glos (beside "propria de futuro").

deicōmiſſat o per modum relicti, per hæredem grauatum de ea reſtituēda ab eodem fideicommiſſario per tertium euincatur, hæres illius hæredis tenetur reddere eidem fideicommiſſario, à quo fuit per alium euicta illius rei æſtimationem Soluit Bar quòd ſecundus teſtator idemq́ primus hæres grauatus à primo teſtatore ne rē extra familiam relinqueret, ſciebat illius rei conditionem, id eſt, eam rem eſſe reſtitutioni ſuppoſitam inter perſonas de familia, meritò nō ſufficit ꝙ hæres ipſius reſtituat rem extraneo legatam per primum hæredem grauatum, niſi ſatisfaciat eidem de ęſtimatione, ſi ab eo fuerit euicta, quia prædictus ſecundus teſtator idemq́ primus hæres videtur ſcienter legaſſe vice & loco reſtitutionis rē alienā (hoc eſt pertinentem ad familiam) ſciēter prout etiam tangit gl hîc, & ſequuntur alij Doct qui omnes tranſeunt cū prædicta ſolutione Barto

Quintò contra hoc, & contra tex. opponit Bar met de omnibus iuribus

27 dicentibus, † quòd teſtator in dubio videtur legare ius quod in re habet, non autem ipſius rei æſtimationem, etiā ſi tale ius eſſet periturum morte ipſius teſtatoris legantis l Quòd in rerum § primo, & l Si domus, § fi. ſ tit. primo l Vxor patrui C de legat & l Sticho de vſufi u legat ſed hîc erat periturum quia ſecūdus teſtator, idēq́ primus hæres, qui implēdo grauamē reſtituēdi ſibi iniunctū à primo teſtatore nō habebat in re illa aliquod ius poſt mortem, ſed duntaxat ad vitam, & tamen non videtur illud ſecundū legaſſe, ſed totam rem quod patet, q. a hæres ipſius tradendo eā rē alicui extraneo i ei qui nō erat de familia, ſi ab eo per tertiū euincatur, tenetur ei dem refundere ipſius rei ęſtimationē Soluit Barto & licèt ſubobſcurè, tñ in effectu, & reipſa vult, ꝙ hæres hęrēdis tradendo rem legatam fideicommiſſario extraneo iuſſu ſecundi teſtatoris eiuſdemq́ primi hæredis, qui eā extraneo legauerat cōtra voluntatē primi diſponentis, debet ſibi imputare, cur tradidit, ideoq́ tenetur ad ęſtimationem de euictione, & non excuſatur propter iuſſum ſecundi teſtatoris prædeceſſoris ipſius quaſi velit dicere, ꝙ ſecūdus teſtator idēq́ primus hæres grauatus, qui nominauit & grauauit ipſius hæredem de familia reſtituere extraneo, non videtur legaſſe ipſum fundum ſicq́ hæres primi hæredis eiuſdemq́ teſtatoris ſecundi, ſi nolit acceptare, ſiue agnoſcere grauamen reſtitutionis extraneo faciendę poſſet recuſare non reſtituendo rem extraneo fideicōmiſſario, ad quē illa res ob perpetuā & realē primi teſtatoris prohibitionē ſ ne res exiret de familia, peruenire nō poterat, & tñ reſtituēdo fecit locū euictioni & ex cōſequenti tenetur facto ſuo nec nō ex ſcientia prędeceſſoris. i ſecundi teſtātis qui reliquit per fideicommiſſum rē extraneo cōtra voluntatē primi teſtatoris ad æſtimationē, & ſic nō obſtat & iſta eſt tutior ſolutio ſecūdum quā ceſſant ambages Io de Imo hîc, quanuis etiā ſolutio Bal ſit colorata. de ſ dicto tñ puncto qñ teſtator cenſeatur legaſſe ſolum ius quod in re haberet, nec ne, videatur omnino Ang de Perig & moder poſt eū, in d l Qđ in rerū § 1 & poſt eum Alex & Iaſ. & Vincen de Per in l Serui electione, § vlti 3 col eo tit. de lega 1 ſ proximo Nec hîc videtur eſſe diſtinguendū, an ſecundus teſtator idemq́ primus hæres grauatus, fuerit de familia, nec ne, quia vtroq; caſu idē poteſt dici, ex quo quantum ad illum, ſemper fuit res propria ipſius, cùm fuerit hæres primi teſtatoris, & teſtator fundauit

dauit in eo grauamen de reſtituendo rem in familia & ab eo grauamen illud ſumpſit exordium, non habita ratione an ipſe fuerit de familia nec ne.

Sexto opponit Bar de prædicto § libertis l Cùm pater, & ſoluit vt hîc per eum, & in lege Peto § prædium ꝟ. eod cum quo Docto hîc & ibi tranſeunt, & nihil addendum occurrit.

Deinde notandum eſt, ex verſicu
28 [Quod ſi talia] † quòd grauat* reſtituere vni de familia, & iuſſus, quòd res non exeat de eadem familia, ſi reſtituit vni de illa familia poteſt ab eo exigere cautionem de reſtituendo deinceps rem in familia. Ad idem dicta l Peto § Fratre, per quem text iſte declaratur vt procedat, quando cautio fuit petita à principio, nam ſi ex poſtfacto peteretur, nõ teneretur fideicõmiſſarius electus ad eam præſtandam, niſi cauſa noua ſuperueniſſet, argumẽ l in omnibus, ff de Iudi de qua re dicendũ eſt, vt in text & gloſ & per Docto. in dicto § Fratre.

Nota etiam ex hoc eodem verſi
26 † quòd rogatus reſtituere rem aliquã vni de familia, & iuſſus vt talis res nõ exeat de eadem familia tenetur reſtituere rẽ in familia cum effectu, hoc eſt non ſufficit nominare ſemel in familia, & exinde ſubſtituere per fideicommiſſum, vel directo extraneum ad tempus certum vel incertum, quia ſi talis ſubſtitutio fieret, eſſet nulla, prout fuiſſet prima nominatio, ſi de extraneo fieret. Ratio eſt, quia cùm talis prohibitio ſit negatiua, cenſetur perpetua, & ſic non reſtringitur, neque coarctatur ad primam nominationem, etiam ſi fieret de aliquo de familia, argumen gl ordina & notabi ſecundum Pau de Caſ & Albe ibi, reddentem rationem optimam concluſionis illius gloſ in l. Hoc genus ꝟ. de condi & demonſtra. pro qua eſt bonus tex in hoc verſicu [Quod ſi talia] iuncto verſi præcedente, & quod ibi notat Ioan de Imo quanquam non eum inducat ad hoc propoſitum in indiuiduo, Facit etiam quod gloſ & Docto notant in cap cum dilectus,
30 de conſue † quòd plus vigoris habet negatio in negãdo quàm affirmatio in affirmãdo quã gl. in prædicta l Hoc genus, commendat etiam Albe poſt Rai in l Hæc conditio, la 1 ad fin eodem tit de condi & demon & ibi adducit in idem alias duas ll ſimul iunctas ad idem facit l Si ſic ſtipulatus, ff. de verbo obli & quod not Bar in l 3. in prin ff de ſuſpectis tuto & in l cũ pater, §. certam ꝟ eo & Bene à Plum. in l Matrimonij ff Qui & à qui & Iaſ. poſt alios Docto in l Si Ruffinus C. de teſtamen mili & in l Si arrogator, col 17 ff de adop Bald in prohemio tex pacificus, col 4 verſi Item potentius, vbi adducit l Sabinus, ff communi diui & illam glo dicit not Decius in ca. Ex parte 2. col in fi de conſti. & facit not Bal. in c. 1 in prin de prohi. feu alie per fede. in vſi feudo & facit etiam text nota in l filiusfa in verſi. Pari ratione, ff de dona & illam gl. in d. l Hoc genus, ſequitur ibidẽ Rapha. Cuma per quam dicit ibi Pau de Caſtro conſuluiſſe Oldradum (& licèt non deſignet numerum conſiliorũ, eſt conſilium in mea vetuſta impreſſione. 16 in ordine, & in alijs impreſ-
13 ſionibus eſt 89) † quòd ſi teſtator extra legitimam facto filię prælegato, quod nos meliorationem vocamus, grauauit illam, ne nuberet niſi mercatori, vel mercatoris filio, aliâs perderet relictum, & illa nupſit mercatori, & illo mortuo, ſecundo nupſit non mercatori, decidit Oldra per illam gloſ quòd ex quo illa prohibitio erat perpetua, talis mulier ſecũdario nubẽdo nõ mercatori incidit ĩ pœnã, & ſic cadit

Deciſ. Oldra. not.

cadit relicto,& ſubdit Pau de Caſtro, quòd ſemel fuit recordatus de præfata deciſione,& de illa glo & habuit honorem,& eandem deciſionem Ol dra ſequitur prædictus Benedictus à Plumbi in ſuprà citata lege Matrimo nij,ff Qui & à quib manu libe non fi Quæ deciſio poteſt non inconcine adaptari ad l 49 Sarabri conditam, quam Taurinam appellamus Nã l il la in effectu,& reipſa eſt negatiua, dũ prohibet filiam matrimonium clandeſtinum ſub pœna cõtrahere, quòd ſi primo contrahat in facie eccleſiæ, deinde vidua effecta contrahat ſecũdario,& clandeſtinè, quòd patiatur pœnam exhæredationis per l illam, impoſitã filiæ clandeſtinè contrahẽti,ſicque pater eam ob cauſam poſsit illam exhæredare.cùm (vt dixi)lex illa loquatur prohibitiuè,& ſic negatiuè,quod tãtundem importat. Et prçfatæ deciſionis Oldra.meminit etiam Andre Alciat. in dicto § hoc ſermone.l.Boues de Verbo ſignifica quanuis litera commentarij Alcia videatur aliter ſonare, nam eam refert alio modo,ſed deeſt dictio,non,vel niſi,in litera Alciati. Feli tamen in dicto ca. 2 ad finem verſi. fallit 6 de tregua,& pace fideliter refert prædictam deciſionem Oldra in dicto conſi Quæ deciſio Oldra non tantum eſt communis,ſed etiam in vniuerſum ab omnibus comprobata Et vltra prçmiſſa prædictam gloſ in eadem l Hoc genus,qua Oldra & ſequaces innitũtur ſequitur (vt ſuprà dixi)Raph ibi ſubijciens verba notanda in eiuſdem gloſ. declaratione, itemq; adducens in argumen l Si libertus operarum. ff de de iure patro & ſçpe allegatam deciſionem Oldra cum alijs deciſionibus eidem concinentibus tenet Decius conſi 3 nu 4 & ſecundum eam aliâs conſului & obtinui in cauſa cuiuſdã

Ad l. 49 Tau

Deciſio Oldra.non tãtũ cõis,ſed etiã in vniuerſum ab omnibus approbata licèt Aretin in illius deciſionis præſuppoſito alibi contrariũ tenuerit ſ.in l Titia, ff de verbo obliga

qui litigabat cum ipſius matre, poſsidente meliorationem tertię & quintæ partis bonorum vinculatam à patre,in cuius conſtructione,vel primæua vinculi inſtitutione idem pater ap poſuerat eidem matri,filięq; ſuç conditionem,vel modum,ſi vel vt nuberet perſonæ cuiuſdam certæ familiæ & cognominis ipſius patris inſtituentis præfatum vinculum & ſi contrafaceret,& non nuberet intra talem familiam illius nominis perderet illam meliorationem Quæ mulier nupſit primo intra eãdem familiam, ex quo primo matrimonio ſuſcepit filiũ, qui poſt eam erat ſucceſſurus in tali vinculo demum primo marito, patreq; ipſius filij mortuo, nupſit alteri perſonæ quæ non erat de eadem familia: ſed de extranea,&c Tandem fuit cõdemnata in amiſsione illius meliorationis vinculatæ ad inſtantiam illius filij habiti ex prædicto primo matrimonio per eam contracto intra familiam, & nomen teſtatoris quia ſemper & omni tempore vitæ ſuæ talis conditio, ſiue modus vigebat, quòd nunquam poſſet nubere niſi intra illam familiam per ea quæ ſuprà ſunt tradita, quibus irrefragabiliter quæſtio iſta deciditur in proprijs terminis Et illud conſilium Oldra tranſcripſit ad verbum Albe de Ro in l fina. col 4 C de ſpon prout meminit Iaſ. in l Diuortio.§ Quod in anno ad fin. ff Solut matrimo & illam etiam glo. cum prçdicta deciſione Oldra ſequitur Decius in cap Nam concupiſcentiam, de conſti num primo & Ioan Anto Rub Alexan conſi. 51 incipiẽ Statuto illuſtriſsimi,nu. 4

32 † Reliquum eſt ſubijcere vnum aduertentia digniſsimum, ad quod neminem ex prædictis ſcriptoribus inuenio aduertiſſe & tamen eſt valde importans ad rem de qua agimus.

Aduertentia memorabilis

mus videlicet, quòd idem Oldra in eodem conſilio ad fin quod (vt dixi) tranſcribit vbi ſuprà Alberi videtur canere palinodiam, & tenere contrarium eius quod ſuprà eſt ſæpiſsimè dictum & recitatum in puncto illo principali illius conſilij, ſuper quo abſoluet præfatam conſultationem, & poſuit deciſionem ſuprà ſæpiſsimè memoratam, in quo aduertenter cõſiderare oportet quia ſi illud quod in cauda illius conſilij recantat fuiſſet verum, omnia in hoc propoſito ſuprà tradita eſſent irrita caſſa & inania.

Sed certè propter illam poſteriorem Oldra (vt ita dixero) phantaſiã, non eſt recedendum à priori deciſione ab eo poſita circa iſtum articulũ, cum qua præfati omnes Doctores nemine eorum reluctante tranſeunt, paruipendentes, vel diſsimulantes, quod dixi tenere Oldradum in contrarium in cauda prædicti conſilij. Neque eſt veriſimile tot Doctores tã perſpicaces illud non vidiſſe imò credendum eſt, quòd viderunt, ſed non curarunt de illo remedio vltimo, ex duobus quæ ibidem ad finem ponit quia eſſet ſubuertere omnia ante tradita ibidem, id eſt, in eodem conſilio ſuprà per allegationes iſtas corroborata, præſertim, quia non reſtringuntur ad iſtum ſolum caſum, ſed ſunt generalia, & adaptabilia ad alios plures caſus, & alias materias. Et certè in illo puncto de quo loquitur Oldra in finalibus verbis præfati cõſilij in quo dixi ſibimet repugnare, & ſubuertere omnia quæ prius dixerat in eodẽ articulo in reſponſione ad primam quæſtionem, reperio cautius intuendo, quòd Oldra non contradicit ſibi in eo ad quod eum ſuprà adduximus videlicet, quòd nuptiarum appellatio non perimitur in primis nuptijs ſed habet locum in omnibus alijs ſequentibus nuptijs, quando diſpoſitio eſt negatiua vel priuatiua. Et hoc eſt quod Doctores omnes dicunt in locis ſuprà citatis, qui in hoc puncto ſpecialiter loquũtur præſupponẽtes prædictam deciſionem principalis thematis quoad primam quæſtionẽ procedere, ſed eam non diſcutiunt ideo non curarunt de vltima cauda illius conſilij, vbi ipſemet Old. videtur cõtrarium tenere, ac ſibimet in præmiſſo principali puncto pugnare. Et certè Areti faciens mentionem de Old. deciſione in principali articulo, videlicet, an teſtator illam pœnam priuationis hæreditatis vel relicti extra legitimã potuerit apponere, nec ne, dũ Old. tenuit, quod ſic, in deciſione primæ quæſtionis Are. igitur in l. Titia, col. 3 cum ſequen. de ver. obli. examinãs hunc principalem articulum, & non curans de alio ſecundario, id eſt, de denominatione nuptiarum in diſpoſitione permiſſiua vel in prohibitiua, tenet in effectu & re ipſa contra deciſionem illam Oldra. Sed (quod miror) non facit mentionem de prædicta vltima cauda illius conſilij, quæ multũ iuuabat intentum ipſius contra id quod Oldra primo deciderat in puncto principali. Vtcunq, ſit de contradictione Old. ad ſeipſum, & de impugnatione Areti ad præſuppoſitum primæ & principalis Old. deciſionis, ſatis ſuperq, abundare debet, quòd omnes Doct. relati approbant Old. in eo quod dicit de nuptijs ꝑlatis in diſpoſitione priuatiua & antecedenter volunt & præſupponũt validitatẽ diſpoſitionis pœnalis factæ per teſtatorẽ in euentum non paritionis filiarũ in nubendo intra certũ genus perſonarum. Et ita eſt tenendum quoad illud punctum, nõ obſtante illa vltima cauda illius conſilij, neque obſtante reprehenſione Areti quoad aliud

Aret.

punctum

punctũ Nunc nouiſsimè Andre. Tiraquell in dicto § hoc ſermone, tradit nonnullas remiſsiones pro deciſione Oldra 7 limitatione, cum qua trãſit ſola contentus recitatione, nihil ex premiſsis difficultatibus attingẽs neque ad ſæpe dictã vltimam caudam illius conſilij Et hæc de iſto articulo abundent tradita.

Et redeundo (velut è ſemita in viã) ad id quod de prohibitione perpetua tractabam, antequam aggrederer digreſsionem præcedentem, expẽdendum eſt, quòd ſufficit (vt dixi) eã prohibitionem eſſe negatiuam videlicet quòd res non poſsit extra familiã alienari, per hunc tex. etiã ſi teſtator prohibens vlterius non progrediatur, neque tranſeat hoc eſt ad dicendum, ꝙ res ſic prohibita alienari extra familiam, maneat perpetuò in eadem familia, vt in d § fratre quamuis quoad alios effectus tale additamentum ſi tranſitus ad vlteriora operetur, vt ibi habetur. Super gl huius verſi ꝙ ſi talia, dic vt per Ioan de Imo hîc

## *Summarium.*

1 *Summa Bart.*
2 *Epitome Bal*
3 *Rogatus reſtituere pauperibus conſanguineis teſtatoris, uel de familia, uel de genere ipſius, ſi in eodẽmet rogato cõcurrat eadẽ qualitas, an talis rogat⁹ debeat reſtituere, aut ſi malit poſsit retinere ſibi ipſi qđ erat alijs reſtituẽdum.*
4 *Habens facultatem eligendi non poteſt ſeipſum eligere*
5 *Commiſſarius conſtitutus ad diſtribuẽdum in cauſas pias, non poteſt ſe ipſum eligere etiam ſi in tali electione uerteretur fauor piæ cauſæ, ut quia eſſet pauper*
6 *Executor ſicut non poteſt ſe ipſum eligere uel nominare, ita etiam neq, filiũ ſuum cuius contrarium tenet Bal ſed hic conciliantur opi*
7 *Carpitur hic Rapha Fulgo*
8 *Ordinata charitas incipit a ſe ipſo.*
9 *Illatio ad l 31 Tau.*
10 *Dubitatio nota. ſubiungitur hic*
11 *Ante diem electionis non cogitur quis eligere.*
12 *Illatio prima ad materiam meliorationis quintæ partis bonorum*
13 *Illatio ſecunda ad materiam meliorationis tertiæ partis bonorum*
14 *Vbi relinquitur quid reſtituendum uni de familia quem elegerit hæres, uel uolet eligere, tali caſu ſi hæres non declaret, omnes de familia admittũtur ſimul ad tale legatum uel fideicommiſſum*
15 *Agitur hic de intellectu glo. d § ſi de falcidia.*
16 *Ad legatum factum uni de pluribus admittuntur ſolummodo illi qui reperiuntur uiuere eo tempore quo deficit facultas ſeu poteſtas eligendi.*
17 *Reſolutio per diſtinctionem circa opi Docto. in glo d. § ſi de falcidia,*

## § Rogo.

Rogo, fundũ cùm morieris reſtituas ex libertis cui voles. Quod ad verba attinet ipſius erit electio, nec hoc petere quiſq̃ poterit quã diu præferri poteſt alius. Defuncto eo priuſ quã eligat, petant omnes Itaq, eueniet, vt quod vni datum eſt, viuis pluribus, vnus petere nõ poſsit, & ita demũ petere poſſit vnus, ſi ſolus moriente eo ſuperfuerit.

Summatur text iſte per Barto † Iuſſus eligere vnum ex familia quem volet, cũ morietur, poteſt donec viuit eligere, & ante nullus admittitur ad petendum, ſed eo non eligente petent omnes Summa Barto 1

Vel ſic ſecundum Bald † Hæredis ( ſupple grauati cùm morietur reſtituere) eſt eligere cui de familia reſtituat, interim nullus admittitur ad petendum licèt ſi idem heres moriatur, 2 Epitome Bald.

moriatur, antequã eligat, non tranſmittit ad ipſius hæredem ius eligendi ſed omnes de familia inter quos vni rogatus erat reſtituere, admittuntur ad legatum ſeu fideicommiſſum Et licèt vtraq; epithome in eundẽ tẽdit ſcopum tamen iſta eſt apertior & dilucidior.

Et iſte textus loquitur, quando quis rogatus eſt reſtituere vni ex certis, id eſt, de comprehenſis in familia, ex quo ipſe Barto infert, quòd ſi quis rogatus eſſet reſtituere inter pauperes vnius hoſpitalis, parochiæ, vel viciniç, & nemine nominato deceſſiſſet omnes admitterentur ad legatũ vel fideicommiſſum Secùs, ſi eſſet rogat' reſtituere vel diſtribuere inter pauperes abſolutè, vel ſimpliciter quod idem eſt eo etenim caſu, illo hærede non nominante, vel non diſtribuente, non omnes pauperes ex illa ciuitate admitterẽtur, ſed Epiſcopus ſubrogaretur ad faciendam talem diſtributionem, ſecundum eundem Bart. & alios Doctores communiter Quapropter ex hac deciſione, ſumpta occaſione non impertinente, libet hîc afferre quæſtionem generalem, & nõ parum ad huius l contexturam, nec non ipſius materiam conducentem.

3 Ea eſt, † an rogatus reſtituere pauperibus conſanguineis teſtatoris, vel de familia, vel de genere ipſius, ſi in eodem met rogato concurrat vel cõcurrant eadem qualitas vel eędem qualitates, an talis rogatus debeat reſtituere, aut ſi malit poſſit retinere ſibi ipſi quod erat alijs reſtituendum

Et in hac quæſtione gloſ in l planè ff quod cuiuſque vniuer no & ibidem Bart & Bald videntur generaliter dicere in terminis ſimilibus,

4 † quòd habens facultatem eligendi non poteſt ſepiſum eligere, iuribus per eandem gloſ ibidem allegatis quod etiam vult gloſ in cap cùm in iure peritus, de elect & cum glo in d l planè, tenet etiam Barto in l Si conſul ff de adop & idem ac propius ad rem noſtram videtur tenere Panor in cap per noſtras, de iure patro vbi dicit, quòd clericus patronus, etiam honeſtus & dignus, non poteſt ſeipſum præſentare ad beneficium ſimplex, prout neque ad eccleſiam patronatam Ad idem facit textus in c ſi ad ſi de inſti vbi inter inſtituentem & recipiẽtem inſtitutionem debet eſſe diſtinctio perſonarũ & text in ca inter dilectos, verſi cęterum, de fide inſtrumẽtorũ vbi in ſimili notat Panormita colum 3 Et ad rem de qua agimus prope in terminis facit text nonin l Si tibi mandauero, § ſi tibi centum, ff mand vbi ſecundum illam literam [*Cui uellet*] quam gloſ & Docto. ibi tenent, etiam refragante litera pã dectarum Floren nouiſſimè impreſſarum, ſi mandaui tibi dare decem, cui velles, non potes illa retinere pro te ipſo ſed teneris mihi mandatori, eidemque danti, actione mandati Et illum textum in id notat Bar ibidem, & Bald & Pau de Caſt in l Si is cui. C de fur & Floria in l altius, ff Si ſer. vendi vbi concludit quòd Epiſcopus qui ſuccedit in executione teſtamenti, non poteſt ſibi neque in ſuos diſtribuere Sed quod dicit Floria de ſuis, videtur potius procedere de honeſtate, quàm de iuris rigore, vt in ſequenti colum tradam, poſt & contra Rapha Et per eundem text in dicto § Si tibi centum, decidit eleganter Bald. in l ordo colum ſecunda C de executio rei iudic quòd etiam ſi data ſit facultas creditori per debitorem vendendi pignus cui velit, non tamen poterit ſibiipſi vendere, vel pro ſe à ſe ipſo emere Et hoc idem in indiuiduo ſiue in proprijs terminis Atten.

de

de quibus hic fit ſermo ſ in executo-
re teſtamenti tenent Bald Albe Sali-
ce Rapha Fulgoſi in eodem § Si tibi
5 centum dicentes, † quòd commiſſa-
rius conſtitutus ad diſtribuẽdum in
cauſas pias, non poteſt ſeipſum elige-
re etiam ſi in tali electione vertere-
tur fauor piç cauſæ, vt quia eſſet pau-
per Et eundem text allegat Barto in
repeti l ex facto, in princi col 7 ff de
vulga & pupi in optimo ſimili, & ad
rem noſtram affabrè concinenti vi-
delicet, quòd pater neq, mater furioſi
non poſſunt ſeipſos exemplariter ſub
ſtituere tali filio furioſo vel mente ca
6 pto † Imò fortius inquit Sali in eodẽ
§ Si tibi centũ, ꝙ ſicut talis executor
teſtamenti non poteſt ſeipſum elige-
re, vel nominare ita etiam neq, filiũ
ſuum Sed contrarium in hoc tenet
Bal in l illud, ff quod cuiuſq, vniuer.
nomine Verũtamen in hac contra-
rietate arbitror ita dicendum, quòd
ſi filius talis commiſſarij ſit in poteſta
te ipſius, procedat quod Sali inquit,
ob fraudem præſumptam, quæ ex re-
acquiſitione iuridica retro in præteri
tum reſultante inſurgere poſſet, vt
per gloſ ordi in l frater, à fratre, gloſ 2
propè fin ff de condi indebi & in l 2
gloſ prima in verſiẽ olim autem, C
de inoffi dona (ſecùs à ratione ceſſan
te) ſi filius eſſet emancipatus ab homi
ne i à patre vel à lege, quia eſſet con-
iugatus & velatus, per l Tau quæ ha-
bet eum pro emãcipato in omnibus
& ad ſemper Et hoc caſu procedat
quod Bald dicit in d l illud Idemque
ſi eſſet filius illegitimus eiuſdem cõ-
miſſarij rogati reſtituere, vel diſtri-
buere nam poſſet per patrem graua-
tum eligi, ſeu nominari, vt tenet Pau
de Caſt quem ibi ſequitur Alexan in
l Si is qui ex bonis ff de vulga & retu-
li in prin iſtius l in textualibus
7 Illud tamen quod dicit † Rapha.
Fulgo in d § Si tibi centum, quòd ſi
cut prior monaſterij deſignatus non
poteſt ſeipſum eligere, ita etiam neq,
poteſt eligere fratres ſui conuentus,
non puto eſſe verum, quoad fratrum
electionem quia tales fratres qui ele-
cti fuerint, non acquirunt priori,
ſed conuentui, ſeu monaſterio in cõ-
muni quando inquam monaſterium
eſt capax in communi de quo tãtum
poteſt, & debet intelligi illa deciſio
Rapha Fulgo vt in cap cùm ad mo-
naſterium de ſta. mona. cũ ſimi. & ita
tenet Cardi Florẽ in clemen vna q
22 poſt Pau de Eleaza. de teſta dicẽs,
ꝙ religioſus executor poſſit in ſuos re
ligioſos diſtribuere Et in hanc partẽ
inclinat Albe in ſæpe allegato § Si ti-
bi centum verſ Sed quod ſibi, argu
canonis medicamentum, de pœni di
ſtin 1 & l præſes C de Serui & aqua
& l Si quis à liberis, in fin ff de libe
agnoſ quibus probatur illud vulgo
8 protritum, † Ordinata charitas inci-
pit à ſeipſo Et iſta eſt vera cõcluſio, &
tenenda, contra Rapha quãquam &
Marianus Soci inaduertenter (vt cre-
dere par eſt) conſi 11 incipiente præ-
ſentem, colum 2 in verborum tranſ-
curſu, velit contrarium in vtroq, pũ-
cto, allegans prædictum Pau de Elea
za in prædicta cle vna, & modernos
citra eorum ſpecialem nomenclatu-
ram in cap ſi de teſta lib 6. citat etiã
plures remiſsiones ad idem ff memo-
ratũ vulgare, Ordinata charitas, &c.
pro primo dicto ſ quòd prior poſsit
ſeipſum eligere Sed ad ea quæ de cha
ritate ordinata in hãc rem ibi tradit,
reſponderi poteſt, prout ex exemplis
ipſius patet, quòd procedunt in his in
quibus quis diſponit de reb' proprijs
ipſiuſmet diſponentis pro libito ſuo
ſecùs in his, de quibus haberet diſpo-
nere ad arbitrium vel voluntatẽ do-
mini talium bonorum ex ipſius com
miſſione.

Carpitur Rapha Fulgo.

Contra Rapha.

miſsione quia eo caſu non permitti-
tur ei tam laxa facultas diſponendi,
ob euitandam præſumptionem expi
lationis ſeu auaritiæ,quæ contra eum
poſſet suboriri,vt in ſimili traditur p
glo Anto & Abb in dict ca per no-
ſtras,de iure patro Vel ſecundò reſpõ
detur ad illud idem vulgare,de chari
Atten tate ordinata,vt procedat quando ta
lis executor eſſet poſitus in extrema,
& ineuitabili neceſsitate ſicq; id qđ
eſt ſuprà dictum & concluſum, non
poſſe cõmiſſarium ſe ipſum eligere,
intelligatur, niſi ſit poſitus in extre-
ma,& intolerabili neceſsitate Nam 9
cùm tali diſtributori eo caſu neceſsi-
tatis exactiſsimæ ad eam euadendam
permitteretur furari, pari ac fortiori
ratione ad illum eundem effectum ſe
ſe ſubleuandi vel ſubſtentandi poteſt
ſibimet retinere ſecundum Theolo-
gos,quos refert Auguſt de Arimino
in additio ad opus maleficiorum An
gel de Aret. ſuper parte Metidonde
malidadi colũ 9 cuius vnà cum alijs
remiſsionibus meminit moder Hi-
ſpanienſis.ſ Ioan à Pala Rube in rele-
ctione rubr de dona inter vir & vxo
char 68 col 4.cum ſequẽ in parua im
preſsione, eademq; vltima Lugduni
conſecti,& ante eum meminit Feli
à quo ipſe accepit,prout & alia com-
plura in illa relectione in ca cæterum
col penul de offic ordi vbi in id citat
Iuriſtas & Theologos & ad hunc ca-
ſum neceſsitatis allegat Hipp de Mar
ſi Marianũ vbi ſ in l vnius,§ ſeruo, ff
de quæſtio col penul parua ad me-
dium & ibi etiam fecit mentionem
Atten de Feli in d c cæterum Sed eſt aduer
tendum, quòd Auguſti de Ari vbi ſ
illum citaui,intelligit hoc, quo ad fo-
rum conſcientiæ ſed in foro iudiciali
dicit,quòd is cui reſtitutio eſt facien-
da cũ alijs,id eſt is cuius intereſſe poſ-
ſet talem executorem qui ob neceſsi
tatẽ maximam ſemet ipſum noïauit
poterit cogere alium eligere,vſ nomi
nare,non attenta ipſius ſumma neceſ
ſitate, quanq; ipſe nõ loquatur in no-
ſtris proprijs terminis,ſed in eo qui lu
cratus fuerat ex ludo illicito, & tene-
batur colluſoribus reſtituere Sed Do
cto alij non reſtringunt ſeſe ad iſtum
caſum,ſed loquũtur permixtim, ſim-
pliciter,& generaliter, in eo qui obli-
gatus eſt ad reſtituendum alij Idem
in terminis noſtris tenet Cardi Flor
cognomẽto Zabarella,in loco ſ cita-
to,videlicet in dic clemen vna,eadẽ
quæſtio 22 ſ memorata Vnde † in-
ferri poteſt( vt ad præmiſſa redeam)
quòd ſi hodie ex diſpoſitione l Taur Ad l 31 Tau
31 filius executor deputatus per teſta
torem eundemq; patrem haberet ab
eo facultatem vel cõmiſsionem ſpe-
cialem( pro vt per ll illas requiritur)
meliorandi vtrũ,id eſt quem ex filijs
eiuſdem teſtatoris ipſiuſq; commiſſa
rij fratribus velit in 3 bonorum ipſi'
parte,vel extaneus cõmiſſarius habe-
ret facultatem meliorandi extraneũ
in quinto bonorũ teſtatoris cõmittẽ-
tis,vel quilibet iſtorum haberet com
miſsionem vel facultatem noïandi tu
torem filijs teſtantis vel eis ſubſtituẽ-
di,quòd harum facultatum prætextu
non poſſet ſe ipſum meliorare,neque
noïare tutorem,neq; ſubſtituere,quũ
hæc exigant mandatum ſpecialiſsi-
mum,vt eadẽ l Tau 31 cauetur per
ea q̃ ſ deducta fuerunt & in ſpecie p
id quod Bar ſingulariter notat in di
l ex facto, in princ col 7 quẽ ſuperius
citaui,cuius deciſio eſt ſatis cõferens
terminis de quibus loquimur,ob idq;
memoriæ perpetuò cõmendanda

10 Supradictis etiã poteſt ſubiungi, †
dubitatio notab videlicet, an ſi fue-
rint noïati quinq; executores in te-
ſtamẽto,quibus executio diſtributio
nis aliquorum bonorum teſtatoris in

vnum ex multis pauperibus per eos eligendum, erat cõmiſſa, & duo ex illis quinq; eligant vnum ex iiſdẽmet, qui electus, idemq; executor quintus erat pauper, & ipſe conſentit electioni de ſe factæ, alij autẽ duo executores eligant alium extraneũ pauperẽ, an propter paritatem electorum deuoluatur electio ad epiſcopum, an verò computetur cum primis duobus eligentibus vox ipſius electi, vt cenſeat maior pars, & illa præferatur & iſtud vltimum videtur verius, & tenẽdum per glo ordi in prædicto ca cùm in iure peritus, de electio quam ſequitur Abb in dic ca cùm in cunctis, col pe de elect & Bartho Cępo cau 96 vbi eſt videndum de hoc, quod etiam ante eos poſt illam glo tenuit Archi in cano qui epiſcopatũ 8 quæſtio 1 & Specul in titu de iure patro ad finẽ, quãuis non citet illam gloſ ſed l vbi abſunt ff de tuto & cura da ab his & idem cum gl illa tenet Andr ſi Barb cõſi 33 incipien ſcripſit Pſalmiſta lib 2 & licèt Calde cõſi 7 ſub rubrica de iure patro teneat contrariũ tamẽ prędicta opin glo tanquã veri & cõmunis eſt amplectenda, & in deciſiuis ſequenda, & eam vltra Docto prędictos, tenet etiam Rochus de Cur in tract de iure patro 8 char colũ ipſius 3 & generaliter q; vbi ſunt plures executores, vnus ex eis per alios coexecutores poſſit eligi & nominari tenet Car din in ſæpe allegata clemẽ vna prędicti quæſtio 22 licèt non tangat quæſtionem ſ proximè deciſam de contributione ſeu computatione vocũ, ſed generaliter (vt dixi) loquatur

Cõſs opi cũ gl in ca cũ in iure

Vlterius notandũ eſt ex hoc text. 11 †quod priuſquam veniat dies electionis, non cogitur quis eligere, nam inquit litera, [ Neq; hoc petere quiſque poterit ] Ex quo videtur inferendum, quòd in caſu à principio huius l hucuſq; ſi is qui grauatus fuit reſtituere poſt mortem reſtituat in vita, vt in princip l prætextu illius pręuentionis temporis medij per eum in nominando factę, poterit ipſum nominatũ grauare Ratio eſt, quia cùm ante diei euentũ, id eſt antequã hæres appropinquaret morti, nõ potuiſſet cogi, vt hic, & notant Bald & Docto in princ iſtius legis ergo ſi eligat interim vnum de familia ſponte, & eidem aſsignet prædictum fũdum, ad quem debebat eum eligere cum moreretur, videtur eum honorare in emolumento intercapedinis temporis, id eſt illius medij temporis, & eatenus videtur poſſe talem nominatum grauare, argumento §. ſi quis creditori l 1 ĩ ad l falcid & l ſi cõſtante, § quoties 1 reſpon. ff ſolu mat. cum alijs ſimil vbi conſideratur intereſſe repræſentationis temporis Sic à ſimili dicendum in hoc propoſito ob repręſentationem reſtitutionis inũgi poſſe grauamen per nominantem nominato, correſpondens inquam, & proportionabile honori eidem nominato impenſo in prænatura fundi reſtitutione hoc nanque caſu ceſſat ratio principij iſti⁹ l & paragraphi 1 ſi de falcidia ſ quia videtur electus capere de manu teſtatoris, non autẽ ipſius eligẽtis, & ita poteſt limitari text in § pręcedẽti, ſed etſi fundũ, primo reſponſo. Cõprobatur hoc, quia licèt ſecundum glo cõmuniter approbatã in l poſt mortem C de fideicommiſſ vbi & Bald 1 oppoſit in iſta l. vnũ ex familia, id eſt in caſu ipſius hucuſque non poſſit fieri reſtitutio coacta ante mortem grauati per eundẽ, niſi mors ipſa inſtaret, & veriſimiliter hęres grauatus reſtituere eſſet morti proxim⁹, vt pote in extremis conſtitutus, vt in princip huius l fuit traditum, quia talis reſtitutio erat facienda perſonę incertæ, id eſt vni de familia, tamen ſecundum

Illat o vera & no a

cundum Docto ibi cõmuniter in caſu huius l & ſimilium, bene poteſt fieri reſtitutio voluntaria, & ex mera liberalitate ipſius grauati eiuſdemq; reſtituentis, ex qua reſtitutione reſultabit quędam donatio tẽporalis inquã & reuocabilis de ipſo grauato reſtituente in eum cui fuit facta reſtitutio, vt ibi tenet Bald ſ in dicta l. poſt mortem, colum. 2 3 oppoſitio & col. 3. verſic. item ſolutiones aliorum contrariorum, & c & ibidem iſtud etiam ſequitur Rapha. Fulgo referente Philippo Cornelio, & idem eſt de aliorũ ſcribẽtium intentione, videlicet q; p viam donationis ſaltem reuocabilis quo ad futurũ inquam tẽpus reſtitutio poteſt fieri ſtatim, ſiue fideicõmiſſarius ſit perſona certa, ſiue incerta. Ex quibus nõ abs re licet inferre duo.

Prima illatio ad materiam meliorationis quĩtæ bonorũ partis

12 Primum, † q; ſi pater hodie melioret vnum ex filijs in quinto bonorum, & iubeat eum illud reſtituere, vel alteri filio, vel extraneo, poſt mortem ipſius meliorati, eiuſdemque grauati ſine filijs decedentis, ipſeq; filius honorat⁹ idemq; grauatus ante mortem ſuam reſtituat, poterit in eiuſmodi præmatura reſtitutione apponere grauamẽ, vt is cui reſtituit debeat alicui extraneo pecuniã vel aliud commenſurabile ad emolumentum temporis intermedij reſtituere, etiam ſi non reliquerit ſibi æquiualentiam, ſi ipſe nominatus agnoſcit vel recepit reſtitutionem tali modo oneratam, nam p ſupradicta, pręſertim per l. Imperator § ſi centum, in præceden. allega. iſtud eſt expeditum Cui illationi non obſiſtit paragraphus præcedens, ſed etſi fundum, in princip. quia loquitur in reſtitutione facta per grauatum per viam vltimæ voluntatis, quæ nõ fuit ſtatim ad effectum perducta, ſed demum hærede grauato, eodemq; ſecũdo teſtatore reſtituente mortuo, reſtituente inquam per viam vltimæ voluntatis, & ſic electus non cẽſetur honoratus aliquo intermedio tempore: & conſequenter non poteſt grauari, ſicque non obeſt

13 Secundò infertur, † ſi teſtator melioret filium in tertia bonorũ parte, & eum roget, illam poſt mortem ſuã reſtituere alij filio vel deſcendenti, & idem filius meliorat⁹ & rogatus per diſpoſitionem inter viuos reſtituat talem meliorationem filio vel deſcendenti cui erat faciẽda reſtitutio poſt mortẽ, põt ſibi imponere onus cõmiſurale, vel ꝓportionabile ad interuſutiũ ſiue emolumentũ illius tẽporis intermedij onus inquã dãdi pecuniã alteri etiã extraneo, vt ĩ ꝓcedẽ. illatione. Et iſta ſunt notanda in propoſito. Ad l 25. Tau.

l 25. Taur. Eſt tñ aduertendũ, vt obiter tetigi ſ proxima illatione, q; in caſu huius legis in princip ſi electio ſit præmature, & ante tempus mortis ipſius grauati per eundem inter viuos facta, etiam titu. donationis inter viuos adhuc poſſet reuocari, vt ibi dixi, per l. cùm pater, §. à filia, ff. iſto titul. & tamen ſi de irreuocabilitate temporis confectionis eiuſdem fieret expreſſa mentio, vt quia eligens vel nominãs promiſiſſet illam nõ reuocaturum, ſecus videretur eſſe in propoſito dicendum, argumẽto ſumpto ex ratione. l. vbi ita donat, ff de dona. cauſa mortis valde notab Sed quia cõtrariũ tenuĩ in repet prædicti § à filia, quam ſ. ſubiectam, poſt probationem vltimi intellectus, ad ibi dicta meapum referos & non prætermittas videre bonã glo. ibi, ad id quod ſ. eſt traditum, de cõmodo ſiue interuſutio medij tẽporis.

14 Deinde tex. iſte probat, † quòd vbi relinquitur quid reſtituendum uni de familia quem elegerit hæres, vt volet eligere (prout eſt in caſu iſtius l. à principio huculque dempto verſic. q; ſi ta-

ſi talia paragraphi ſ. proximi) tali caſu ſi hæres non declaret, omnes de familia admittuntur ſimul ad tale legatū vel fideicōmiſſum, quod vni de familia ex præcepto primi diſponentis erat dandum, vel relinquendum, non autem admittuntur gradatim, neq; attento ordine ſucceſsionis, id eſt gradus prærogatiua, & ita intelligit hīc tex glo. hic & tranſeunt Bald & Pau. de Caſt hic, quod etiam tenet glo in prin. iſtius l. in parte mutetur poſt mi ſium ipſius, & Ioan de Imo poſt Cin quem ipſe refert, in §. ſi de falcidia, aduerſus glo. ibi, in parte neceſſariæ, quę aliud tenuit, & ita etiam tenet expreſſim Din hic, quem Albert hic ſimpliciter ſequitur, & in l Peto, §. fratre, ſ. eo diſtinguendo poſt eūdem. etſi nō ita clarè aperiat. Sed contrariū videtur voluiſſe, vt ibidē dixi, gl prædicta in parte neceſſariæ, ī d §. ſi de falcidia, & gl in §. ſi duos ī hac l vbi idē Ioā de Imo fecit recātationē, retractās qđ ꝑdixerat, & tenuerat poſt Cin. vt. ſ. retuli, in d §. ſi de falcidia motus ex eo qđ Bal. & Bar. tenēt poſt gl. in d. § ſi duos, & idē videt velle Bar. hic dū remittit ſe ad ibi dicta per eūdem, & idē tenet Paul. de Caſt. in d. §. fratre, nullo alio fretus fundamento, niſi illo tex. quē inducit ad hanc materiam, & idem ꝑ eundem tex tenet expreſſe Ioan de Imo ibidem, licet non videtur Paul. d Caſt. quid tenēdū in tanta gloſſarū & Doct. varietate. Et profectò iſte articulus eſt diſputabilis, & ipſius diſcuſſio admodum neceſſaria in huius legis principali thémate, vel puncto, & non reperitur (quod ſciam) via in eo calcata per modernos ſcribentes, nō in quā in præſentiarū, quia nullus recentiorum huic text. interpretatur, verùm neq; alicubi in lecturis, neque conſilijs, neq; tractatibus. ſi me ipſum memoria non fallit Ego tamen legē

Reſolutio authoris.

do vt plurimū adhęſi primę opinioni quā. ſ. dixi ex hoc tex probari, videlicet q; in caſu huius. l grauato non eligente omnes de familia admittantur nulla facta diſcretione graduū, poſthabitaq; conſideratione prærogatiuę eorundem quo ad conſanguinitatē inter prædictos de familia. eam enim Docto tenentes hanc partem procul ablegāt Ad quam opinionem ſequēdam moueor potiſsimum ratione (niſi fallor) vrgente, quæ eſt, quia quādo teſtator legat vni de familia, quem hęres elegerit, & ſic legat incerto de certis, licèt intentio ipſius teſtantis dirigatur ad vnum ſolum de familia, & non ad totam familiam, attamē quia hærede non eligente non poteſt conſtare de illo vno propter incertitudinem lex admittit omnes de familia inſimul. & hoc deducitur apertè ex l. vtrum, §. cum quidam ff de reb dub. cum glo. ibidem, vbi licèt ſubſtātia legati non poſsit cōmitti volūtati alterius tamen bene poteſt declaratio perſonæ cōmitti: ſubiungit prædicta glo ibidem, quòd deficiēte eiuſmodi declaratione oēs de familia admittendi ſunt, vel vnus, ſi vnus tantum ex eis ſupereſt, & ibidem glo. adducit in id propoſitum ll. cōcordātes, inter quas adducit iſtum text. & tex in dict. §. ſi quis Titio. §. vltimi. ſuprà eod. ſicq; admiſsio omnium de familia nō fit propter vocationē teſtatoris, qui familiam totam nō vocauit, ſed vnū duntaxat ex ea, ſed fit propter incertitudinem illius vnius, ad quem ſolum teſtator direxit intentionem, & volūtatem ſuam de quo vno non conſtat ex eo q; non fuit ſequuta hæredis eligere debentis declaratio quòd etiam probatur ex dict l ſi quis Titio. § fina. ſuprà proxime retuli. citaſſe gloſſ in prædicto § cum quidam, quæ quidē ratio ceſſat in prædicto § fratre, & in prædi-

prædicto § in fideicommiſſo,quibus aliæ glo & Doctor eas ſequentes innituntur ad tenendam opinio contrariam,id eſt ſecundam opin ſ recitatam,nam in d § fratre,fuit nominatim & expreſsim per diſponẽtem vocata tota familia,quia teſtator apertè diſpoſuit q; res non exiret de familia, & non hoc contentus cauit expreſſius,q; res illa per fideicõmiſſum relicta,in familia maneret ergo ſeruato ordine,vt in caſu ſequenti Præterea in dic § in fideicõmiſſo,teſtator hoĩauit ſeu vocauit poſt primo nominatos familiã,meritò his caſibus vocatio debet intelligi ſecundum ordinẽ ꝓpinquitatis propter affectionem præſumptam teſtatoris ordinatam erga exiſtentes in gradibus proximiorib',vt in l ſi in verbo gradatim C de verborum ſign vbi Docto id notant ſignanter Paul de Caſt & ipſimet in iiſdem paragraphis fratre, & in fideicõmiſſo, & de hac ordinata affectione erga graduum proximitatem tradit Bart & Docto poſt eum,in l Gallus,§ quidam rectè,ſ de libe & poſth ſic ergo caſus illi ſunt valde differentes à caſu de quo agimus & (vt in prouerbio eſt) diſtant ex diametro, & ideo non ſunt ad rem iſtam trahibiles l Papin exuli,ff de mino l ſi maritus 1 C de dona inter vir & vxor ad quem tex in § fratre,ita vt dixi,ſpeciatim reſpondet Ioan de Imo. in eodẽ § ſi de falcidia, ſubdẽs rationẽ,quòd ideo in caſu noſtro,quãdo nullus nominatur de familia,non attendit' ordo proximitatis,quoniã à primordio vlterior in gradu potuiſſet per grauatum noĩari,vt in d § ſi de falcidia,tex dicit,in verſi [Itaq.]in illis verbis,[Diſpari gradu,]& ibidem glo præſenſit, quo loco(vt iam dixi)ſtat in hac opinione & bene Præterea ad eandem opin tenẽdam moueor ex eo qđ Pau de Ca. in princ iſtius l fina verbis, & in dict verſ [Itaq.]aſtruit,q; rectius exemplũ poneretur ad hanc legem, ſi teſtator grauauit hæredem ſimpliciter, & abſolutè relinquere rem in familia, tũc enim dubitatio ſecũdum eum eſſet, an teneretur relinquere vel reſtituere toti familiæ, an propinquioribus ex ea,& reſpondetur in princ l & in eodem verſic [Itaq.]quòd ſufficit relinquere vni de familia,quiſquis ille fuerit,id eſt ſiue in ꝓximo gradu,ſiue in remoto ſit conſtitutus Sicq; Paul de Caſt deſignat differentiã,an directo, & immediatè relinquatur familiæ,& ita loquantur prædicti paragraphi fratre,& in fideicõmiſſo,an verò relinquatur mediatè ſeu remotè,aut per obliquum,hoc eſt cõmiſſa p prius facti executione ipſi hæredi grauato q; relinquat rem in familia,quia hoc vltimo caſu non eſt attendendus ordo proximitatis grauato non eligente vel eligente,quẽadmodum neq; attẽderetur quãdo ſcđm exemplũ cõe ad hanc l cõmitteretur hęredi electio vnius de familia,& neminẽ nominaſſet qui eſt caſus noſter in terminis.

15 Præterea,† glo quã Docto expendunt in d § ſi de falcidia, in parte neceſſariæ,non probat q; in caſu de quo tractamus admittant' omnes gradatim,ſed vult,q; admittant' ſoli proximiores,quod eſt falſiſsimũ,quia contra hunc tex cũ glo volentẽ ſecundũ Albe q; hærede grauato eligere vnũ de familia,non eligente oẽs de illa familia,ſimul ac ſemel admittant' Sed vt id obiter non omittã alia fuit intẽtio glo in prædicta parte, neceſſariæ videlicet q; ſicut facta noĩatione p hęredẽ de vno đ familia cõſummat' electio,& res manet libera,vt in § ſ ꝓximò,ſed etſi fundũ,in prin vbi not Io. đ Imo & ibi dixi,ſic etiã illo nõ noĩante admittunt' dũtaxat qui ſunt in gradu pro-

